



Wyrestaurował i na nowo oprawił introligator Jan Wyżga w r. 1939. Z dawnej oprawy istniały tylko ułamki desek okładkowych i płat skóry grzbietowej, baraniej, żółtawej, bez żadnych zdobień.



I



[illegible] … per … tas [illegible] II

~~[illegible] anno 1391 iste liber [illegible] magne [illegible]~~

liber magistri pauli Wladimiri emptus in constan[illegible] gracch[illegible]

Scriptum super methaphisicam beati thome de aquino

Scriptu Thome sup xij li Met[e]
Datus p M plutu wladymiria

Scriptum Super 12 Libros Metaps.
Beati Thomæ de Aquino

Sicut docet philosophus in politicis suis, quando aliqua plura ordinantur ad unum, oportet unum eorum esse regulans sive regens, et alia regulata sive recta. quod quidem patet in unione animae et corporis. nam anima naturaliter imperat, et corpus obedit. similiter etiam inter animae vires. irascibilis enim et concupiscibilis naturali ordine per rationem reguntur. omnes autem scientiae et artes ordinantur in unum, scilicet ad hominis perfectionem, quae est eius beatitudo. unde necesse est, ut una earum sit aliarum omnium rectrix, quae nomen sapientiae recte vendicat. nam sapientis est alios ordinare. quae autem sit haec scientia, et circa qualia, considerari potest si diligenter respiciatur quomodo aliquis est idoneus ad regendum. sicut enim, ut in libro praedicto philosophus dicit, homines intellectu vigentes, naturaliter aliorum rectores et domini sunt: homines vero qui sunt robusti corpore, intellectu vero deficientes, sunt naturaliter servi: ita scientia debet esse naturaliter aliarum regulatrix, quae maxime intellectualis est. haec autem est, quae circa maxime intelligibilia versatur. maxime autem intelligibilia tripliciter accipere possumus. primo quidem ex ordine intelligendi. nam ex quibus intellectus certitudinem accipit, videntur esse intelligibilia magis. unde, cum certitudo scientiae per intellectum acquiratur ex causis, causarum cognitio maxime intellectualis esse videtur. unde et illa scientia, quae primas causas considerat, videtur esse maxime aliarum regulatrix. secundo ex comparatione intellectus ad sensum. nam, cum sensus sit cognitio particularium, intellectus per hoc ab ipso differre videtur, quod universalia comprehendit. unde et illa scientia maxime est intellectualis, quae circa principia maxime universalia versatur. quae quidem sunt ens, et ea quae consequuntur ens, ut unum et multa, potentia et actus. huiusmodi autem non debent omnino indeterminata remanere, cum sine his completa cognitio de his, quae sunt propria alicui generi vel speciei, haberi non possit. nec iterum in una aliqua particulari scientia tractari debent: quia cum his unumquodque genus entium ad sui cognitionem indigeat, pari ratione in qualibet particulari scientia tractarentur. unde restat quod in una communi scientia huiusmodi tractentur; quae cum maxime intellectualis sit, est aliarum regulatrix. tertio ex ipsa cognitione intellectus. nam cum unaquaeque res ex hoc ipso vim intellectivam habeat, quod est a materia immunis, oportet illa esse maxime intelligibilia, quae sunt maxime a materia separata. intelligibile enim et intellectum oportet proportionata esse, et unius generis, cum intellectus et intelligibile in actu sint unum. ea vero sunt maxime a materia separata, quae non tantum a signata materia abstrahunt, sicut formae naturales in universali acceptae, de quibus tractat scientia naturalis, sed omnino a materia sensibili. et non solum secundum rationem, sicut mathematica, sed etiam secundum esse, sicut deus et intelligentiae. unde scientia quae de istis rebus considerat, maxime videtur esse intellectualis, et aliarum princeps sive domina. haec autem triplex consideratio, non diversis, sed uni scientiae attribui debet. nam praedictae substantiae separatae sunt universales et primae causae essendi. eiusdem autem scientiae est considerare causas proprias alicuius generis et genus ipsum: sicut naturalis considerat principia corporis naturalis. unde oportet quod ad eandem scientiam pertineat considerare substantias separatas, et ens commune, quod est genus, cuius sunt praedictae substantiae communes et universales causae. ex quo apparet, quod quamvis ista scientia praedicta tria consideret, non tamen considerat quodlibet eorum ut subiectum, sed ipsum solum ens commune. hoc enim est subiectum in scientia, cuius causas et passiones quaerimus, non autem ipsae causae alicuius generis quaesiti. nam cognitio causarum alicuius generis, est finis ad quem consideratio scientiae pertingit. quamvis autem subiectum huius scientiae sit ens commune, dicitur tamen tota de his quae sunt separata a materia secundum esse et rationem. quia secundum esse et rationem separari dicuntur, non solum illa quae nunquam in materia esse possunt, sicut deus et intellectuales substantiae, sed etiam illa quae possunt sine materia esse, sicut ens commune. hoc autem non contingeret, si a materia secundum esse dependerent. secundum igitur tria praedicta, ex quibus perfectio huius scientiae attenditur, sortitur tria nomina. dicitur enim scientia divina sive theologia, in quantum praedictas substantias considerat. metaphysica, in quantum considerat ens et ea quae consequuntur ipsum. haec enim transphysica inveniuntur in via resolutionis, sicut magis communia post minus communia. dicitur autem prima philosophia, in quantum primas rerum causas considerat. sic igitur patet quid sit subiectum huius scientiae, et qualiter se habeat ad alias scientias, et quo nomine nominetur.

Huic autem scientiae aristoteles prohemium praemittit, in quo duo tradit. primo ostendit circa quid versetur ista scientia. secundo qualis sit ista scientia, ibi, quod autem non est activa. circa primum duo facit. primo ostendit quod huius scientiae sive sapientiae est considerare causas. secundo quales causas considerat, ibi, quoniam autem scientiam hanc. circa primum praemittit quaedam ex quibus ad propositum arguit. secundo ex praemissis concludit, ibi, cuius autem gratia nunc. circa primum duo facit. primo ostendit scientiae in communi dignitatem. secundo ostendit cognitionis ordinem, ibi, animalia quidem igitur. circa primum tria facit. primo ostendit scientiae dignitatem per hoc quod naturaliter desideratur ab omnibus. unde circa hoc duo facit. primo proponit intentum. secundo probat, ibi, signum autem. proponit igitur primo quod omnibus hominibus naturaliter inest desiderium ad sciendum. cuius ratio potest esse triplex. primo quidem quia unaquaeque res naturaliter appetit perfectionem sui esse. unde et materia dicitur appetere formam sicut imperfectum

appetit suam pfcōnē. cum g' intellectus a q
homo est id qd' est in se 9sidatus sit in pō
omnia & n̄ in actum eoꝝ reducit' n̄ p sciam
q2 nichil est eoꝝ que sunt an̄ intellige ut
dicit' in .3. de anima. sic nālr' unusqs3 de
sidat sciam. sic m̄ formam desidat. Scd'o
q2 queli3 res nālem inclinatōn̄ h3 ad suā
ppam opōnem. sic calidū ad calefaciendū.
& grauē ut deorsum moueat'. ppa aūt opatio
hominis inq' hō est intellige. p h' n. ab om̄ib3
aliis differt. vn̄ nālr' desidium hōis inclinat'
ad intellignd'ū & p 9ns ad sciendū. Tercio q2
unicui3 rei desidabile est ut suo pn̄ 9iungat'.
In h' n. pfcō uniusc3 9sistit. vn̄ & motus cir
cularis est pfcissimus ut pbat' .viij. phis'.
q2 finem 9iungit pn̄o. Substancijs aūt sepatis
que sunt pnc' intellectus humani & ad que
intellus human' se h3 ut inpfcm ad pfcm̄ n̄
nō 9iungit' hō n̄ p intellcm. vn̄ & in h' ultima
hominis felicitas 9sistit. & iō nālr' homo de
sidat sciam intellus. nec obstat si aliqui
homines scie h' studiū non ipendant. cū
fr'equt' qui finem aliqm desidat a psc
cutione finis ex aliq causa retrahatur. ul'
pp difficultatē puemendi. ul' pp alias occu
pationes. sic & h' om̄s sciam desidēt. non
tn̄ om̄es scie studiu3 ipendunt. q2 ab aliis
detinent'. ul' a uolup' ul' a necitatib3 uite pre
sentis. ul' & pp pigriciam uitant laborem ad
discendi. h' aūt ppoint ar. ut ondat q' qrere
sciam non pp aliud utile. q'l est h' scia nō
est uanū. cū nāle desidium uanū ee nō pō
sit. Deīn ondit qd' ppolūat p signum. q2
cum sensus ad h' nobis deseruiant. s. ad cog
nicōm reꝝ & ad utilitatē uite dilīgūt' a
nob pp seipos in q̄ntū cognoscitiui sunt. &
pp h' qd' utilitatē ad uitam 9ferūt. & h' p3 ex
h' qd' ille sensus maxie ab om̄ib3 diligitur
qui mag' ē cognoscitiu' qui est uisus q' di
ligim' nō solū ad agend' ad. s3 & si ul' age
debemus. cui cā est. q2 iste sensus .s. uisus
int' om̄s mag' fac nos cognoscē. & plure
dras reꝝ nob demrāt. In quo manifestū
est q' duas peminencias uisus in cogscēdo
ad alios sensus ponit. vnam quidē quia
pfcius cognoscit. qd' quidē uisui acūt ex
h' qd' spūalior int' sensus. qnto n. aliq uis
cognoscitiua est imulior tanto est pfcior
in cognoscendo. q' aūt uisus sit imulior p3
si 9sidet ei imutatio q' ab obo imutatur.
Nam cum omnia alia sensibilia imutent

organum & medium sensus p aliq' nālē
imutatōm sic obm tactus calefaciendo p
infrīgidando. obm uō gust' afficiendo sapo
re aliq' organū gustus mediante saliua.
obm aūt auditus p motū corlem. obm uō
odorat' p fumalem euaporōnem. solū obm
uisus nō imutat n̄ organū n̄ mediū nisi
spūali imutatōne. nō n. pupilla nec aer
colorat' s3 solū spēm coloris recipiunt p
ee spūale. q2 g' sensus in actu 9sistit in
actuali imutatōne sensus ab obo. manif'
est illū sensū spūaliorē ee in sua opōne
qui imulius & spūali imutat'. & iō uisus
cerci' & pfcius iudicat de sensibilib3 int' ali
os sensus. Aliam aūt peminenciam ponit
q2 pla nob demrāt. qd' quidē ex rōne sui
obi accidit. tact' n. & gust' & simili' odorat'
& audit' st' cognoscitiui illoꝝ accnciū in qb3
distinguunt' infiora cor' a supiorib3. Visus
aūt est cogscitiu' illoꝝ accnciū in qb3 9cant'
infiora cor' cū supiorib3. Nam uisibile ac
tu ē ad p lucem in q' 9cant' infiora cor' cū
supiorib3. ut dr' io de aīa. & iō cor' celestia
solo uisu sunt sensibilia. Est aūt alia
rō q' uisus plēs dras reꝝ demrāt. q2 sensi
bilia pcipue p uisū & tactum cognoscē ui
dem' & adh' mag' p uisum. cui rō ex h' sumi
pōt qd' alij tres sensus sunt cogscitiui eoꝝ
que a cor' sensibili quodā m' effluunt & n̄
in ipso 9sistunt. sic son' est a cor' sensibili n̄
ab eo fluens & nō in eo manens. & simili
fumal' euoporō cū q' & ex qua odor diffundi
tur. uisus aūt & tactus pcipiunt illa accn
cia que reb3 ipis imanent sic calor & calor
frigidum. vn̄ iudiciū uisus extendit' ad res
ipas. Iudicium aūt odorat' & audit' ad ea q̄
a reb3 ipis pcedunt' nō ad res ipas. & inde p
ē qd' figa & magnitudo & h' qb3 ipa res sensi
disponit' mag' pcipit' uisu & tactu q' aliis
sensib3. & adh' amplius mag' uisu q' tactu. tn̄
pp h' qd' uisus h3 maiorem efficacia3 ad cog
noscend' ut dcm̄ est. tn̄ pp h' qd' q̄ntitas & ea
que ad ipam sequunt' que uident' ee sensi
bilia 9ia pximi' se h̄nt ad obm uisus q' ad obm
tactus. qd' ex h' p3. q2 obm uisus ōme cor' h̄ns
q̄ntitatē aliquo m' 9seq'. nō aūt oba tactus.
Deinde cum dr' Animalia g' ... ꝑ seq't
de ordine cognis. & pmo q' ad bruta aīa. sc'o
q' ad homines ibi. Aīalia quede g' &c. ... uo
bruta aīalia tangit pmo quidē id: in c' omia
animalia 9cant. sc'o: id in quo alia differūt

et sensum communem excedunt. Ibi, Sed ex sensu quidem etc. Concedunt autem omnia alia in hoc quod naturaliter sensus habent. Nam ex hoc animal est animal quod habet animam sensitivam, que natura est animalis, sicut forma unicuique propria est natura eius. Quamvis autem omnia animalia sensum habeant naturaliter, non tamen omnia habent omnes sensus, sed solum perfecta. Omnia vero habent sensum tactus. Ipse enim est quodammodo fundamentum omnium aliorum sensuum. Unde habent sensum tactus, quia sensus visus est omnibus aliis perfectior in cognoscendo, sed tactus magis est necessarius. Est enim cognoscitivus eorum ex quibus animal constat, scilicet calidi, frigidi, humidi et sicci. Unde sicut visus inter omnes est perfectior in cognoscendo, ita tactus est magis necessarius, utpote primus existens in via generationis. Ea enim que sunt perfectiora secundum hanc viam sunt posteriora respectu illius individui quod de imperfecto ad perfectum movetur. Deinde cum dicit, Sed ex sensu, ponit diversitatem cognitionis que est in brutis et tangit gradus cognitionis in hiis animalibus. Quedam enim sunt que licet sensum habeant non tamen habent memoriam que ex sensu fit. Memoria enim sequitur phantasiam que est motus factus a sensu secundum actum ut habetur in libro de Anima. In quibusdam vero animalibus ex sensu non fit memoria. Et huiusmodi animalia sunt imperfecta que sunt immobilia secundum locum ut conchilia. Cum enim animalibus cognitio sensitiva sit provisiva ad vite necessitatem et propriam operationem, animalia illa memoriam habere debent que moventur ad distans motu processivo. Nisi enim apud ea remaneret per memoriam intentio precepta ex qua ad motum inducuntur, motum continuare non possent quousque finem intentum consequerentur. Animalibus vero immobilibus sufficit ad proprias operationes presentis sensibilis acceptio, cum ad distans non moveantur. Et ideo sola ymaginatione confusa habent aliquem motum indeterminatum ut dicitur tertio de Anima. Ex hoc autem quod quedam animalia memoriam habent et quedam non habent, sequitur quod quedam sunt prudentia et quedam non. Cum enim prudentia ex preteritorum memoria de futuris provideat, unde secundum Tullium in secunda Rhetorica partes eius ponuntur memoria, intelligentia et providentia, in illis animalibus prudentia esse non potest que memoria carent. Illa vero animalia que memoriam habent aliquid prudentie habere possunt. Dicitur autem prudentia aliter in brutis animalibus et aliter in hominibus esse. In hominibus quidem est prudentia secundum quod ex ratione deliberant quid eos oporteat agere. Unde dicitur sexto Ethicorum quod prudentia est recta ratio agibilium. Iudicium autem de rebus agendis non ex rationis deliberatione, sed ex quodam nature instinctu, prudentia in aliis animalibus dicitur. Unde prudentia in aliis animalibus est naturalis estimatio

de convenientibus prosequendis et fugiendis nocivis, sicut agnus sequitur matrem et fugit lupum. Inter ea vero que memoriam habent quedam habent auditum et quedam non. Quecumque autem auditum non habent, ut apes vel si quod aliud huiusmodi animal est, licet prudentiam habere possint, non tamen sunt disciplinabilia, ut scilicet per alterius instructionem possint assuefieri ad aliquid faciendum vel vitandum. Huiusmodi enim instructio precipue recipitur per auditum. Unde dicitur in libro de Sensu et sensato quod auditus est sensus discipline. Quod autem dicitur apes auditum non habere non repugnat ei quod videntur ex quibusdam sonis exterreri. Nam sicut sonus vehemens occidit animal et scindit lignum ut in tonitruo patet, non propter sonum sed propter commotionem aeris vehementem in qua est sonus, ita animalia que auditu carent iudicium de sonis non habendo possunt per sonos aliquos exterreri. Illa vero animalia que et memoriam et auditum habent et disciplinabilia et prudentia esse possunt. Patet igitur tres esse gradus cognitionis in animalibus. Primus est eorum que nec auditum nec memoriam habent, unde nec disciplinabilia sunt nec prudentia. Secundus est eorum que habent memoriam et non auditum, unde sunt prudentia et non disciplinabilia. Tertius est eorum que utrumque habent et sunt prudentia et disciplinabilia. Quartus autem modus esse non potest, ut scilicet sit aliquod animal quod habeat auditum et non habeat memoriam. Sensus enim qui per extrinsecum medium suum sensibile apprehendunt, inter quos est auditus, non sunt nisi in animalibus que moventur motu progressivo, quibus memoria deesse non potest ut dictum est. Deinde cum dicit, Animalia quidem etc., ostendit gradum cognitionis humane et circa hoc duo facit. Primo namque ostendit in quo cognitio humana excedit predictam cognitionem. Secundo ostendit quomodo humana cognitio per diversos gradus distribuitur, ibi, Fit autem ex memoria. Dicit ergo primo quod vita animalium regitur ymaginatione et memoria. Ymaginatione quidem quantum ad animalia imperfecta, memoria vero quantum ad animalia perfecta. Licet enim et hec ymaginationem habeant, tamen unumquodque regi dicitur ab eo quod est principalius in ipso. Vivere autem hic non accipitur secundum quod est esse viventis, sicut accipitur in secundo de Anima cum dicitur vivere viventibus est esse. Nam hoc vivere animalis non est ex memoria et ymaginatione, sed prius est utroque. Accipitur autem vivere pro actione vite, sicut et conversationem hominum vitam dicere solemus. In hoc vero quod cognitionem animalium determinat per comparationem ad regimen vite, datur intelligi quod cognitio inest ipsis animalibus non propter ipsum cognoscere, sed propter necessitatem actionis. Supra memoriam autem in hominibus, ut infra patebit, primum est experimentum, quod quidem animalia non participant nisi parum.

Experimentum enim est ex collatione plurium singularium in memoria receptorum. Huiusmodi autem collatio est homini propria et pertinet ad vim cogitativam, que ratio particularis dicitur, que est collativa intentionum individualium, sicut ratio universalis intentionum universalium. Et quia ex multis sensibus et memoria animalia ad consuescunt aliquid prosequendum vel vitandum, inde est quod aliquid experimenti, licet parum, participare videntur. Homines autem supra experimentum quod pertinet ad rationem particularem habent rationem universalem per quam vivunt sicut per id quod est principale in eis. Sicut autem se habet experimentum ad rationem particularem et consuetudo ad memoriam in animalibus, ita se habet ars ad rationem universalem. Ideo sicut perfectum vite regimen est in animalibus per memoriam adiuncta assuefactione ex disciplina vel quomodolibet aliter, ita perfectum hominis regimen est per rationem arte perfectam. Quidam tamen ratione sine arte reguntur, sed hoc est regimen imperfectum. Deinde cum dicit Fit autem ex memoria etc. ostendit diversos gradus humane cognitionis. Et circa hoc duo facit. Primo comparat experimentum ad artem. Secundo comparat artem speculativam ad activam, ibi, Primum quidem igitur verisimile est etc. Circa primum duo facit. Primo ostendit generationem artis et experimenti. Secundo preeminentiam unius ad alterum, ibi, Ad actum quidem igitur etc. Circa primum duo facit. Primo ponit utriusque predictorum cognitionem. Secundo manifestat per exemplum, ibi, Acceptionem enim quidem etc. Circa primum duo facit. Primo ponit generationem experimenti. Secundo artis cognitionem, ibi, Hominibus autem etc. Dicit ergo primo quod ex memoria in hominibus experimentum causatur. Modus autem causandi est iste: quia ex multis memoriis unius rei accipit homo experimentum de aliquo, quo experimento potens est ad faciliter et recte operandum. Et ideo quia potentiam recte et faciliter operandi prebet experimentum, videtur fere esse simile arti et scientie. Est enim simile eo quod utrobique ex multis una acceptio alicuius rei sumitur. Dissimile autem quia per artem accipiuntur universalia, per experimentum particularia, ut postea dicetur. Deinde cum dicit Hominibus autem ponit generationem artis, et dicit quod experientia in hominibus fit scientia et ars. Quod probat per auctoritatem Poli, qui dicit quod experientia facit artem, sed inexperientia casum. Quod enim aliquis inexpertus recte operatur a casu est. Modus autem quo ars fit ex experimento est idem cum modo predicto quo experimentum fit ex memoria. Nam sicut ex multis memoriis fit una experimentalis cognitio, ita ex multis experimentis apprehensis fit universalis acceptio de omnibus similibus. Unde hoc plus habet ars quam experimentum. Experimentum tamen circa singularia versatur, ars

autem circa universalia. Quod consequenter per exempla ponit cum dicit Acceptionem quidem etc. Quia cum homo accepit in sua cognitione quod hec medicina contulit Socrati et Platoni tali infirmitate laborantibus et multis aliis quibuscumque singularibus, id hoc ad experimentum pertinet. Sed cum aliquis accipit quod hoc confert omnibus egrotantibus in tali specie egritudinis determinata et secundum talem complexionem, sicut quod contulit febricitantibus et fleumaticis et colericis, id iam ad artem pertinet. Deinde cum dicit Ad actum quidem igitur etc. comparat artem ad experimentum per modum preeminentie. Et circa hoc duo facit. Primo comparat quantum ad actionem. Secundo quantum ad cognitionem, ibi, Sed tamen scire etc. Dicit ergo quod quantum ad actum pertinet experientia nichil videtur differre ab arte. Quia cum ad actionem venitur, tollitur differentia que inter experimentum et artem erat per universale et singulare, quia sicut experimentum circa singularia operatur, ita et ars. Unde predicta differentia erat tantum in cognoscendo. Sed quamvis in modo operandi ars et experimentum non differant, quia utrumque circa singularia operatur, differunt tamen in efficacia operandi. Nam experti magis proficiunt in operando illis qui habent rationem universalem artis sine experimento. Cuius causa est quia actiones sunt circa singularia, et singularium sunt omnes generationes. Universalia enim non generantur neque moventur nisi per accidens, inquantum hiis singularibus competunt. Homo enim generatur hoc homine generato. Unde medicus non sanat hominem nisi per accidens, sed per se sanat Platonem aut Socratem aut aliquem hominem singulariter dictum, cui convenit esse hominem vel accidit inquantum est curatus. Quamvis enim esse hominem per se conveniat Socrati, tamen curato et medicato per accidens convenit. Hec enim est per se: Socrates est homo, quia si Socrates diffiniretur, poneretur homo in eius diffinitione, ut infra dicetur. Sed hec est per accidens: curatus vel sanatus est homo. Unde cum ars sit universalium, experientia singularium, si aliquis habet rationem artis sine experientia, erit quidem perfectus in hoc quod universale cognoscit, sed quia ignorat singulare et sine experimento curat, multotiens in curando peccabit, quia curatio magis pertinet ad singulare quam ad universale, cum hoc pertineat ad se, ad aliud per accidens. Deinde cum dicit Sed tamen scire etc. comparat experimentum ad artem quantum ad cognitionem. Et circa hoc duo facit. Primo ponit preeminentiam artis ad experimentum. Secundo probat, ibi, Hoc autem quidem est quod hii quidem etc. Ponit autem preeminentiam artis et scientie quantum ad tria. Scilicet quantum ad scire, quod quidem magis arbitramur esse per artem quam per experimentum. Item quantum ad obviare, quod in disputationibus accidit. Nam habentes artem possunt

disputando obviare huiusque quod artem dicimus non autem habentes experimentum. Item quod ad hoc quod artifices plus accedunt ad rationem sapientiae quam experti: tamquam magis sciat, id est contingat scire sapientiam sequentem omnia, id est cum quilibet sit ullus ex hoc, non artifex sapientior iudicatur quam ullus consideratur quam expertus vel alius. Tamquam magis sciat scire vel sapientiam omnia sequentem, id est ulla. Alia littera: tamquam magis secundum scire sapientiam omnia sequentem, quod dicit tamquam sapientia sequitur omnia, id est consequitur ad unumquemque magis secundum scire quam secundum operari, ut scilicet dicantur sapientes magis qui magis sciunt, non qui magis sunt operativi. Vel alia littera hunc sensum habet planiorem quae sic dicit: tamquam secundum id quod est scire magis omnes sequuntur sapientiam. Consequenter cum dicit: Hoc autem est etc. probat praedictam praeeminentiam tripliciter. Prima probatio talis est. Illi qui sciunt causam et propter quid sunt scientiores et sapientiores illis qui ignorant causam, sed solum sciunt quia. Experti autem sciunt quia, sed nesciunt propter quid. Artifices vero sciunt causam, scilicet et propter quid, et non solum quia. Ergo sapientiores et scientiores sunt artifices expertis. Secundam probat cum dicit: Architectonicae etc. Probatio talis est. Illi qui sciunt causam quare comparantur ad scientes quia sicut sunt architectonicae artes ad artes artificum manu operantium. Sed architectonicae artes sunt nobiliores et scientiores et sapientiores. Ergo et illi qui sciunt causas quare sunt sapientiores et scientiores scientibus tantum quia. Huius autem probationis prima ex hoc apparet quia architectores sciunt causas factorum. Ad cuius intellectum sciendum est quod architector dicitur quasi principalis artifex, ab archos quod est princeps et techne quod est ars. Dicitur autem ars principalior quae principaliorem operationem habet. Operationes autem artificum hoc modo distinguuntur, quia quaedam sunt ad disponendum materiam artificii, sicut carpentarii secando ligna et planando disponunt materiam ad formam navis. Alia est operatio ad inductionem formae, sicut cum aliquis ex lignis dispositis et praeparatis navem compaginat. Alia est operatio in usum rei iam constitutae, et ista est principalissima. Prima autem est infima, quia prima ordinatur ad secundam, et secunda ad tertiam. Unde navis factor est architector respectu eius qui praeparat ligna. Gubernator autem qui utitur navi iam facta est architector respectu navis factoris. Et quia materia est propter formam, et talis debet esse materia quae formae competat, ideo navis factor scit causam quare ligna debeant esse sic disposita, quod nesciunt illi qui praeparant ligna. Similiter cum tota navis sit propter usum ipsius, ille qui navi utitur scit quare talis forma debeat esse. Ad hoc enim debeat talis esse ut tali usui conveniens sit. Et sic patet quod ex forma artificii sumitur causa operationum quae sunt circa dispositionem materiae, et ex usu sumitur causa operationum quae sunt circa formam artificii. Et sic manifestum est quod architectores factorum causas sciunt. Illos vero, scilicet manu artifices, iudicamus vel denominamus sicut quaedam inanimatorum, et hoc non quia non faciunt operationes artificiales, sed quia quae faciunt incognita faciunt, quia scilicet causas non cognoscunt, sicut et ignis exurit absque aliqua cognitione. Est igitur quantum ad hoc similitudo inter inanimata et manu artifices quod operantur absque causae cognitione, sicut et inanimata ut ordinata ab aliquo superiori intellectu in proprium finem, ita et manu artifices. Sed in hoc est differentia, quia inanimata faciunt unumquodque suorum operum per naturam, sed manu artifices per consuetudinem, quae licet vim naturae habeat in quantum ad unum inclinat determinate, tamen a natura differt in hoc quod est eorum quae sunt ad rationem et humanam cognitionem. Naturalia enim non consuescimus, ut dicitur 2 Ethicorum, nec etiam cognitione carentium est consuescere. Haec autem quae dicta sunt sic sunt consideranda tamquam ex eis appareat quod aliqui non sunt sapientiores secundum quod est practicos, id est operatores esse, quod convenit expertis, sed secundum quod aliqui habent rationem de agendis et cognoscunt causam agendorum, ex quibus rationes sumuntur, quod convenit architectis. Deinde cum dicit: Omnino scientis signum est ponit secundam rationem quae talis est. Signum scientis est posse docere, quod ideo est, quia unumquodque tunc est perfectum in actu suo quando potest facere alterum sibi simile, ut dicitur 4 Meteororum. Sicut igitur signum caliditatis est quod possit aliquid calefacere, ita signum scientiae est quod possit docere, quod est scientiam in alio causare. Artifices autem docere possunt, quia cum causas cognoscant ex eis possunt demonstrare. Demonstratio autem est syllogismus faciens scire, ut dicitur Posteriorum. Experti autem non possunt docere, quia non possunt ad scientiam perducere cum causam ignorent. Et si ea quae experimento cognoscunt aliis tradant, non recipientur per modum scientiae, sed per modum opinionis vel credulitatis. Unde patet quod artifices sunt magis sapientes et scientes expertis. Amplius autem sensuum etc. ponit tertiam rationem quae talis est. Cognitiones singularium magis sunt propriae sensibus quam alicui alii cognitioni, cum omnis cognitio singularium a sensu oriatur. Sed tamen nec unum, id est nullum sensum dicimus sapientiam esse, id est propter hoc quod licet sensus cognoscat quia, non tamen propter quid cognoscit. Ergo et experti qui habent singularium cognitionem causam ignorantes sapientes dici non possunt. Deinde cum dicit: Primum quidem igitur etc. comparat artem activam speculativae. Et circa hoc duo facit: primo ostendit quod ars speculativa est magis sapi-

2a ro

3a ro

quam activa. Secundo ponit tertium (?) ... In moralibus autem. Ostendit autem quod primo dictum est tali ratione. In quibuscumque scientiis vel artibus invenitur id propter quod homines scientes prae aliis hominibus in admiratione vel honore habentur, illae scientiae sunt magis honorabiles et magis dignae nomine sapientiae. Quilibet autem inventor artis habetur in admiratione propter hoc quod habet sensum, idest iudicium et discretionem causae ultra aliorum hominum sensum, et non propter utilitatem illorum quae invenit, sed magis admiramur eum sicut sapientem et ab aliis distinguentem. Sapientem quidem quantum ad subtilem inquisitionem causarum rei inventae, distinguentem vero quantum ad investigationem differentiarum unius rei ad aliam. Vel aliter, ab aliis distinguendum, ut passive legatur, qui in hoc ab aliis distinguitur. Unde alia translatio habet differentem. Ergo scientiae aliquae sunt magis admirabiles et magis dignae nomine sapientiae propter eminentiorem sensum et non propter utilitatem. Cum igitur plures artes sint repertae quantum ad utilitatem, quarum quaedam sunt ad vitae necessitatem, sicut mechanicae, quaedam vero ad introductionem in aliis scientiis, sicut scientiae logicales, illi artifices dicendi sunt sapientiores quorum scientiae non sunt ad utilitatem inventae, sed propter ipsum scire, cuiusmodi sunt scientiae speculativae. Et quod speculativae non sint ad utilitatem inventae, patet per hoc signum. Quia iam paratis, idest acquisitis vel repertis omnibus huiusmodi quae possunt esse vel ad introductionem in scientiis, vel ad necessitatem vitae, vel ad voluptatem, sicut artes quae sunt ordinatae ad hominum delectationem, scientiae speculativae non sunt propter huiusmodi repertae, sed propter seipsas. Et quod non sint ad utilitatem inventae, patet ex loco in quo inventae sunt. In locis enim illis primo repertae sunt, ubi primo homines studuerunt circa talia. Alia littera habet: et primum his locis primo vacabant, idest ab aliis occupationibus quiescentes studio vacabant, quia necessariis habundabant. Unde et circa Egyptum primo inventae sunt artes mechanicae, quae sunt maxime speculativae, a sacerdotibus, qui sunt concessi studio vacare, et de publico expensas habebant, sicut et legitur in Genesi. Quia vero usus nominis artis fuit et sapientiae et scientiae quodammodo indifferens, ne aliquis putet haec omnia esse nomina sinonima, idem penitus significantia, hanc opinionem removet et remittit ad librum moralium, idest ad VI Ethicorum, ubi dictum est in quo differunt scientia et ars, sapientia et prudentia et intellectus. Et ut breviter ad plenius dicatur, sapientia et scientia et intellectus sunt circa partem animae speculativam, quam ibi scientificum animae appellat. Differunt autem in hoc, quod intellectus est habitus principiorum primorum demonstrationis. Scientia vero est conclusionis ex causis inferioribus. Sapientia vero considerat causas primas. Unde ibidem dicitur esse caput scientiarum. Prudentia vero et ars sunt circa animae partem practicam, quae est ratiocinativa de contingentibus operabilibus a nobis. Et differunt. Nam prudentia dirigit in actionibus quae non transeunt in exteriorem materiam, sed sunt perfectiones agentis; unde dicitur ibi quod prudentia est recta ratio agibilium. Ars vero dirigit in factionibus quae in materiam exteriorem transeunt, sicut aedificare et secare; unde dicitur quod ars est recta ratio factibilium. Deinde cum dicit: Cuius autem gratia, ostendit ex praemissis principale propositum, scilicet quod sapientia sit circa causas. Unde dicit quod est gratia huius nunc sermonem facimus, idest ratiocinationem praedictam, quia scientia illa quae denominatur sapientia omnibus videtur esse circa primas causas et prima principia. Quod quidem apparet ex praemissis. Unusquisque enim in tantum sapientior est, quanto magis accedit ad causae cognitionem. Quod ex praemissis patet: quia expertus est sapientior eo qui habet solum sensum sine experimento, et artifex sapientior quolibet experto, et inter artes architector manu artifice, et inter artes et scientias speculativae sunt magis sapientiae quam activae. Et haec omnia ex praedictis patent. Unde relinquitur quod illa scientia quae simpliciter est sapientia est circa causas. Et est similis modus arguendi sicut si diceremus: illud quod est magis calidum est magis igneum; unde quod simpliciter est igneum est calidum.

Quoniam autem scientiam et cetera. Postquam ostendit quod sapientia sit quaedam scientia circa causas existens, hic vult ostendere circa quales causas et circa qualia principia sit. Ostendit autem quod est circa maxime universales et primas causas, et argumentatur a diffinitione sapientiae. Unde circa hoc tria facit. Primo colligit diffinitionem sapientiae ex his quae homines de homine sapiente et sapientia opinantur. Secundo ostendit quod omnia ista conveniunt universali scientiae quae considerat primas et universales causas, ibi: Istorum autem omnia et cetera. Tertio concludit propositum, ibi: Ex omnibus igitur et cetera. Circa primum ponit sex opiniones hominum communes quae de sapiente habentur. Primam ibi: Primum itaque, quae est talis, quod dicit quod communiter omnes accipimus sapientem maxime scire omnia sicut eum decet, non quod habeat notitiam de omnibus singularibus. Hoc enim est impossibile, cum singularia sint infinita, et infinita intellectu comprehendi non possint. Secundam ponit ibi: Postea, et est ista, quod illum sapientem ponimus esse qui est possibilis, idest potens ex virtute sui intellectus cognoscere difficilia, et illa quae non

sunt levia, quia commune hominibus ad sciendum, quia commune est omnibus sentire, idest sensibilia cognoscere. Unde hoc est facile et non est sophon, idest aliquid sapiens, idest ad sapientem pertinens. Et sic patet quod id quod proprie ad sapientem pertinet, quod non leviter ab omnibus cognoscatur. Tertiam ponit ibi, Adhuc

3 certiorem. Et est quod nos dicimus illum sapientem esse qui de illis quae scit certitudinem habet magis quam alii communiter habeant. Quartam ponit ibi,

Et magis causarum dicentem vel docentem. Et est talis: magis dicimus illum sapientem esse in omni scientia qui potest assignare causas cuiuslibet quaesiti, et per hoc docere.

4 Quintam ponit ibi, Sed harum scientiarum esse. Et est quod illa de numero scientiarum est sapientia quae per se est magis voluntaria, idest volita gratia scientiae, idest propter ipsum scire volita, magis quam illa scientia quae est causa quorumcumque aliorum contingentium quae possunt ex scientia provenire, sicut est necessitas vitae, delectatio

6 et alia huiusmodi. Sextam ponit ibi, Et hanc scientiam et cetera. Et est talis, quod istam sapientiam de qua sermo est in initio oportet esse vel dicimus esse magis antiquiorem, idest digniorem, famulante scientia. Quod quidem ex praehabitis intelligi potest. Nam in artibus mechanicis famulantes sunt illae quae exequuntur manu operando praecepta superiorum artificum, quos superius architectores et sapientes nominavit. Et quod magis conveniat ratio sapientiae scientiis imperantibus quam famulantibus, probat per duo quae scientiae famulantes patiuntur a superioribus: scilicet artes enim famulantes ordinantur in finem superioris artis, sicut ars equestris ad finem militaris. Sed sapientem secundum omnium opinionem non decet ordinari ab alio, sed ipsum potius alios ordinare. Item inferiores architectonicae persuadentur a superioribus, in quantum credunt superioribus artificibus circa operanda vel facienda. Credit enim manufactor gubernatori docenti qualis debet esse forma navis. Sapienti autem non convenit ut ab alio persuadeatur, sed quod ipse alius persuadeat suam scientiam. Istae igitur sunt tales opiniones quas homines accipiunt de sapientia et sapiente. Ex quibus omnibus potest quaedam sapientiae descriptio formari, ut ille sapiens dicatur qui scit omnia et difficilia per certitudinem et causam, ipsum scire propter se quaerens, et alios ordinans et persuadens. Et sic patet quod maior syllogismi. Nam omnem sapientem oportet talem esse, et e converso quicumque est talis sapiens est. Deinde cum dicit, Istorum autem et cetera. Ostendit quod omnia praedicta conveniunt ei qui cognoscit primas causas et universales. Et eo ordine prosequitur quo supra posuit. Unde primo ostendit quod habenti scientiam universalem maxime inest omnia scire, quod erat primum. Quod ex hoc patet, quicumque scit universalia aliquo modo scit ea quae sunt universalibus subiecta, quia scit ea in potentia. Sed huiusmodi quae sunt maxime universalia secundum omnia subiecta. Ergo ille qui scit maxime universalia scit quodammodo omnia. Deinde cum dicit, Sed fere et cetera. Ostendit eidem inesse secundum tali ratione. Illa quae sunt maxime a sensibus remota difficilia sunt hominibus ad cognoscendum. Nam sensitiva cognitio est omnibus communis, cum ex ea omnis humana cognitio initium sumat. Sed illa quae sunt maxime universalia sunt a sensibus remotissima, eo quod sensus singularium sunt. Ergo universalia sunt difficilia hominibus ad cognoscendum. Et sic patet quod illa scientia est difficillima quae est de maxime universalibus. Sed contra hoc videtur esse quod habetur primo Physicorum, ibi enim dicitur quod magis universalia sunt nobis prius nota. Illa autem quae sunt primo nota sunt magis facilia. Et dicendum quod magis universalia secundum simplicem apprehensionem sunt primo nota. Nam primo in intellectu cadit ens, ut Avicenna dicit. Et prius in intellectu cadit animal quam homo. Sicut enim in esse naturae quod de potentia in actum procedit prius fit animal quam homo, ita in generatione scientiae prius in intellectu concipitur animal quam homo. Sed quantum ad investigationem naturalium proprietatum et causarum prius sunt nota minus communia, eo quod per causas particulares quae sunt unius generis vel speciei pervenimus in causas universales. Ea autem quae sunt universalia in causando sunt posterius nota quoad nos, licet sint prius nota secundum naturam. Quamvis universalia per praedicationem sint aliquo modo prius quoad nos nota quam minus universalia, licet non prius nota quam singularia. Nam cognitio sensus quae est singularium in nobis praecedit cognitionem intellectivam quae est universalium. Et facienda est vis in hoc quod dicit maxime universalia non simpliciter esse difficillima, sed fere. Illa enim quae sunt a materia penitus separata secundum esse, sicut substantiae immateriales, sunt magis difficiles ad cognoscendum nobis quam etiam universalia. Et ideo ista scientia quae sapientia dicitur, quamvis sit prima in dignitate, est tamen ultima in addiscendo. Deinde cum dicit, Certissime autem, ostendit tertium eidem inesse tali ratione. Quanto aliquae scientiae sunt priores naturaliter, tanto sunt certiores. Quod ex hoc patet, quia illae scientiae quae dicuntur ex additione ad alias sunt minus certae scientiis quae pauciora in sua consideratione comprehendunt, sicut arithmetica certior est geometria. Nam ea quae sunt in geometria sunt ex additione ad ea quae sunt in arithmetica. Quod patet si consideremus id quod utraque scientia considerat ut primum principium, scilicet unitatem et punctum. Punctus enim addit supra unitatem situm. Nam ens indivisibile rationem unitatis constituit, et haec secundum quod habet rationem mensurae fit principium numeri. Punctus

autem supra hoc addit situm. Sed scientie particulares sunt posteriores secundum naturam universalibus scientiis, quia subiecta earum addunt ad subiecta scientiarum universalium. Sicut patet quod ens mobile de quo est naturalis philosophia addit supra ens simpliciter, et ens quantum de quo est mathematica. Ergo scientia illa que est de ente et maxime universalibus est certissima. Nec est contrarium quod dicitur esse ex paucioribus cum supra dictum sit quod sciat omnia. Nam universale comprehendit quidem pauciora in actu, sed plura in potentia. Et tanto aliqua scientia est certior quanto ad sui subiecti considerationem pauciora actu consideranda requiruntur. Unde scientie operative sunt incertissime, quia oportet quod considerent multas singularium operabilium circumstantias. Deinde cum dicit: Est autem et doctrinalis etc., ostendit quartum eius inesse tali ratione. Illa scientia est magis doctrix vel doctrinalis que magis considerat causas. Illi enim soli docent qui causas dicunt, quia scire per causam est, et docere est scientiam in aliquo causare. Sed illa scientia que universalia considerat, considerat causas primas omnium causarum. Unde patet quod ipsa est maxime doctrix. Deinde cum dicit: Scire et etc., ostendit quintum eius inesse tali ratione. Illas scientias maxime est scire et cognoscere causa earum, idest propter seipsas et non propter alias, que sunt de maxime scibilibus. Sed ille scientie que sunt de primis causis sunt de maxime scibilibus. Ergo ille maxime sui causa desiderantur. Primam sic probat. Qui desiderat scire propter scire magis desiderat. Sed maxima scientia est de maxime scibilibus. Ergo ille scientie sunt magis desiderate propter seipsas que sunt de magis scibilibus. Secundam probat sic. Illa ex quibus et propter que alia cognoscuntur sunt magis scibilia his que per ea cognoscuntur. Sed per causas et principia alia cognoscuntur et non e converso. Ergo etc. Deinde cum dicit: Maxime vero etc., ostendit sextum inesse eidem, et est ratio talis. Illa scientia se habet ut principalis sive ut architectonica ad servilem sive ad famulantem que considerat causam finalem cuius causa agenda sunt singula. Sicut apparet in his que supra diximus. Nam gubernator ad quem pertinet usus navis, qui est finis navis, est quasi architector respectu navifactoris qui ei famulatur. Sed predicta scientia maxime considerat causam finalem rerum omnium. Quod ex hoc patet quia hoc cuius causa agenda sunt singula est bonum eiusque, idest particulare bonum. Unde universaliter finis est bonum in utroque genere. Id vero quod est finis omnium, idest in ipso universo, est hoc quidem est optimum in tota natura, et hoc pertinet ad considerationem predicte scientie. Ergo predicta scientia est principalis sive architectonica omnium aliarum. Deinde cum dicit: Ex omnibus que dicta sunt etc., concludit ex predictis diffinitionem intentam, dicens quod ex omnibus predictis apparet quod in eandem scientiam cadit nomen sapientie quod querimus. Est enim illa scientia que est theorica, idest speculativa, primorum principiorum et causarum. Hoc autem manifestum est quia ad sex predictas conditiones que manifeste

pertinent considerantis universales causas. Sed quia sexta conditio tangebat finis considerationem, que apud antiquos non manifeste ponebatur esse causa, ut infra dicetur, ideo specialiter ostendit quod hec conditio est eidem scientie que scilicet est considerativa primarum causarum, quia videlicet ipsum quod est bonum et cuius causa fiunt alia est de numero causarum una. Unde scientia que considerat causas primas et universales oportet quod consideret universalem finem omnium, quod est optimum in tota natura. Quia vero non activa etc. Ostenso de quo est consideratio huius scientie, ostendit qualis sit ista scientia, et circa hoc duo facit. Primo ostendit dignitatem huius scientie. Secundo ostendit ad quem terminum ista scientia pervenire tenetur, ibi: Oportet vero et ordinem. Circa primum sic procedit. Quatuor facit. Primo ostendit quod non est scientia activa sed speculativa. Secundo quod ipsa est libera maxime, ibi: Sed ut dicimus etc. Tertio quod non est humana, ibi: Propter quod et iuste. Quarto quod honorabilissima, ibi: Nec eam aliam etc. Primum ostendit dupliciter. Primo per rationem. Secundo per signum, ibi: Testatur autem hoc et. Primo ergo ponit talem rationem. Nulla scientia in qua queritur ipsum scire propter seipsum est scientia activa sed speculativa. Sed illa scientia que sapientia vel philosophia dicitur est propter ipsum scire. Ergo est speculativa et non activa. Minorem sic manifestat. Quicumque querit fugere ignorantiam sicut finem tendit ad ipsum scire propter seipsum. Sed illi qui philosophantur querunt fugere ignorantiam. Ergo querunt scientiam propter seipsam. Quod autem ignorantiam fugere querunt patet ex hoc quod ipsi qui primo philosophati sunt et qui nunc philosophantur incipiunt philosophari propter admirationem. Aliter tamen a principio et nunc. Quia a principio dubitabilia pauciora admirabantur que magis erant in promptu, ut eorum cause cognoscerentur. Sed postea ex cognitione manifestorum in inquisitionem occultorum paulatim procedentes inceperunt dubitare de maioribus et occultioribus, sicut de passionibus lune, videlicet de eclipsi eius et de motu ipsius et magnitudine eius, et de his que sunt circa astra, sicut de quantitate ipsorum et motu eorum et ordine et aliis huiusmodi, et de totius universi generatione, quod quidem dicebant esse generatum casu, quidam intellectu, quidam amore. Constat autem quod dubitatio et admiratio ex ignorantia procedit. Cum enim aliquos manifestos effectus videmus quorum causa nos latet, tunc illorum effectuum admiramur. Et ex hoc quod admiratio fuit causa inducens ad philosophiam, patet quod philosophus est philomitos, idest amator fabule, quod proprium est poetarum. Unde primi qui per modum quendam fabularem de principiis rerum tractaverunt dicti sunt poete theologizantes, sicut fuit Perseus et quidam alii qui fuerunt .vii. sapientes. Causa autem quare philosophus comparatur poete est ista, quia uterque circa miranda versatur. Nam fabule de quibus versantur poete ex quibusdam mirabilibus constituuntur.

ipsi et philosophi ex admiratione moti sunt ad philosophan-
dum. et quia admiratio ex ignorantia provenit, patet quod ad hoc
moti sunt ad philosophandum ut ignorantiam effugarent
et sic deinde patet quod scientiam perscrutati sunt i. studio
se exercuerunt solum ad cognoscendum et non causa alicuius
usus i. utilitatis. Palam est autem quod cum prius nomi-
ne sapientie uterentur tunc ad nomen philosophie se transtu-
lerunt per eandem acceperunt. cum enim antiqui stu-
dio sapientie insistentes sophi i. sapien-
tes vocarentur, pictagoras interrogatus quid
se esse profiteretur noluit se sapientem nominare
sicut sui antecessores quia hoc presumptuosum videba-
tur esse. vocavit se philosophum i. sapientie amatorem.
et exinde nomen sapientie mutatum est in nomen
philosophie et nomen sapientis in nomen philosophi. quod
et nomen ad propositum facit. Palam ille vir sa-
pientie amator qui sapientiam non propter aliud set
propter seipsam querit. qui enim ad propter alterum querit
magis hoc amat propter quod querit quam quod querit. Te-
statur autem. hoc probat idem per signum dicens quod
hoc quod dictum est s. quod sapientia vel philosophia non sit propter
aliquam utilitatem quesita. set propter ipsam scientiam
testatur accidens i. eventus qui contigit inquisitoribus
philosophie provenit. Palam enim cum eis cuncta fere ex-
isterent que sunt ad necessitatem vite. et que sunt
ad pigritiem i. ad voluptatem que in quadam vite
quiete consistit. et que sunt et ad eruditionem
necessaria. sicut scientie logicales que non propter se queruntur set
ut introductorie ad alias artes. tunc primo incep-
erunt talem prudentiam i. sapientiam. ex quo patet quod non
querunt propter aliquam necessitatem aliam a se. set propter se-
ipsam. nullus enim querit hoc quod habet. unde omnibus
aliis habitis ipsa quesita est. set non propter ad adqui-
sita est. set propter seipsam. Sed ut dicimus et cetera. hoc probat
secundum s. quod ipsa sit libera et utitur tali ratione. Ille
homo propter se dicitur liber qui non est alterius causa. set est causa sui
ipsius. servi enim dominorum sunt et propter dominos opera-
tur et eis acquirunt quicumque acquirunt. Liberi
autem homines sunt suiipsorum. in proprie sunt
operantes et acquirentes. sola autem hec scientia est propter
seipsam. ergo ipsa sola est libera inter scientias. Et
notandum quod hoc potest dupliciter considerari. uno modo quod hoc quod dicitur
hec sola teneret omnes scientias speculativas. et
tunc verum est quod solum hoc genus propter seipsum queri-
tur. et ipse solus artes liberales dicuntur que ad scien-
dum ordinantur. Ille vero que ordinantur ad aliquam
aliam utilitatem per actionem humanam dicuntur
mechanice sive serviles. Alio modo ut teneret
specialiter istam sapientiam que est circa altissimas causas.
quia inter causas altissimas est et finalis causa in super-
dictum est. unde oportet quod hec scientia consideret ultimum et

vel in finem omnium et sic omnes alie scientie in eam
ordinantur sicut in finem. unde sola ista maxime
propter se est. Propter quod et iuste et cetera. hoc probat tertium s. quod non
sit humana. et circa hoc duo facit. primo ostendit propositum
tum. secundo excludit quorundam errorem ibi. Se-
cundum symonidem et cetera. ostendit autem propositum tali ratione. scien-
tia que est maxime libera non potest esse ut possessio
nostra illius que multipliciter est ministra vel ancilla.
humana autem natura in multis i. quantum ad multa
est ministra. ergo predicta scientia non est humana i.
possessio. Dicitur autem humana natura ministra in quantum
multipliciter necessitatibus subiacet. ex quo provenit quod
quandoque pretermittitur id quod est per se querendum propter
ea que sunt necessaria vite sicut dicitur iii. topicorum.
quod philosophari melius est quam ditari. licet ditari quandoque
sit magis eligendum indigenti necessariis. ex quo patet
quod illa sapientia tantum propter seipsam querit que non compe-
tit homini ut possessio i. ut habita ab homine ut
possessio quam ad nutum habere potest et quo libere potest uti.
ea autem scientia propter se tantum querit homo non potest libere uti.
cum frequenter ab ea impediatur propter vite necessitatem.
nec et ad nutum subest homini cum ad eam perfecte homo
pervenire non possit. immo tantum modicum quod ex ea habetur
preponderat omnibus que per alias scientias cognoscuntur.
Quare symonides. hic excludit errorem cuiusdam
symonidis poete qui dicebat quod soli deo competit
hunc honorem habere quod velit illam scientiam que est
propter seipsam querendam et non propter aliud. set non est dig-
num viro quod non querat illam scientiam que est secundum suam
conditionem que s. ordinantur ad necessaria vite quibus
homo indiget. Iste autem error symonidis provenie-
bat ex aliorum poetarum errore qui dicunt quod res
divina invidet et ex invidia ea que ad honorem
suum pertinent non vult dare ab omnibus acceptari.
et si in aliis deus hominibus invidet multo enim magis
in hoc s. in scientia propter se quesita que est honorabi-
lissima inter omnia. et secundum eorum opinionem sequitur quod omnes
periti sunt infortunati. fortunatos enim esse
homines dicebant quod ex providentia deorum qui eis
bona sua concedebant. unde ex invidia deorum sua
bona concedere nolentium sequitur quod homines circa per-
fectionem huius scientie sint infortunati. Set radix
huius opinionis est falsissima. quia non est conveniens quod
aliqua res divina invideat. quia ex hoc patet quod invidia
est tristicia ex prosperitate alterius. quod quidem accidere non
potest nisi quatenus bonum alterius estimetur ab invido in
proprii boni diminutio. Deo autem nec convenit esse
tristem cum non sit alicui malo subiectum. Nec etiam per bo-
num alterius suum bonum diminui potest. quia ex eius
bonitate est sicut ex indeficienti fonte omnia bona
effluunt. unde et proverbio dicitur quod deus est omnis

in hoc

relegata invidia. Sed poetae non solum in hoc, sed in multis aliis mentiuntur, sicut in proverbio vulgari dicitur. Nec est aliquam aliam etc. Ostendit quartum, scilicet quod haec praedicta scientia sit honorabilissima tali ratione. Illa scientia est maxime honorabilis quae est maxime divina, sicut et Deus honorabilior est rebus omnibus. Sed ista scientia est maxime divina; ergo est honorabilissima. Minor sic probatur. Dicitur aliqua scientia divina esse dupliciter, et haec sola scientia utroque modo divina dicitur. Uno modo scientia divina dicitur quam Deus habet. Alio modo quae est de rebus divinis. Quod autem haec sola habeat utrumque est manifestum. Quia cum haec scientia sit de primis causis et principiis, oportet quod sit de Deo, quia Deus hoc modo intelligitur ab omnibus ut de numero causarum existens et ut quoddam principium rerum. Item talem scientiam quae est de Deo et de primis causis aut solus Deus habet, aut si non solus, ipse maxime habet. Solus quidem habet secundum perfectam comprehensionem. Maxime vero habet inquantum suo modo ab omnibus habetur, sed ab eis non ut possessio, sed sicut aliquid ab eo mutuatum. Ex his autem ulterius concludit quod omnes aliae scientiae sunt necessariae magis quam ista ad aliquam vitae utilitatem, minime enim sunt propter se quaesitae. Sed nulla alia dignior ista potest esse. Oportet vero eius ordinem etc. Hic ponit terminum in quo perficitur ista scientia. Et dicit quod ordo eius consistit vel terminatur ad contrarium eius quod erat in illis qui primo istam scientiam quaerebant, sicut et in generationibus et motibus accidit. Nam unusquisque motus terminatur ad contrarium eius a quo motus incipit. Unde cum inquisitio sit motus quidam ad scientiam, oportet quod terminetur ad contrarium eius a quo incepit. Incepta est autem, ut praedictum est, inquisitio huius scientiae ab admiratione de omnibus, quia primi admirabantur pauciora, posteriores occultiora. Quae quidem admiratio erat si res ita se haberet, sicut automata mirabilia, quae videntur mirabilia a casu accidere. Automata enim dicuntur quasi per se actiua. Admirantur enim homines praecipue quando aliqua a casu eveniunt sed non a se, sicut si essent praevisa, vel ex aliqua causa determinata provenientia. Casualia enim non a casu sunt determinata. Et admiratio est propter ignorantiam causae. Et ideo cum homines nondum poterant speculari causas rerum, admirabantur omnia quasi quaedam casualia, sicut admirantur circa conversiones solis, quae sunt duae secundum duos tropicos, hyemalem et aestivalem. Nam in tropico aestivali incipit sol converti versus meridiem, cum prius versus septentrionem tenderet. In tropico autem hyemali e contrario. Et etiam sicut quod diameter non est commensurabilis lateri quadrati. Cum enim non mensurari videatur esse solius minimi, sicut sola unitas est quae non mensuratur alio, sed ipsa omnes alios mensurat,

mirum videtur si aliquid quod non est minimum non mensuratur. Constat autem quod diameter quadrati et latus eius haec non sunt indivisibilia sive minima. Unde mirum videtur si non habent commensurationem. Cum igitur philosophiae inquisitio ab admiratione incipiat, oportet ad contrarium finire vel proficere, et ad id quod dignius est, ut proverbio vulgari concordet, quod dicit quod semper proficere est in melius. Quod autem sit in contrarium indignius, patet in praedictis mirabilibus, quia quando homines iam discunt causas praedictorum, non admirantur. Sicut quod diameter sit incommensurabilis lateri, sciunt enim causam huius, quia scilicet proportio quadrati diametri ad quadratum lateris non est sicut proportio numeri quadrati ad numerum quadratum, sed sicut proportio duorum ad unum. Unde relinquitur quod proportio lateris ad diametrum non sit sicut proportio numeri ad numerum. Et ex hoc patet quod commensurari non possunt. Illae enim solae lineae sunt commensurabiles quarum proportio ad invicem est sicut proportio numeri ad numerum. Erit igitur finis huius scientiae in quem proficere debemus, ut causas cognoscentes non admiremur de naturae effectibus. Patet igitur ex praedictis quae sit natura huius scientiae, quia est speculativa, libera, non humana, sed divina, et quae est eius intentio, in quo oportet habere quaestiones et totam methodum et totam hanc artem. Intendit enim circa primas et universales rerum causas, de quibus etiam inquirit et determinat, et propter harum cognitionem ad praedictum terminum pervenit, ut scilicet non admiretur cognitis causis.

Quoniam autem manifestum etc. Posito prohemio, in quo ostendit intentionem huius scientiae et dignitatem et terminum, incipit prosequi scientiam propositam. Et dividitur in duo. Primo ostendit quid priores philosophi de causis rerum tradiderunt. Secundo veritatem huius scientiae incipit prosequi in secundo libro, ibi, De veritate theorica etc. Prima pars dividitur in duas. Primo ponit opiniones philosophorum de causis rerum. Secundo improbat eas, quantum ad hoc quod male dixerunt, ibi, Ergo quicumque etc. Circa primum duo facit. Primo resumit enumerationem quattuor causarum in secundo Physicorum diffusius tractatam. Secundo prosequitur opiniones philosophorum, ibi, Accipientium vero etc. Dicit ergo primo quod quia manifestum est, scilicet quod sapientia est causarum speculatrix, debemus incipere a causis, earum scientiam sumendo, quia tunc ex ratione scientiae contrarium videtur, quia tunc unumquodque scire dicimus quando putamus non ignorare causam. Causae autem quadrupliciter dicuntur. Quarum una est ipsa causa formalis, quae est ipsa substantia rei, per quam scitur quid est unaquaeque res. Constat enim, ut dicitur in secundo Physicorum, quod non dicimus aliquid esse naturale priusquam accepit formam. Et quod forma sit causa patet, quia quaestionem qua dicitur quare est aliquid reducimus ad causam formalem, incipiendo a formis proximis et procedendo usque ad ultimam. Ipsum autem quare quaerit de causa et principio. Unde patet quod forma est causa. Alio modo causa est materia. Tertio causa est efficiens, quae est unde principium motus.

contraria causa est quae opponitur causae efficienti secundum op-
positionem principii et finis. Nam motus incipit a causa
efficiente et terminatur ad causam finalem. Et haec est
etiam causa sicut id cuius causa et quod est bonum uniuscuiusque. Nam sic
enim causam finalem per tria notificat. Scilicet quia est terminus mo-
tus et oppositus et opponitur principio motus quod est causa effi-
ciens. Et quia est primum in intentione ratione cuius dicitur
cuius causa. Et quia est per se appetibile ratione eius dicitur bonum.
Nam bonum est quod omnia appetunt. Unde expon-
ens quomodo causa finalis efficienti opponatur dicit
quod est finis generationis et motus quorum principium est causa effi-
ciens. Per quod duo videtur duplicem finem insinuare.
Nam finis generationis est forma ipsa quae est pars rei. Fi-
nis autem motus est aliquid quaesitum extra rem quae movetur.
De his dicit se sufficienter tractasse in libro phisi-
corum. Ne ab eo ad plenius difficilior expositio earum
quaereretur. Accipiemus tamen causam etc. Hic ponit opinio-
nes aliorum de causis. Et circa hoc duo facit. Primo assignat
rationem quare hic agendum sit. Secundo incipit prosequi suam
intentionem ibi: Primum quidem igitur etc. Dicit igitur primo quod
quamvis de causis tractatum sit in phisicis, tamen nunc
accipiendae sunt opiniones philosophorum qui prius vene-
runt ad perscrutandum naturam entium et qui philosopha-
ti sunt de veritate quoniam ipsi causas et principia ponunt.
Nobis igitur qui eis convenimus considerare eorum opinio-
nes erit ad prius id est ad praeambulum methodo
id est arti quae nunc a nobis quaeritur. Unde alia littera Boe-
thii: antecedentibus igitur ad opus propositum quod nunc
est ad inveniendum. Alia littera habet: supervenientibus
ergo quod nunc erit ad viam opus inquirendi et legenda
est sic. Nobis igitur supervenientibus eis qui nunc est via
id est praesenti methodo et arti consideranda est horum
opinio quae ad viam operis id est negotii. Sic operata sunt
ad viam consuetudinem ut intelligatur quod quaedam
metaphora utitur et loquendo per ad viam operis
quasi est negotium accipiens. Utilitas autem est ista
quia aut ex dictis eorum inveniemus aliquod genus causis
praeter autem magis confirmabimus has de quibus dictum est de
causis quod sic sunt quattuor. Primum quidem igitur etc. Hic incipit
antiquorum philosophorum opiniones prosequi. Et circa hoc duo fa-
cit. Primo recitat aliorum opiniones. Secundo improbat ibi:
Ergo quidem unum esse. Circa primum duo facit. Primo recitat
singulorum opiniones de causis. Secundo colligit in sum-
ma quae dicta sunt ibi: Breviter igitur et capitulatim
etc. Prima pars dividitur in tres. Primo ponit opinionem
dicentium causam materialem. Secundo ponit opinio-
nem ponentis quod primo causam formalem posuit manifeste
ibi: Post praedictas vero philosophias. Circa primum duo facit.
Primo ponit opiniones illorum qui posuerunt primum
aliquas res materiales. Secundo illorum qui adinvenerunt
extrinseca principia ibi: Leucippus vero. Circa primum

duo facit. Primo tangit opiniones antiquorum de causa
materiali. Secundo de causa efficiente ibi: Procedentibus autem sic.
Circa primum duo facit. Primo ponit in quo conveniunt de
causa materiali opiniones ponentium causam materialem in
generali. Secundo prosequitur eorum opiniones in speciali ibi:
Thales etc. Circa primum duo facit. Primo ponit quod sen-
serunt de causa materiali. Secundo quod senserunt de rerum generatio-
ne quae ex primo sequebatur ibi: Et propter hoc neque generari etc.
Dicit igitur quod plurimi eorum qui primo philosophati sunt de rerum
naturis posuerunt principia omnium esse sola
illa quae reducuntur ad speciem causae materialis. Et ad hoc
accipiebant quattuor conditiones in quibus ad rationem
principii pertinere videntur. Nam id ex quo res est
principium rei esse videtur. Hic autem est materia. Nam ex materia di-
cimus aliquid esse ut ex ferro cultellum. Secundo
quod fit aliquid cum sit principium generationis rei videtur esse causa rei.
Quia res per generationem procedit in esse. Ex materia autem primo
res fit. Quia materia rerum fluxioni praeexistit. Et ex ipsa
et non per accidens aliquid fit. Nam ex contrario vel privatione
aliquid per accidens dicitur fieri sicut dicimus quod ex nigro
fit album. Tertio videtur esse rerum principium in quod
finaliter omnia per corruptionem resolvuntur. Nam
sicut principia sunt prima in generatione, ita sunt ultima
in resolutione. Hoc etiam manifestum est. Quarto quia principium
oportet manere id videtur esse principium quod in generatione
et corruptione manet. Materia autem in quam dicebant esse
substantiam rei manet in omni transmutatione. Sed pas-
siones mutantur ut formae et omnia quae adveniunt
super substantiam materiae. Ex his omnibus concludebant quod materia
esset principium omnium eorum quae sunt. Et propter hoc etc. Hic po-
nit quartum quod ponebant quod ex praecedentibus
sequens, scilicet nihil simpliciter generari vel corrumpi in
entibus. Nam quando fit aliqua mutatio circa passi-
ones substantia manente non dicimus aliquid esse generatum
vel corruptum simpliciter sed solum secundum quid. Sicut cum Socrates fit bonus
aut musicus non dicitur fieri simpliciter sed fieri hoc. Et similiter quando
deponit habitum non dicitur corrumpi simpliciter sed secundum quid.
Cum igitur materia quae est rerum substantia secundum eos semper maneat omnis
mutatio fit circa aliquid quod advenit ei ut passiones.
Et ex hoc concludebant quod nihil generatur vel cor-
rumpitur simpliciter sed solum secundum quid. Quamvis autem sic concordarent
in ponendo causam materialem tamen differebant in eius po-
sitione quantum ad duo, scilicet quantum ad pluralitatem quia quidam po-
nebant unam, quidam plures, et quantum ad speciem
quia ponentium unam quidam ponebant ignem,
quidam aquam etc. Similiter ponentium plura quidam haec
quidam illa principia materialia rebus attribuebant. Tha-
les vero etc. Hic incipit recitare opiniones singulorum
de causa materiali. Et primo ponit opiniones ponentium unam
causam materialem. Secundo ponentium plura ibi: E[illegible]pedocles
vero etc. Circa primum tria facit. Primo ponit opinionem

ponentium aquam esse principium omnium. Secundo ponentium
aerem, scilicet Anaximenes et cetera. Tertio ponentium ig-
nem, scilicet Hippasus. Circa primum duo facit. Primo ponit opinio-
nem Thaletis qui dicebat aquam esse rerum principium.
Secundo ponit opinionis probationem ibi, Forsan namque
et cetera. Dicit ergo quod Thales princeps talis philosophiae, scilicet spe-
culativae, dixit aquam esse primum rerum principium. Dicitur autem
Thales speculativae philosophiae princeps fuisse, quia
inter septem sapientes qui post theologos poetas
fuerunt ipse solus ad considerandum rerum causas se
transtulit, aliis sapientibus circa moralia occu-
patis. Nomina autem septem sapientum sunt ista. Primus
Thales Milesius apud Hebraeos tempore Romuli
et Achaz regum Israel. Secundus fuit Pittacus Mi-
tilenaeus apud Hebraeos regnante Sedechia et apud
Romanos Tarquinio Prisco. Alii vero quinque fuerunt
Solon Atheniensis, Chilon Lacedaemonius,
Periander Corinthius, Cleobulus Lidius, Bias
Prienaeus, qui fuerunt omnes tempore Babylonicae capti-
vitatis. Quia ergo iste solus Thales rerum
naturalium scrutator fuit, suasque disputationes litteris
mandans emicuit, ideo hic princeps huius scientiae dici-
tur. Non debet autem videri inconveniens si opiniones hic tangit eorum
qui solum de causa naturali tractaverunt, quia antiqui
quod nullam substantiam cognoverunt nisi corpoream et
mobilem, oportebat quod prima philosophia esset scientia
naturalis, ut in quarto dicetur. Ex hac autem positione aliqui
procedebant ad hoc quod terra esset super aquam fundata
sicut principiatum super suum principium. Forsan namque
et cetera. Hic ponit rationes quibus Thales potuit in-
duci ad praedictam rationem. Et primo quo ad hoc indu-
cebatur ratione. Secundo quomodo inducebatur per maiorum auc-
toritatem ibi, Sunt autem et aliqui antiquiores et cetera. Induce-
batur autem duplici ratione. Una quam sumit ex con-
sideratione causae ipsius rei. Alia quam sumit ex con-
sideratione generationis rerum, ibi, Et quia cunctorum et cetera.
Hic ergo media littera ordinata. Primam ex post seque-
rem. Ex. n. est cuilibet aliud principium essendi est et
principium nutrimenti. Tantum autem sequitur ex hoc. Nam unumquodque
per contrarium resolvitur in id ex quo generatum est.
Quia tantum autem sequitur ex hoc, nam id quod praecedit
generationem rerum et remanet post corruptionem
oportet esse semper manens. Primo inducebat tribus signis
ad ostendendum aquam esse principium essendi rebus, quorum
primum est quod nutrimentum viventium oportet esse humidum.
Ex eodem autem viventia nutriuntur et sunt. Et sic hu-
mor videtur esse principium essendi. Secundum signum est quod esse
calidi et rei corporeae maxime viventis per humidum et
naturale calidum conservatur. Calor autem ex hu-
mo[illegible] est et videtur cum ipse humor sit quasi calo-
ris [illegible]. Unde ex his etiam videtur quod humor sit principium

essendi. Tertium signum est quia vita animalis in humido
consistit. Unde per desiccationem naturalis humidi animal mo-
ritur, et per eius conservationem animal conservatur vel sustentatur.
Vivere autem viventibus est esse. Unde ex his tribus patet quod hu-
mor sit rebus principium essendi. Et haec tria sig-
na se invicem consequuntur. Ideo enim animal humido
nutritur quia calor naturalis in humido sustentatur,
et ex his duobus sequitur quod vivere animalis sit per humidum.
Id autem ex quo aliquid fit, id est per quod aliquid esse consequitur, est principium
omnibus quae ex illo esse habent. Et propter hoc accepit hanc
opinionem quod humor esset omnibus principium. Secundo et
accipit signum ex rerum generatione, quia generationes
viventium quae sunt nobilissima in entibus sunt
ex seminibus. Semina autem sive spermata omni-
um viventium habent humidam naturam. Unde ex his
tribus patet quod humor est generationis rerum principium.
Si autem omnibus praedictis coniungatur quod aqua est
humidi principium, sequitur quod aqua sit primum rerum
principium. Sunt autem et aliqui et cetera. Hic ostendit quomodo Thales
inducebatur ad praedictam positionem per auctoritatem
antiquorum. Et dicit quod aliqui fuerunt antiquiores Tha-
le et multum ante generationem hominum qui erant
tempore Aristotelis, qui fuerunt primo theologizantes, qui visi
sunt hanc opinionem de natura habuisse, scilicet quod aqua esset
principium omnium. Ad cuius evidentiam sciendum quod apud Graecos
primi famosi in scientia fuerunt quidam poetae theo-
logi sic dicti quia de divinis carmina faciebant.
Fuerunt autem tres, Orpheus, Museus et Linus, quorum Or-
pheus famosior fuit. Fuerunt autem tempore quo
iudices erant in populo Iudaeorum. Unde patet quod diu fu-
erunt ante Thaletem et multo magis ante Aristotelem, qui
fuit tempore Alexandri. Isti autem poetae sub quibusdam
aenigmatibus fabularum aliquid de rerum natura tra-
diderunt. Dixerunt enim quod Oceanus, ubi est maxima
aquarum congregatio, et Thetis, quae dicitur dea aquarum, sunt paren-
tes generationis. Ex hoc sub fabulari similitudine
dantes intelligere aquam esse generationis principium. Hanc
etiam sententiam alia fabulosa narratione vela-
verunt dicentes quod sacramentum vel iuramentum nu-
minum erat per aquam quandam quam poetae dicunt Stigem,
et dicunt eam esse aquam infernalem. Ex hoc autem quod deos
dicebant iurare per aquam, dederunt intelligere
quod aqua erat honorabilior ipsis diis, quia sacra-
mentum vel iuramentum fit per id quod est honorabi-
lius. Perfectum enim praecedit imperfectum natura et tempore
simpliciter, licet in uno aliquo imperfectum perfectum praecedat.
Unde ex his patet quod aquam aestimabant priorem esse ipsis
diis, quos intelligebant esse corpora caelestia. Et quia
isti antiquissimi aquam dixerunt rerum principium, si a-
liqua opinio fuit prior ista de naturalibus, non est nobis
manifesta. Sic ergo patet quod Thales de prima causa

rerum dicitur estimasse. Quidam autem philosophus qui vocatur yppona et in libro de anima ypponus non fuit dignatus ad superaddere huius propter sue sententie vel intelligentie imperfectionem. unde et in libro de anima ponitur inter grossiores. vel dicitur quod posuit aquam esse animam et principium rerum sumens argumentum ex rerum seminibus ut hic dictum est de thale. unde patet quod non addit supra thalem sententiam. vel potest intelligi quod propter imperfectionem dicti non reddidit se dignum ut eius sententia hic contineretur cum aliis. Anaximenes autem. hic ponit opiniones ponentium aerem esse principium qui fuerunt diogenes et anaximenes ponentes aerem priorem aqua esse naturaliter et principium maxime omnium simplicium corporum i. quatuor elementorum et per consequens omnium aliorum. fuit autem anaximenes tercius a thale. fuit enim discipulus anaximandri qui fuit discipulus thalis. diogenes vero discipulus anaximenis fuisse dicitur. hic tamen differentia fuit inter opinionem dyogenis et anaximenis quod anaximenes aerem simpliciter posuit rerum principium. Dyogenes autem dixit quod aer rerum principium esse non posset nisi compositus esset a dimensionibus. ex quo provenit opinio que tangitur primo de anima. ratio autem qui aerem ponebat rerum principium potuit sumi ex exspiratione per quam vita animalium resultat. et quia ex mutatione aeris videntur variari generationes et corruptiones rerum. Ypassus. hic ponit quod duo philosophi ypassus et eraclitus posuerunt ignem esse primum principium ut materiam et potiunt motum ex eius subtilitate sicut infra dicetur. Empedocles vero etc. hic ponit opiniones ponentium plura principia et multa. et primo empedoclis qui posuit plura finita. secundo anaxagore qui posuit plura infinita ibi. Anaxagoras vero etc. ponit ergo primo opinionem empedoclis quantum ad duo. primo quantum ad hoc quod tria predicta elementa s. aquam aerem et ignem dixit esse rerum principia addens eis quartum s. terram. secundo quantum ad hoc quod ista elementa dixit semper manere et non generari nec corrumpi sicut et illi qui posuerunt unam causam materialem. sed per congregationem horum et disgregationem secundum multitudinem et paucitatem dixit ex eis alia generari et corrumpi inquantum ista s. per congregationem in unum et disgregationem ex uno dividuntur. Anaxagoras vero etc. hic ponit opinionem anaxagore qui discipulus dyogenis patria clazomenius prior etate quam empedocles sed factis suis operibus posterior. vel quia prius philosophari incepit. vel quia in modo principiorum minus bene dixit quam empedocles. dixit enim principia multa esse infinita cum sit dignius finita principia accipere quam fecit empedocles ut dicitur in primo physicorum. non enim solum dixit principia rerum esse ignem et aquam et alia elementa sicut empedocles sed omnia que sunt consimilium partium ut caro os medulla et similia quorum infinita minimas partes principia rerum posuit ponens in

uno quoque infinitas partes horum singulorum inesse propter id quod invenires unum ex alio generari posse invenit. cum generationem rerum non diceret esse nisi per separationem a mixto ut plenius explicatur primo physicorum. Sicut autem anaxagoras convenit cum empedocle s. quod generatio et corruptio rerum non est nisi per congregationem et disgregationem partium predictarum infinitarum. et quod aliter non generari nec corrumpi contingit. sed hec rerum principia infinita ex quibus rerum substantie efficiuntur permanere dixit sempiterna. concludit ergo quod ex predictis philosophorum opinionibus potest aliquis cognoscere solum causam que continetur sub specie materie. Procedentibus autem etc. postquam posuit opiniones de causa materiali hic ponit opiniones de causa efficiente que est unde est principium motus et dividitur in duas. primo ponit opiniones eorum qui simpliciter assignaverunt causam motus et generationis. secundo ponit opiniones illorum qui posuerunt causam efficientem que est principium boni et mali in rebus ibi. post hos autem etc. Circa primum duo facit. primo ponit rationem cogentem ad ponendum causam moventem. secundo ostendit qualiter ad ponendum diversi diversimode se habuerunt ibi. quidam ergo omnino qui talem etc. dicit ergo primo quod cum philosophi sic procederent in causa materiali ponenda ipsa res evidens viam dedit eis ad veritatis inventionem et coegit eos querere dubitationem dicendam que inducit in causam efficientem que talis est. nulla materia vel subiectum transmutat seipsum sicut lignum non transmutat seipsum ut ex eo lectus fiat. nec es est causa transmutandi ut ex eo fiat statua. sed oportet ad hoc esse quod est causa mutationis causam que est artifex. sed ponentes causam materialem unam vel plures eius dicebant ex eo sicut ex subiecto fieri generationem et corruptionem rerum. ergo oportet quod sit aliqua alia causa mutationis. et hanc querere est querere alterum genus principii et cause quod nominatur unde motus etc. Quidam ergo omnino etc. hic ostendit quomodo ad predictam rationem tres philosophi se habuerunt. Illi enim qui illam viam a principio tetigerunt et dixerunt unam causam esse materialem non multum se gravabant in solutione huius questionis et ita non curantes rationem inveniendi causam motus penitus negligentes. Alii vero dicentes omnia unum esse qui per predictam questionem devicti non valentes pervenire ad signandum causam motus negaverunt totaliter motum. unde dixerunt quod totum universum est unum ens immobile in quo differebant a primis naturalibus qui dicebant unam causam esse rerum scilicet materiam que tamen movetur per rarefactionem et condensationem ut sic ex uno plura quodammodo fierent licet non dicerent quod mutaretur secundum generationem et corruptionem simpliciter. hoc non quod mens simpliciter generaretur vel corrumperetur sed tamen quod opinio et ab omnibus concessa ut ex supradictis patet. Sed istis posterioribus propter hoc fuit dicere quod totum est unum immobile sicut omni motu carens. huiusmodi fuerunt Conophones parmenides et melissus ut infra dicetur. ergo patet quod illi qui dixerunt totum unum sicut omne unum immobile non potuerunt intelligere talem causam scilicet causam motus quia ex quo motum

subtiliunt si ul' q'rerent causam mot' n'atq;
mentis q' iste et si poneret unu' s'c'dm rom' pone
bat plura s'c'dm sensu' ut .J. dicet. unde et q' plura po
nebat o'ebat ei pone' plures causas quarum una
esset mouens et alia mota. q' sic pluralitatem
s'c'dm sensum ponebat. ita oportebat q' poneret mo
tum s'c'dm sensum. Nam ex uno s'bo no' pot' intelligi
pluralitas constituta n' p' aliq' mod' mot'. Ter
cio sciunt q' plures facientes rer' s'bas consequenter s'
unt p'misse rom' ponentes causam mot'. pone
bant n' calid' et frigidu' causas. ul' igne' et t'ram
quorum igne utebant' ut h'nte uicis e' .i. mouentiu'
naturam. aq' u'o et t'ra et h'i. s'. aere contrario. s'.
h'ntibus naturam passiua'. et sic ign' erat ut ca'
efficiens. alia ut ca' mat'. Post hos autem a
lii p'ncipia. hic ponit opiones ponentiu' causam ef
ficientem no' solu' ut p'ncipiu' mot' s' et u' p'ncipium
boni ul' mali in rebus. et circa h' duo facit. p'o narr
rat eoru' opiones. s'c'do ostendit in quo in ponendo
causas defecerunt ibi. g' isti sunt d'p'o. circa p'mu'
duo facit. p'o ponit opiones ronis ex qua mouene
bant' ad ponend' aliam causam a p'dictis. s'c'do osten
dit quo diu'simode causam posuerunt ibi. Di
cet autem aliquis et c'. dicit g'o p'o q' post p'dictos ph'os q' so
lu' una' causam m'ialem posuerunt ul' plures corpales
quarum una erat ut actiua. alia ut passiua.
et post alia p'ncipia ab eis posita. tamen fuerunt
ab ipsa u'itate coacti ut aiebant et sicut
supradictum est ut q'rerent p'ncipium h'ntium
.i. quomodo se habens ad p'dicta. s'. causam boni q'
quidem est causa finalis. l; ab eis no' poneret' n'
p' acciens ut .J. patebit. ponebat' .n. ab eis
solu' causa boni p' mod' cause efficientis. et
ad h' cogebant'. q' p'missa p'ncipia no' suffi
ciebant ad generand' naturam entiu' in q'bus quedam
inueniunt' aliq' b'n se h're q' demi'at co'
s'uatio corpu' sup'ioris locas ex q' corrupuntur
et ult'ius utilitates q'm p'uenim' ex p'abus
a'i'al' in q'bus h' m' dispone inueniunt'. s'c'dm q' co'
g'ruit ad bonu' esse alic'. h'nt autem bone dispo'is
et s'titudinis quasdam res iam h'nt. q'da
u'o adipiscuntur. p' aliq' rationes. no' suf
ficient ponere causa' l' ignis l' t'ra. ul' ad tali
um corpu' q' ista co'r de necessitate agunt ad u
nu' s'c'dm necessitatem ppria' forma'. sic ignis ca
lefacit et tendit sursum. aq' u'o infrigidat
et tendit deorsum. p'dicte autem utilitates et bone
dispones reru' exigunt h're causam no' determi
natam ad unu' tm' cu' indiuisis alibi diu'
simode inueniant' p'tes dispone et u'no q'
s'c'dm congenientiam ipsoru' nature. unde no' e' conueniens q' d'

ignis ul' t'ra. ul' ad h' sit causa p'dicte bone h'itu
dinis reru'. Nec fuit conueniens q' ipi h' estimaue
runt. n' tantu' b'n se h're dicere q' sint a'uthomatu
.i. p' se euenientia et casualia. et q' a fortuna
cum innitatur eoru' causalitatis. l; aliq' eoru' h' dixe
runt ut empedocles. et q'cumq; posuerunt causam m'ialem
tm' sic' p3 s'c'do ph'icoru'. q' tm' p3 esse falsum p' h' q'd
h' bone dispones inueniunt' ul' s'p ul' in ma
iori p'te. casu autem q' s'c'dm a casu ul' fortuna. no'
s'c'dm sic' s'p. n' sic' frequent'. s'. ut i. aro. et p'p hoc
necessariu' fuit aliquam inuenire p'ncipium bone dispo
nis reru' p'p' u'ij. c'a. alia s'ia l'r. neccum ipi
authomato et fortune et eid' casus q' pri.
Dicet aliquis et c'. h' ponit i'specialis opiones de p'
dicto p'ncipio. et p'o ponit opiones ponentiu' unam
causam. s'c'do ponentiu' duas ibi. Quoniam u'o contraria
bonis et c'. circa p'mum duo facit. p'o ponit opionem
ponentium causam p'ma' efficientem intellectum.
s'c'do ponentiu' amorem ibi. Est autem suspica
ri. dicit g'o q' post p'dictam rom' aliquis ut dicentes
intellectum inesse in tota natura sicut est in alibus. et ip'm
esse causam mundi et ordinis totius .i. uniu'si in quo
ordine consistit bonu' totius uniu'ss et si p'ficit
ut p'iores ph'os ad puram u'itatem eos redu
ceres. q' in sententia dixerunt hi causam no' tangentes.
hanc autem sententiam manifeste tangit anaxagoras. licet
causam h'us sententiam p'hendi dederit ei p'mo q'
dam alius ph's. s'. ormatius clazomenius. unde p3 q'
illi qui sunt opinati sic simul posuerunt idem
rebus esse p'ncipium q' b'n se h'rent et q' esset unum
p'ncipium motus est. Suspicatus autem. ponit opionem
ponentiu' amorem esse p'ncipium p'mum qui tm'
no' ita expresse ul' plane posuerunt. et ideo d'r
q' suspitio fuit ap'd aliquos q' si eriod' p' q'
similiter h' p'ncipium bone h'itudinis reru'. ul' quicumq;
alius posuit amorem aut desideriu' i rebus. sicut p'
menides uniu'si g'tionem mostrare temptaret
dixit q' amorem deoru' p'uidit omnibus ut mundus
constitueret. n' est conueniens sententiam ei' q' posuit unum
inmobile ens q' h' d'r. q' ponebat plura s'c'dm sensum.
l; unum s'c'dm rom' ut supradictum est et .J. dicet'. deos
autem corpa celestia appellabat. l' forte aliquas
s'bas separatas. s'c'do eriod' dix' q' p'o omnium fuit
chaos. et deinde t'ra est t'ra latior ut esset recep
taculum aliorum. posuit .n. receptaculum et lo
cum p'mu' esse ut d'r .iiij. ph'icoru'. posuit et a
morem reru' p'ncipium. q' cum d'r omnia immorta
lia. et h' ideo q' o'cessio bonitatis ex amore p'
uenire uidetur. Nam b'n'ficium est signum et effectus
amoris. unde cum ex rebus immortalibus h'i cor
ruptibilia se h'nt et in esse bona dispositione

oz h amori inmortali attribue. Immor lia
tu posuit ul' ipa coz celestia. ul' ipa pn
incipia. sic tn posuit celos et amorez quasi
sicut sit i rex exist'' ee. no solu inmat'
motu. sz et cam agentez q res moueat
et ogget q ui' ad amorez ptine. Itm et
i nob amor ad actones mouet q e oiu
affctonu pnc. Itm et timor et tristicia
et spes no n ex amore pcedut. q et amor
ogget ex h p3. q ipe amor e qda unio a
mantis et amati. du amas amatu qi
se reputat. Iste tn exiod' tn pbioy tpa
fuit in nuo poetay. q tn hoy sit prior
i sna. utr ille q dix amore ee p pnc. l
ille q dix intellm posl' poit iudicari. s.
n agetur de do et h iudiciu distbutone
uocat. q p h unicq suus gdus atribuit
dignitatis. alia translatio plani ht. guo ate
se ogttt tuisre q s de h sit por ptius iu
dicari potit.

Qoniam uo oria et c. h ponit opio
nez ponentiu otrietatez i hs et rom
eos mouerez que tal' er. at. In rex
na uidebant aliq ee oria boni. q i n
n solu iuenit ordinatu et bonu. sz atu
iordinatu et tpe. no tn dic q mala non
hant cam sz accidut a casu. q mala sut
pla meliorib3. et pua et pla simp bonis.
q aut a casu sine ca deuiata no et u in
plib3. sz ut i pauciorib3. vn ca oriy sint
orie ca ee. oz no solu cam rex pone amo
rez ex quo puenut ordinatones et bona.
sz et odiu ex q puenut iordinatones et tur
pia ul' mala. ut sic singla mala et bona
ppas cas hant. et q ista fuit ro mouens
empedocle p3 sigs exeqt' sniaz ei et atti
piat se ad snam. q dre uolut et ad uba
q inpfte et qi balbutiendo dix. Dxit n q
amoris e ogggare. et odii disggare. sz q
ex oggatone e rex gnato. ex q reb3 e ee
et bonu. p seggatom uo e corrupto q e uia
ad no ee ad malu. Itm p3 q uolut amo
rez ee cam agathox. i. bonoy. et odium
ee cam maloy. et ita sigs dicat q emped'
fuit pm q dix bonu et malu ee pnc. forsi
tan bn dix. sz tn s' emped' h fuit q bonu
est ca omiu bonoy et malu oium malo
ru. q. n. aliqu maloy posuit cam ma
lu. s. corrumes singloy et aliqu bonoy bo
nu. s. gnonis in e. Sz q no segbat q oia
bona ecent p amicitiam. n oia mala p

odiu. cu distinctio ptiu mdi ad iuice ecet
p odiu. et ofusio p amicitiaz. io no ubiq
posuit bonu cam bonoy et malu cam
maloy. Illi g sic dixut et c. h ondit q i pone
do pdcas cas deficiebant. et p loq gnalr de
eis. s'o spali. ibi. Anaxi ei et c. dic g p q p
dci phi. s. anax. et emped. us ad h puenut
q posuint duas cas illoy. iiii. q sunt determina
ta in phicis. s. matia et cam mot. set obscure
et no manifeste tdiduut. qnia no expmebant qd
illa q cas ee ponebant ad illa cau gna redu
cerent. s; in h q de cais posuint dicab; qit assi
antur. bellatorib; no eruditis qui ad iusaripis
coducti faciunt aliu bonos ictus. s; no p ar te. s. a casu
q ex h p; q ei aliu accidit eis uitu sepaut frequt.
S3 et pdci phi no sunt usi dix q dut. n usi sut sci
entib; i. sut scientes. vn alia translo ht. s; n illi
scia; usi h no pant scientib; dix q dut. q ex h patet.
q cu pdcas posuisent ee no sut eis usi. q ipau
cisiutebant. vn v s. q no exarte. s; ex qdam iduc
a casu sint ali iduximt. Anax. n. h o'ndit spali
ut q coru defeat. et p mo de anax. s'o de emp. dit
g p mo q anax. utit intellu ad mdi gnacom
iq vi artificiali. loqi no dubitauit de cas
gnatonis mdi exnte. Iblr ht. i. pducit ipm
intelltu no valens redu ce mdi gnacom in aliq
aliam cam distiguetez res. n aliq de se distinet
et inmixtu e se intelltos. s; n omib; alus assignat
cas magis ex omib' alus quam ex intellectu
sic suspalib rebus naturis. Et emp. et c. h
o' in quo deficiat. et ee hoc duo facit. p mo
o' i quo deficit. s'o quid ptinn p alus dixit
ibi; emp. g. dicit g'. q. emp d' i determinat
ptibus rex naturis pls utitur cais a se
poitis. s. uni' cu' odio et amore qua a
nax. q singloy gnatom et corruptone
i pdcas cas reducat no a anax. intellem.
sz in duob' deficit. p. q no sufficienter h
cas tdit. vtitur. n. eis. q. dignitatib' p se no
tis que no sunt p se nota. ut dr. in. phi
coz. dum. s. supponebat. q. p se notu qd
ius determinato tempe dnabatur i elic et i
alio tpe determinato amor. s'o q i hus
que p quirit no inuenit id. q cum. ab eo
ofessum. i. suppositu. q. pucipui. s. q am
or. ogget et odiu disgget. q i multis lo
cis oz. q eo amor secnat. i. desidat et odi
um ocnat. i. ogget. qu ipm ee vnius
i ptes suas. p odiu dirimitur. i. diuiditur
q est i genatone mdi tc omes ptes igr
i unu qut. et au. single ptes amor eloz

continuantur, id est ad unionem coniunguntur. Sic igitur odium
non solum partes ignis dividit a partibus aeris, sed et
partes ignis coniungit ad invicem. Cum autem cum
elementa in unum conveniunt per amorem quod accidit in destru-
ctione universi, tunc necesse est ut singulorum partes
ad invicem separentur. Non enim possunt igitur coniungi
aeri nisi partes ignis ad invicem separentur et similiter
partes aeris ut invicem se elementa predicta penetrent
ut et sic amor sic coniungit contraria ita di-
dat illa. Secundo quod sequitur ex eius positione. Empe-
docles igitur etc. Hic ostendit quomodo Empedocles pre aliis philosophis principia
posuit et dicit quod duo primus posuit. Unum
est quod causam unam motus divisit in duas contrarias.
Aliud est quod causam materialem dixit esse quattuor elementa non quod
utatur nisi eis ut quattuor sed ut duobus quia ig-
nem contraponit aliis tribus quibus utitur ut
uno dicens quod ignis habet virtutem activam et a-
liam passivam. Et hoc patet si aliquis sumat exer-
citationem rerum ab ipso causatis vel eis id est principiis
sive doctrine que posuit. Alia litera habet: ex libris
quos dum metere. Alia translatio que dicit ex
eius. Hec igitur ut dictum est sic et tot posuit
principia quae nunc et ea que dicta sunt. L-

1 Leucippus vero etc. Hic incipit ponere positiones
eorum qui posuerunt de principiis et ponens
contrarias et non manifestas et primo illorum qui posu-
erunt plura principia rerum, secundo illorum qui po-
2 suerunt tantum unum ens ibi: Sunt autem aliqui etc.
Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem Leu-
cippi et Democriti qui posuerunt principia rerum
corporea aliqua. Secundo ponit opinionem Pythagori-
corum qui posuerunt principia rerum incorporea ibi:
Similiter autem etc. Circa primum duo facit. Primo ponit
opinionem Democriti et Leucippi de causa materiali rerum.
Secundo de causa diversitatis earum scilicet ex materia plures res
diversificantur, in quo etiam apparet causa generationis
et corruptionis rerum in quo cum antiquis philosophis
conveniebat ibi: Quemadmodum et unum etc. Dicit primo quod
duo philosophi qui amici dicti quia in omnibus se seque-
bantur scilicet Democritus et Leucippus posuerunt rerum prin-
cipia plenum et inane sive vacuum quorum plenum
est ens, vacuum vero inane non ens. Ad huius autem opi-
nionis evidentiam recolendum est quod philosophus dicit de hoc
in primo de generatione. Nam cum
enim quidam philosophi posuissent omnia esse unum ens
continuum immobile quia nec motus sine vacuo
esse potest ut videtur nec etiam rerum distinctio ut dicebant
cum continuitatis privatione ex qua oportet intelligere
corporum diversitatem nisi per vacuum non possent op-
ponere vacuum aut nullo modo esse ponerent super-
venit Democritus qui eorum rationi consentiens di-
versitatem autem et motum a rebus auferre non no-
lens vacuum esse posuit et omnia corpora ex qui-
busdam indivisibilibus corporibus esse composita. Propter hoc quod
videbatur sibi quod sic non posset assignari quare
esset universum magis in una parte esse divisum
quam in alia unum ne poneret totum esse continuum
propter elegit ponere ubique totaliter esse divisum quod esse
non potest nisi remaneret aliquid indivisibile in-
divisum. Huiusmodi autem indivisibilia corpora ad invicem con-
iungi non possunt nec esse ut ponebant nisi
vacuo mediante quia nisi vacuum inter duo cor-
pora interveniret oporteret ex eis duobus esse unum
continuum quod ratione predicta non ponebat. Sic igitur
universitatem corporis magnitudinem constitutam
dicebat ex utique indivisibilibus corporibus implenti-
bus indivisibilia spacia et ex quibusdam spaciis va-
cuis ipsis indivisibilibus corporibus interiacentibus que
quidam poros esse dicebant ex quo cum vacuum
sit non ens et plenum ens non magis ponebat rei
constitutionem ens quam non ens quia nec corpora ma-
gis quam vacuum aut vacuum magis quam cor-
pus sed ex duobus simul dicebat ut dictum est corpus con-
stitutum. Unde predicta duo ponebat rerum causas sicut
materiam. Quemadmodum etc. Hic ostendit in quo conveniebant predi-
cti philosophi cum antiquis philosophis qui ponebant
unam tantum materiam. Ostendit autem quod conveniebant cum eis
in duobus. Primo quidem quia sicut ponentes unam materiam
ex illa una generabant alia secundum diversas materie
passiones que sunt rarum et densum que accipi-
ebant ut principia omnium aliarum passionum. Ista
et isti scilicet Democritus et Leucippus dicebant quod tres
differentie erant aliorum id est corporum constitutorum
ex indivisibilibus. Videlicet quod aliquae diverse illorum indivisi-
bilium corporum et pororum diversa entia constitu-
ebant. Eas autem differentias dicebant esse unam quidem
secundum figuram que attenditur ex hoc quod aliquid est an-
gulatum circulare et rectum. Aliam secundum ordinem que
est secundum prius et posterius. Aliam secundum positionem que est secundum ante
et retro dextrum et sinistrum sursum et deorsum. Et
sic dicebat quod unum ens differt ab alio vel
rismos id est figura vel diatigi id est ordine vel tropi-
di id est positione. Et hoc probat per exemplum in literis grecis.
An differt ab na figura in quibus una littera
differt ab alia figura sic et in nostris differt et una
ab alia secundum ordinem. Nam quedam cum alia ordi-
nantur una et differt ab alia positione sicut apud nos
videmus quod semivocales ante liquidas poni non pos-

sunt ante quas posuit mutae in eadem similitudine
sicut et istam complicationem diversitatemque universi ex eisdem elementis
diversimode se habentibus fit tragedia et comedia
ita ex eisdem corporibus indivisibilibus diversimode
se habentibus fiunt diversae species rerum. Aliud vero
in quo cessabant isti philosophi cum antiquis est quod
sicut antiqui neglexerunt ponere causam ex qua
motus inest rebus, ita et isti. Licet ista indivisibilia
corpora deberent esse per se mobilia, sicut gravia. Patet
quod per praedictos philosophos non determinatum est nisi de duabus
causis, scilicet de causa materiali ab omnibus, et de causa moven-
te a quibusdam. In his autem etc. Hic autem ponit
opiniones Pythagoricorum ponentium numeros esse
substantias rerum. Et circa hoc duo facit. Primo ponit eorum
opiniones de rerum substantia. Secundo de rerum principiis
ibi. Sed cuius gratia advenimus etc. Primum ponit
duo ex quibus inducebantur ad ponendum numeros
esse rerum substantiam. Secundum ponit ibi. Amplius
autem harmoniarum etc. Dicit autem quod Pytha-
gorici philosophi fuerunt in his contemporanei a-
liquibus dictorum philosophorum et ante hos quidam fuerunt
in quibusdam priores. Sciendum est quod duo fuerunt
philosophorum genera. Nam quidam vocabantur Ionici
qui morabantur in illa terra quae nunc Grae-
cia dicitur. Et isti sumpserunt principium a Thale
ut supra dictum est. Alii philosophi fuerunt Italici in
illa parte Italiae quae quondam magna Grae-
cia dicebatur, quae nunc Apulia et Calabria
dicitur. Quorum philosophorum princeps fuit Pythagoras
natione Samius sic dictus a quadam Calabriae
civitate. Et haec duo philosophorum genera simul con-
currerunt. Et propter hoc dicit quod fuerunt in his
et ante hos. Isti autem Italici philosophi et Pythago-
rici dicti primi dixerunt mathematica ut cete-
rorum sensibilium substantias et principia esse dicerent.
Dicit autem primi quia Platonici eos sunt secuti.
Ex hoc autem moti sunt ut mathematica introdu-
cerent, quia erant nutriti in eorum studio et ideo prin-
cipia mathematicorum credebant esse principia
omnium entium. Consuetum est enim apud homines
quod per ea quae noverunt de rebus iudicare ve-
lint. Et quia inter mathematica numeri sunt priores, ideo co-
nati sunt speculari similitudines rerum natu-
ralium et quantum ad esse et quantum ad fieri m-
agis in numeris quam in sensibilibus elementis, quae sunt
terra et aqua et huiusmodi. Sicut enim praedicti philosophi ad passion-
es rerum sensibilium adaptabant proprietates re-
rum naturalium, et ita isti proprietates rerum na-
turalium ad numerorum passiones. Cum dicebant
quod aliqua passio numerorum est causa iustitiae et quod est
causa animae et intellectus et alia est causa temporis
et sic de aliis. Et ut sic passiones numerorum intelli-
gantur esse rationes et quaedam principia omnium

apparentium in rebus sensibilibus et quantum ad res vo-
luntarias quae designantur per iustitiam, et quan-
tum ad formas substantiales rerum naturalium quae desi-
gnantur per intellectum et animam, et quantum ad accidentia quae
designantur per tempus. Amplius etc. Hic ponit secundum
motivum. Considerabant enim passiones harmoniarum, id est
consonantiarum musicalium, et earum rationes, id est proportiones
ex natura numerorum. Unde cum soni consonantes sint
quaedam sensibilia, eadem ratione, nisi sint, id est con-
naturalia, et alia sensibilia secundum rationem et totam na-
turam assimilare numeris, ita quod numeri sunt primi in
tota natura. Et propter hoc existimaverunt quod principia
numerorum essent principia omnium entium existentium
et totum caelum nihil aliud esse dicebant nisi quam-
dam naturam et harmoniam numerorum, id est proportionem
quamdam numeralem similem proportioni quae consideratur
in harmoniis. Unde quaecumque habebant confessa, id est mani-
festa quae poterant adaptare numeris et harmoniis
adaptabant et quantum ad caeli passiones sicut sunt
motus et eclipses et huiusmodi, et quantum ad partes sicut sunt
diversi orbes, et quantum ad totum caeli ornatum sicut
sunt diversae stellae et diversae figurae in constellationibus.
Et si aliquid deficiebat in rebus manifestis quod
non videretur numeris adaptari, superinducebant, id est ipsi
de novo ponebant. Continuatum esse eis omne neg-
otium, id est ad hoc quod totum negotium eorum quod erat
adaptare sensibilia ad numeros continuaretur, dum
omnia sensibilia numeris adaptarent; sicut patet in uno
exemplo. Numerus enim denarius videtur esse perfectus eo quod
primus limes et comprehendit in se omnem numerorum natur-
am, quia omnes alii numeri non sunt nisi repetitio qu-
aedam denarii. Ipse quoque simplex usque ad .x. faciebat numerum
ut dicunt philosophi. Unde et Pythagoras speras quae mo-
ventur in caelo dixit esse .x. quamvis .ix. solum-
modo sint apparentes quae deprehenduntur. VII. ex
ex motibus planetarum, octava ex motu stellarum
fixarum, nona vero ex motu diurno qui est motus
primus. Sed Pythagoras addidit decimam quae esset anti-
chthona, id est contraria motui inferiorum sperarum, et per quam in
contrarium sonans dicebat enim ex motu caelestium corporum
sonum fieri quamdam harmoniam. Unde sicut harmonia fit ex propor-
tione sonorum contrariorum scilicet gravis et acuti, ita ponebat
quod in caelo erat unus motus oppositum per alius motus
ut fieret harmonia. Et secundum hanc positionem motus diur-
nus pertinebat ad decimam speram quae est ab oriente
ad occidentem, aliis speris revolutis e contrario ab occi-
dente in orientem. Nonam vero secundum eam esse ponebat
quae primo revolvebat omnes speras inferiores in
contrarium primi motus. De his autem quae ad opinionem
pertinent determinatum est diffusius et certius in aliis li-
bris certius scie

9 Sed cuius gratia etc. Hic ponit opinionem Pythago-
ricorum de principiis. Et circa hoc duo facit. Primo dicit.

Duo genera philosophorum

primum finitum [illegible] unitas et [illegible] in ordine primum

quid esse rerum principia estimabant. Secundo in quo genus cause principia ab eis posita reducuntur ibi. Ex hiis quidem ambobus etc. Ponit autem circa primum tres opiniones. Secunda incipit ibi. Eorundem autem alii etc. Tertia ibi. Et ut videtur Alcmeon dicit quidem. Primo quia hic gratia venit ad opiniones pictagoricorum recitandas, ut ostenderet per eorum opinionem que sunt rerum principia et quomodo principia ab eis posita incidunt in causas. Quia numeralis videntur. Unde pictagorici ponebant numerum esse principium entium quasi materiam et passiones numeri esse sicut entium passiones et sic habitus, ut per passiones intelligamus accidentia cito transeuntia, per habitus accidentia permanentia, sicut ponebat quod possessio alicuius numeri sed quantum dicitur alicuius numeri paritas. Par enim iusticia propter equalitatem divisionis quia talis numerus equaliter per media dividitur usque ad unitatem sicut octonarius in duos quaternarios, quaternarius vero in duos binarios, et binarius in duas unitates, et similiter multa alia accidentia rerum assignabat attributis numerorum. Principia vero numerorum dicebat esse par et impar quia iste sunt prime numerorum differentie. Par etiam unum dicebat esse principium infinitatis. Imparem vero principium finitatis sicut exponitur in tertio phisicorum quia infinitum in rebus precipue videtur sequi divisionem continui. Par autem est numerus aptus divisioni. Impar vero sub se numerum parem concludit addita unitate que indivisionem causat. Probat etiam hoc quia numeri impares per ordinem sibi additi semper retinent figuram quadrati. Pares autem figuram variant. Ternarius enim unitati que est principium numerorum additus facit quaternarium qui primus quadratus. Nam bis duo sunt. Rursum quaternario ternarius additus qui est secundus impar novenarium constituit qui idem est quadratus et sic de aliis. Si vero binarius qui est primus par unitati addatur triangularem numerum constituit, scilicet ternarium. Cui si addatur quaternarius qui est secundus par constituit extriangularem numerum qui est septenarius numerus et sic deinceps numeri pares sibi quadratis additi unam figuram non conservant et hac ratione infinitum attribuebat pari, finitum vero impari quia finitum est ex parte forme cui competit virtus activa, infinitum vero ex parte materie cui competit magis passiva. Ideo pares numeros dicebat esse femininos, impares vero masculinos. Ex hiis vero duobus scilicet pari et impari, finito et infinito, non solum numerum constituebant sed etiam ipsum unum, id est unitatem. Unitas enim et par est et impar virtute. Omnes enim differentie numeri unitati conveniunt in virtute quia quelibet differentie numeri in unitatem resolvuntur. Unum in ordine imparium et quadratorum et perfectorum numerorum et sic de aliis numeri differentiis quia unitas non sit actu aliquis numerus est tamen omnis numerus virtute et sic dicebat componi ex pari et impari. Par enim numerum existimantibus, celum vero et omnia sensibilia ex numeris, et hoc erat ordo principiorum quem ponebat.

Id quoque etc. Hic ponit rationes contra ponentes plures causas materiales et primo contra Empedoclem, secundo contra Anaxagoram ibi, Amplius etc. Dicit ergo primo quod idem accidit Empedocli qui ponit quatuor corpora esse materiam quod patiebatur easdem difficultates ex parte contrarietatis. Nam ex ratione simplicitatis ignis videbatur esse maxime principium, alia vero ratione terra ut dictum est. Quae in consequentia accidunt Empedocli eadem ex parte sua hoc de hoc quod non posuit tamen forte et de praedicta contrarietate simplicitatis et perfectionis in corporibus. Sed quia cum non sit ratio de ablatione causae moventis, quaedam alia inconvenientia accidunt ei propria praeter ea quae accidunt ponentibus unam causam materialem et hoc patet ex rationibus quarum prima talis est. Quod principia non generantur ex invicem eo quod principium sunt in quo semper manent ut dictum est a philosophis. Sed ad sensum videmus quod ista etiam ex invicem generantur. Unde et de eorum generatione in tractatu naturali determinatum est. Sed ipse inconvenienter posuit illa etiam principia. Et de moventium causa etc. Hic ponit secundum inconveniens quod pertinet ad causam moventem. Ponere enim plures causas moventes et contrarias non omnino recte dictum est nec omnino irrationabiliter. Si enim causae moventes accipiuntur proxime oportet eas esse contrarias cum eorum effectus contrarii appareant. Si vero accipiatur prima causa oportet esse unum sicut apparet in x. huius et xi. huius et in viii Physicorum. Quia igitur ipse intendebat ponere primas causas moventes inconvenienter posuit eas contrarias. Et ex toto alteratio etc. Hic ponit tertiam rationem quae ducit ad inconveniens et est talis. In omni alteratione oportet esse idem subiectum quod patitur contraria

et hoc ideo quia ex uno contrario non fit alterum ita quod u-
num contrarium in actu maneat. sicut ex calido non fit fri-
gidum ita quod ipse calor fiat frigus. sed eo quod extra-
neo fiat frigidus superposito uno secundo tamen in quo subiectum
quando recedat calor. propterea ibi est frigus [illegible] non
non potuit unum secundum contrarium immo contraria indivisibilia
remanere possunt sicut calidus in igne et frigidus in aqua nec
tamen possibile est ut duabus unum naturam [illegible] quia
nullo modo potuit alterum tamen pati et hoc est in
quantum quod alteratio totaliter auferatur. Licet Anaxagoras non etc.
Hic prosequitur de opinione Anaxagorae. et circa hoc duo facit.
Primo ostendit qualiter opinio Anaxagorae est suscipienda et non et
qualiter improbanda. Secundo explicat utrumque intellectum
ibi. Nam existente etc. dicit ergo primo quod si aliquis vult
suscipere opinionem Anaxagorae videlicet de eo quod posuit
duo principia scilicet materiam et causam agentem acci-
piat eam secundum rationem quod ipse videtur esse secutus. quia quod
necesse videtur coactus ut sequeretur eos qui hanc
rationem exprimunt. ipse vero non articulavit eam id est non
expresse distinxit. eius ergo opinio est vera quantum ad hoc
quod non expressit. falsa quantum ad hoc quod expressit. et hoc in
sequentibus patet. sed quod si talis accipiatur eius opinio secundum
quod in superficie apparebat, ex eius dictis apparebit
magis absurditas ex multis rationibus. Primo quia hoc quod omnia
principio mundi fuisse permixta est absurdum
eo dicit primum mundi exitum secundum tamen
esse sempiternam. Secunda ratio est quod impermixtum se
habet ad permixtum sicut simplex ad compositum, sed simpli-
cia praeexistunt compositis et non econverso. ergo impermixta
oportet praeexistere mixtis. cuius contrarium Anaxagoras di-
cebat. Tertia ratio est quia non quodlibet est miscibile cuilibet
corporibus. sed illa sola nata sunt ad invicem mi-
sceri quae nata sunt in invicem transire per aliquam alte-
rationem. eo quod mixtio est miscibilium alteratorum
unio. Anaxagoras vero ponebat quodlibet esse mixtum
cuilibet. Quarta ratio est quia eorum quae est permixtio et
separatio. ea enim dicuntur misceri quae sunt apta nata
separata existere. sed passiones et accidentia sunt
permixta substantiis ut Anaxagoras dicebat. ergo sequi-
tur quod passiones et accidentia possunt a substantiis separari
quod est manifeste falsum. Licet ergo absurditates ap-
pareant. si consideretur opinio Anaxagorae superficialiter,
tamen si aliquis exsequatur articulate id est distincte et
manifeste perscrutetur quae Anaxagoras voluit dicere id
ad quod eius intellectus tendebat. scilicet ex primo ne-
cessitatis apparebit eius dictum mirabilius et
subtilius dictis praecedentium philosophorum. et hoc propter duo. Primo
quia magis attendit ad veram modi cognitionem. quia ex
hoc patet quod in illa permixtione rerum nihil erat

ab alio discretum. sed omnia erant permixta. De illa
substantia sic permixta quam ponebant esse materiam
nihil vere poterat praedicari ut patet de coloribus.
non enim poterat de ea praedicari aliqua species coloris ut
diceretur esse alba vel nigra vel sub aliquo alio colore
colorata. quia secundum hoc oporteret illum colorem non esse
aliis permixtum. et similiter colorem in genere non po-
terat de eo praedicari ut diceretur esse colorata.
quia de quocumque praedicatur genus necesse est aliquam eius speciem
praedicari sive sit praedicatio univoca sive de-
nominativa. Nam si illa substantia esset colorata de ne-
cessitate haberet aliquem determinatum colorem quod
est contra positum. et similiter ratio est de humoribus et sa-
poribus et de omnibus aliis huiusmodi. unde nec ipsa genera
prima poterant de ipsa praedicari ut scilicet esset qualis vel quan-
ta vel quid aliquid huiusmodi. Si enim genera praedicarentur oporteret
quod aliqua species particularium inesset ei quod est impossibile.
Si ponantur omnia esse permixta quia iam ista species
quae de illa substantia diceretur esset ab aliis distincta
et hoc est vera natura materiae ut scilicet non habeat actu aliquam
formam sed est in potentia ad omnes. quia et ipsum mixtum non
habet actu aliquod eorum quae in eius mixtionem conveniunt
sed potentia tantum. et propter hanc similitudinem materiae primae ad mixtum
videtur posuisse mixtionem praedictam. sed aliqua differentia
sit inter potentiam materiae et potentiam mixti. Nam miscibilia
et si sint in potentia in mixto. tamen non sunt in eo
in potentia pura passiva. manent enim virtute. et inde
quod ex his per patet. quia mixtum habet motum et opera-
tiones existentibus corporibus miscibilibus quod non posset
dici de his quae sunt in potentia in materia prima. Est et alia
differentia quia mixtum et si non sit actu aliquod miscibi-
lium. tamen aliquid actu quod de materia prima dici non potest. sed
hanc differentiam videtur reduxisse Anaxagoras. ex hoc quod non
potuit particulare aliquam mixtionem sed universalem
omnium. Secundo subtilius dixit quia magis attendit
ad veram cognitionem primi principii agentis. dixit
enim omnia esse permixta praeter intellectum et hunc dixit
solum esse impermixtum et purum. ex quibus patet quod ipse
posuit duo esse principia et ipsum intellectum po-
suit esse unum quod secundum ipsum est simplex et impermixtum
et alterum principium posuit esse materiam primam
quam posuimus sicut indeterminatum antequam determine-
tur et antequam aliquam speciem participet. Materia enim cum
sit infinita et in potentia quantum in se est susceptiva infinitarum
formarum determinatur per formam et per eam consequitur aliquam
speciem. patet ergo quod Anaxagoras secundum illa quae expressit non dixit
recte nec plene. tamen videbatur dicere aliquod propinquum
opinionibus posterioribus quae sunt magis verae scilicet Platonis et Aristotelis
qui recte de materia prima senserunt quae duo opiniones non

erant magis attendentes. Secundo excusat se a destructione dicendorum harum opinionum quia isti sermones antiquorum philosophorum sunt proprii sermonibus naturalibus ad quos pertinet tractare de generatione et corruptione. Ipsi enim fere non posuerunt principia et causas nisi talis substantie, scilicet mobilis et corruptibilis. Dicit autem fere quia de aliis ubique non tractabant quamvis quedam principia ab eis posita se possent ad alia se extendere ut patet de intellectu Anaxagore. Quia igitur non posuerunt principia omnium entium que pertinent ad istam scientiam sed principia solum substantiarum corruptibilium que pertinent ad scientiam naturalem, ideo diligens inquisitio de predictis opinionibus magis pertinet ad scientiam naturalem quam ad istam.

Quicumque vero de omnibus etc. Hic disputat contra opiniones Pitagore et Platonis qui altiora principia posuerunt quam naturalia. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod consideratio harum opinionum magis pertinet ad scientiam presentem quam priorum. Secundo incipit contra eos disputare ibi: Qui quidem igitur Pittagorici vocati. Dicit ergo primo quod illi qui fecerunt theoricam considerationem de omnibus entibus et posuerunt quod entium quedam sunt sensibilia quedam insensibilia, perscrutantur circa utraque genera entium. Unde investigare de opinionibus eorum qui huiusmodi verum dixerunt magis pertinet ad perscrutationem quam proponimus tradere in hac scientia. Ipsa enim scientia est de omnibus entibus, non de aliquo particulari genere. Et sic illa que pertinent ad omnia entia magis sunt hic consideranda quam illa que pertinent ad aliquod particulare genus entis. Qui quidem igitur Pittagorici etc. Hic disputat contra opiniones predictorum philosophorum. Et primo contra Pitagoram, secundo contra Platonem ibi: Qui autem ydeas. Circa primum duo facit. Primo ostendit in quo Pitagoras conveniebat cum naturalibus, in quo ab eis differebat. Secundo disputat contra eius opinionem ibi: Ex quo modo. Et sententia est quod Pittagorici in uno conveniebant cum naturalibus, in alio ab eo differebant. Differebant quidem in positione principiorum. Nam enim principia rerum extraneo modo a naturalibus. Causa autem est quia principia rerum non acceperunt ex sensibilibus sicut naturales sed ex mathematicis que sunt sine motu. Non sunt naturalia. Quod autem mathematica dicuntur esse sine motu, referendum est ad illas scientias que sunt pure mathematice sicut arismetica et geometria. Astrologia enim considerat motum quia astrologia est media scientia inter mathematicam et naturalem. Principia enim mathematica astrologia et alie scientie medie applicant ad res naturales ut patet secundo Physicorum. Conveniebant autem Pittagorici cum naturalibus quia ad ea que sunt principia querebant. Disputabant enim et tractabant de omnibus naturalibus. Tractabant enim de generatione celi et observabant omnia que accidunt circa partes celi que dicuntur diverse spere vel stelle diverse, et que accidunt circa passiones, sicut circa eclipses luminarium, et que accidunt circa operationes, id est circa motus corporum celestium, et circa eorum effectus in rebus inferioribus, et singula horum disputabant causas adaptando, scilicet ... propriam causam, et videbantur etiam sentire cum aliis naturalibus quod hoc solum sit ens quod est sensibile, quod continetur celo quod videmus. Non enim ponebat ad corpora sensibilia infinitum sicut alii naturales posuerunt. Unde non ponebat plures mundos sicut posuit Democritus. Ideo autem videbantur existimare quod nulla entia essent nisi sensibilia quia non assignabant principia et causas nisi talibus substantiis. Melius tamen causas et principia que assignabant non erant propria et declarata sensibilibus sed erant sufficientia ascendere ad superiora entia, scilicet entia intellectualia, et erant adhuc magis convenientia quam rationes naturalium qui non poterant extendi ultra sensibilia quia ponebant corpora. Pittagoras autem non, quia ponebat principia incorporea, scilicet numeros. Quamvis non poneret principia nisi corporum sensibilium, ponebat tamen entium intelligibilium que non sunt corpora principia, pene sicut et Plato post eum fecit. Ex quo autem modo etc. Hic ponit rationes contra opinionem Pittagore. Quarum prima talis est: Pittagoras non poterat assignare quo modo adveniat rebus quia non ponebat principia nisi finitum et infinitum, par et impar, que ponebat principia sicut substantia sine materia principia. Sed oportebat eum concedere motum rebus inesse. Quomodo enim esset possibile sine motu et transmutatione esse generationem et corruptionem in corporibus et generationes eorum que geruntur circa celum per aliquem modum quendam sunt? Patet quod nullo modo. Unde tamen Pittagorici consideraverunt de generatione et corruptione et eis que geruntur circa celum, patet quod insufficienter posuerunt non assignantes aliqua principia motus. Amplius quia etc. Hic ponit secundam rationem. Pittagoras enim ponebat ex numeris componi magnitudines. Sed sine hiis ipse probat sine contradictione non potest ex numeris assignare causam quare quedam sunt gravia quedam levia. Quare ex hiis patet quod rationes illorum non magis adaptantur corporibus sensibilibus quam mathematicis, que non sunt gravia et

leviam; verumptamen quod ipsi non dixerunt plus de corporibus
sensibilibus quam de mathematicis; et sic quod cum corpora
sensibilia sint ignis et terra et huiusmodi talia
addant ad super mathematica, non proprie de istis sensi-
bilibus dixerunt secundum meam estimationem; et sic tamen
quia insufficientes posuerunt principia, non decenter
assignare causam eorum quae sunt propria sensibilibus.
Amplius quomodo est etc. Hic ostendit tertiam rationem quae procedit
ex hoc quod Pittagoras videbatur ponere duo
contraria. Ponebat enim ex una parte quod numerus et numeri
passiones sint causa eorum quae sunt in celo et omnium genera-
bilium et corruptibilium a principio mundi. Ex
alia vero parte ponebat quod non erat alius
numerus preter istum numerum ex quo constituitur substantia mundi,
numerum enim substantiam rerum posuit. Hic autem quod est autem
per tunc id non sic tamen sunt ipsi. Nam Pittagoras
ex hoc dicebatur determinari quod unumquodque sensibilium horum
numerus per substantiam suam, quod in hac parte invisibili sunt con-
tingentia de quibus est opinio et quae sunt tempore in
alium sunt et aliam non [illegible] et ita generabilia et
corruptibilia essent parti secundum autem sensus in
ordine universi esset inordinatio. Verbi gratia primo
de iniustitia. dicunt quod alia res sortitur nobilio-
rem locum, scilicet unum nobilem quam sibi debeatur. Cum
per modum distinctionis in quo corpora sic ponuntur extra
locum suum dicebant accidere corporibus huiusmodi na-
ture. Secundo per modum mixtionis et confusionis dum cor-
pora extra suum locum posita oportet permisceri aliis cor-
poribus; sic si aliqua pars aque esset in aliquo loco
aeris vel in loco terre. Et inde inducit tangere
dupliciter convenientiam corporis non ad suum lo-
cum, unam ex ordine situs, per quod nobiliora
corpora sortiuntur altiorem locum in quo inde quidem
dicitur iustitia. aliam ex similitudine per dis-
similitudinem corporum locatorum ad invicem contra-
riatur discretio et permixtio. quia quando res per quod
determinatum situm habent in universo contingit se ha-
bent quod sic simul modicum mutaretur sequeretur
inconveniens ut dictum est in mathematicis quod omnes partes v-
niversi sunt ordinate per determinatam proportionem.
Dicit enim determinata proportio est per numeros. Posset ostendere
bat Pittagoras quod omnia entia essent numerus. Sed ex
alia parte videmus quod magnitudines indivisibiles
constitute in diversis locis sunt plures et diverse
quia singula loca universi consequuntur proprie passio-
nes quibus corpora diversificantur. Nam alie sunt pa-
ssiones corporis existentis sursum et deorsum. Cum
ergo Pittagorici ratione predicta dicerent omnia sensibilia
esse numerum et videamus accidere diversitatem in

sensibilibus secundum diversa loca, utrum sit idem et ipse numerus
tamen quod est in celo, id est in toto corpore sensibili, quod ce-
lo intelligatur de quo oportet accipere quod est substantia uniuscuiusque
sensibilis, aut preter hunc numerum quod est substantia rerum sensibi-
lium est alius numerus qui est eorum causa. Plato enim dixit ali-
um numerum quod est substantia sensibilium et quod est causa. Et quod ipse Plato
estimavit hic predicta numeros esse et ipsa corpora
sensibilia et causas eorum sed numeros intelligibiles estimavit
autem esse causas sensibilium numeros vero sensibiles esse
substantias sensibilium quod predicta. Quia non fecit insu-
fficientem posuit intentio quod ista sufficiant de
Pittagoricorum opinionibus. Nam ea tetigisse su-
fficit. Et in eo vero videatur etc. Hic disputat contra
opinionem Platonis et dividitur in partes duas. Primo dis-
putat contra opinionem eius quantum ad hoc quod ponebat de
rerum ideis. Secundo quantum ad hoc quod ponebat de rerum
principiis ibi. Omnino autem sapientia. Prima pars dividitur in duas.
Primo disputat contra positionem quod ponebat ideas esse.
Secundo quantum ad hoc quod ponebat de mathematicis ibi. Amplius
si numerus etc. Circa primum duo facit. Primo disputat
contra ipsam positionem Platonis. Secundo contra rationes ipsius ibi.
Amplius autem secundum quos modos. Dicit ergo quod Platonici po-
nentes ydeas esse quasdam substantias separatas per hoc
videntur deliquisse, quia cum ipsi quererent
causas horum entium sensibilium pretermissis
sensibilibus adinvenerunt quedam alia no-
va entia equalia sensibilibus. Hoc videtur
inconveniens et quod querit causas aliquarum rerum debet
ipsas res certificare non alias res ad-
dere ex quarum positione excrescat necessitas inquisitionis.
Hec enim similiter ac si aliquis vellet numerare res ali-
quas, cum non putet se posse numerare sic
pauciores, sed vellet eas numerare multipli-
cando eas per additionem aliarum rerum. Constat
enim quod talis stultus modus. Quia in paucioribus est
via maior et facilius notificatur paucitas
quam multa et numerus quanto est minor tanto est
certior. Sicut propinquior unitati quae est mensura
certissima. Sic autem imitato et quedam rerum certifi-
catio quantum ad numerum. Ita inquisitio de causis rerum
et quedam certa via ad certificationem nature rerum.
Unde sicut pauciores res numerate faciunt
certificationem quantum ad eorum naturam. Unde cum
Plato quantum ad notificandas res sensibiles
rerum quam multiplicavit rerum genera adduxit
difficultatem, accipiens quod est difficilius ad
manifestationem facilioris. Quod est inconveniens. Et
quod ydee separate sint equales numero, non pau-
ciores sensibilibus, de quibus Platonici inquirentes

rerum causas quibus autem se conciliat quod discipuli Platonis sunt declinantes procedentes de sensibilibus ad ponendum species mathematicam esse ita concedentur quod platonici ydeas adduxerunt hac ratione. scilicet quod videbant in omnibus univocis unum esse simplex et unum id ponebant esse speciem separatam. videntes autem quod omnes species rerum aliarum ab ydeis inveniuntur multe in una specie modo univoco secundum predicationem ipsum invenitur multa unius speciei et hoc non solum in hiis sensibilibus que sunt corruptibilia sed in mathematicis que sunt sempiterna quod et in eis multa sunt unius speciei ut patet quod decim est unum relinquitur quod omnibus speciebus rerum sensibilium et mathematicorum tendunt aliquam ydeam una causa quod illarum ydearum est quedam equivocum cum istis sensibilibus quod conveniunt in nomine cum eis. sicut enim socrates dicitur homo et illa cum diffinitur ratione. Ratio enim socratis sensibilis est cum materia ratio vero hominis ydealis est sine ipsa materia. Secundum antiquam translationem. Una quidem species dicitur esse ad unumquodque quam. scilicet est unum in multis et quod cum ipsis dicuntur de quibus predicatur quam ad rationem speciei. Ideo autem dicit equales quod non participes quod ydee sunt ponuntur solum species et sic erunt equales illis sensibilibus sed invenientur sed hec sensibilia. pro diversitas speciei et non pro diversa individua que sunt infinita. Unde ponuntur ydee non solum specierum sed et generum et sic sunt plures ydee quam species sensibilium. quod ydee tot erunt omnes species et preterea hec omnia genera et ideo hoc dicit eas non pauciores. quod dicit sed plures. Vel aliter ut dicantur esse equales inquantum ponebat eas species esse sensibilium non pauciores quod sed plures inquantum ponebat eas solum species sensibilium sed etiam mathematicorum. Consequenter cum dicit Amplius autem etc. hic disputat contra platonem quantum ad rationem sue positionis. Et circa hoc duo facit. Primo tangit modos in generali quibus rationes platonis deficiebant. Secundo exponit illos in speciali. ibi. quod secundum rationes quas tunc dicit ergo primo quod per nullum illorum modorum videtur species. secundum quos nos platonici ostendimus species esse. et hoc ideo quia ex quibusdam illorum modorum non necesse est fieri syllogismum. idest quedam rationes platonis deficiunt propter syllogistice species esse ex quibusdam non modis fit syllogismus. sed non ad propositum platonis. quod per quasdam suas rationes ostenderetur quod species separate sunt quorundam rerum quarum esse species platonici non putaverunt sicut sunt et illarum quarum putaverunt esse species. quod secundum rationes etc. Hic prosequitur istos modos in speciali. et primo prosequitur secundum ostendendo quod secundum rationem platonis species est aliquarum quarum species platonici non ponebant. Secundo prosequitur primum ostendens quod rationes platonis non sunt sufficientes ad ostendendum esse ydeas ibi. quin etiam

dubitabit autem aliquis etc. Circa primum ponit quinque rationes quarum prima talis est. Una rationum inducentium platonem ad ponendum ydeas sumebatur ex parte scientie quod videlicet scientia cum sit de necessariis non potest esse de hiis sensibilibus que sunt corruptibilia. sed oportet quod sit de entibus separatis incorruptibilibus. Secundum hanc rationem ex scientiis sumptam sequitur quod species sunt omnium quorumque sunt scientie. Scientie autem non solum sunt de hiis que est esse unum in multis quod est per affirmationem sed etiam de negationibus quia sicut sunt alique demonstrationes concludentes affirmativam propositionem in generali ita sunt demonstrationes concludentes negativam propositionem. unde oportet et negationes ponere species. Et secundum quod aliquid. Hic ponit secundam rationem. In scientiis enim non solum intelligitur quod aliquid semper eodem modo se habet. sed et quod aliquid corrumpitur aliquid tollitur scientia naturalis que de motu considerat. sicut ergo oportet esse ydeas omnium illorum que in scientiis intelliguntur oportebit esse ydeas corruptibilium inquantum corruptibilia et hoc est inquantum sunt hec singularia sic enim sunt corruptibilia. non enim potest dici per rationem platonis quod scientie ille quibus intelligimus corruptiones rerum intelligunt corruptiones horum sensibilium quod horum scientia non est intellectus sed ymaginatio vel fantasia que est motus factus a sensu secundum actum ut quod dicitur secundo de anima. Amplius autem etc. Hic ponit terciam rationem que continet duas conclusiones quas concludunt rationes dicte. concludit. una est quod sint ydee omnium quorum scientie sunt. Scientie autem non solum sunt de absolutis sed et sunt de hiis que dicuntur ad aliquid. Secundum hanc rationem sufficientem quod ydee sint et eorum que sunt ad aliquid quod est contra opinionem platonis. quia cum ydee separate sint per se existentes quod est contra rationem eius quod est ad aliquid non ponebat plato eorum que sunt ad aliquid esse aliquod genus ydearum quod per se dicuntur. alia conclusio quam concludunt rationibus certissimis scilicet quod sit tertius homo. quod quidem est potest intelligi. Immo primo ut intelligatur quod homo ydealis sit tertius a duobus hominibus sensibilibus qui sunt hominis predicationem susceperunt. sed hoc non videtur esse eius intentio hic sed hoc tangitur secundo elenchorum. sed non est propositum quod disputat unum ad hoc non ducet quam ad inconveniens. Alio modo potest intelligi ut dicatur tertius homo . i. quod sit communis et homini ydeali et homini sensi[bili] ... tertium enim hoc sensibili et homo ydealis conveniunt in ratione sicut duo homines sensibiles. sicut homo ydealis ponitur tertius preter duos homines sensibiles. ita alius homo oportet poni tertius preter hominem ydealem et hominem sensibilem et hoc non videtur esse hic eius intentio quod ad hoc inconveniens tantum a ratione ducet unum similiter esset hoc ad

id inconveniens ducere. Tertio modo potest intelligi
quod Plato ponebat in quibusdam generibus tria quaedam
sensibilia mathematica et species sicut in numeris et line-
is et omnibus. Sed non est ei maior ratio quare in quibusdam rebus
poneret mathematica quam in aliis. quare oportebat in mathematicis hominem
praeter hominem medium qui erit tertius inter hominem sen-
sibilem et idealem et hanc rationem in superioribus
tetigit. ar. ponit. Et omnino quae sunt de speciebus. Hic ponit
quartam rationem quae talis est. quaecumque perimunt rationem rem
omnium aliqua quae sunt apud eum magis nota quam ipsa ratio in-
conveniens ponit. Sed iste rationes quas Plato posuit de
speciebus separatis auferunt quaedam principia quae Platonici
dicebant esse magis volunt esse non quam hoc ipsum quod
est ydeas esse. quod Plato inconveniens posuit. magis esse
hic manifestat. ydee praeter Platonem sunt posteriores rebus
sensibilibus et mathematicis. Sed ipse ydee sunt numeri secundum eum et
magis numeri impares quam pares. quia numero impari
attribuebat formae. pari autem materiae. unde et du-
alitatem dicebat esse materiam. Sequitur quod alii numeri sint
priores dualitate quam ponebat sicut materiam sen-
sibilium ponens magnum et parvum. contrarium Plato-
nici magis asserebant. scilicet dualitatem esse primam
in genere numeri. Secundo si sunt [illegible] rationem praeterea
est omnes esse aliquas ydeas relationum quae sunt per se quaedam
et ipsa ydea est prior eo quod participat ydeam. quia quod
hoc ipsum quod est quod ad est prius absolute quod per se dicitur. quare
sicut substantie sensibiles quae participant ydeas absolute
dicuntur. Et similiter de omnibus est quae in quae consequentur
opiniones de ydeis dicunt opposita principiis
per se notis quae et ipsi magis concedebant. Amplius autem
ad existimationem est. Hic ponit quintam rationem quae talis est.
ydee ponebantur a Platone ut eis competerent diffi-
niciones positae in scientiis et ut de eis scientie esse possent.
Sed intelligentia una id est simplex et indivisibilis quae scit
de unoquoque quod est non solum est circa substantias sed de aliis scilicet
de accidentibus et similiter scientie non solum sunt substantie id est de substantia sed
et inveniuntur scientie aliorum id est accidentium. Quare patet quod ad existi-
mationem secundum quam Platonici esse dicunt ydeas sequitur
quod species non solum erunt substantiarum sed etiam multorum ali-
orum scilicet accidentium et hoc [illegible] esse non solum per diffinitiones
et scientias sed et alia [illegible] dicit multa alia ta-
lia id est plurima ex quibus oportet ponere ydeas accidentium
per rationes Platonis. sicut quod ponebat ydeas principia
essendi et fieri rerum et multa alia quae conveniunt accidenti-
bus. Sed contraria patet. quia Plato opinabatur de
ydeis et sic necessitatem quae est necessitas sensibilibus. quantum

id est participabiles a sensibilibus. necessarium est ponere quod ydee
sint solum substantiarum quia sic probatur ea quae sunt per accidens non participantur.
Sed ydeam oportet participare in unoquoque inquantum non dicitur de
substantia quod sic probatur. quod si aliquid sensibilium participat per se du-
plo id est duplo separato. sicut ei appellabat Plato omnia
separata scilicet per se entia oportet quod participet sempiterno
non quidem per se quae contingit secundum quod dupla sensibilia sunt
sempiterna. sed patet inquantum id est ipsum per se duplum quod par-
ticipatur est sempiternum ex quo probatur quod participatio non
est eorum quae accidunt. sed solum substantiarum. unde secundum opinionem
Platonis non erat aliqua accidentium species separata. sed solum substantia. et
tamen secundum rationem superius excessit oportebat quod essent species et
accidentium ut dictum est. Hec vero et cetera. Hic ponit sextam
rationem quae talis est. Iste res sensibiles eadem significant in rebus
quae videntur id est sensibilibus et similiter autem id est in rebus intelligibilibus quae substantiam
significant. quia tamen intelligibilia quam sensibilia substantiam pon-
ebant. quare necesse est ponere praeter utraque substantia scilicet intelligibilis
et sensibilis aliquod quod sit unum commune. ex hac enim
ratione Platonici ydeas ponebant. quia inveniebant
unum in multis quod credebant esse praeter illa multa. et quod
hic sit ponere necessarium scilicet aliquid unum praeter substantias sensibiles
et praeter species sic ostenditur. Aut enim ydee et sensibilia quae particip-
ant ydeas sunt unius speciei aut non sunt unius speciei. Si
sunt unius speciei omnium autem multorum in specie convenientium oportet ponere
secundum rationem Platonis unam speciem separatam communem. oporte-
bit igitur ad ponere quae sensibilibus et ipsis ydeis quod sit se-
paratum ab utrisque. Nec potest responderi ad hanc ratio-
nem quod ydee quae sunt incorruptibiles et immobiles non indigent
aliis speciebus superioribus. quia similiter mathematica quae ponuntur
a Platone media inter sensibilia et species sunt incorruptibilia et
immobilia et tamen quod Plato eorum convenientiam unius speciei et Plato
posuit eorum speciem communem separatam quae participant
non solum mathematica sed et sensibilia. Si igitur est una et eadem
dualitas quae est species scilicet ydea dualitatis. quae quidem est et
in dualitatibus sensibilibus quae sunt corruptibiles sicut exemp-
lar est in exemplato et in dualitatibus et mathematicis
quae sunt multe unius speciei sed tamen sunt sempiterne. eadem ratione
in ea dualitate id est quae ydea et talia quae est mathematica
et sensibilis erit aliqua dualitas separata. non enim per
reddi ratio propter quod illud sit et hoc non sit. Si autem dicatur alia
pars id est quod sensibilia quae participant ydeas non sunt eius-
dem speciei cum ydeis quae sequitur quod non quod dicitur de ydeis et de
substantiis sensibilibus dicatur omnino equivoce. et sic solum nomine
conveniant non ratione sicut contingit dicta [illegible] et solum sunt quod
sunt uno nomine equivoca. sed similiter equivoca sunt in ma-
gnis imponitur unum nomen sine respectu ad aliquid

communicationem que dicitur equivoca utputa si
aliquis hominem Calliam vocaret et hoc Calliam
et aliquod lignum. Hoc autem ideo addit quia posset aliquis
dicere quod non omnino univoce aliquod nomen predicatur de idea
et de substantia sensibili, cum de idea predicetur essentialiter
et de substantia sensibili per participationem. Nam idea ho-
minis secundum Platonem dicitur per se homo, hic autem homo sensibilis dicitur per parti-
cipationem. Sed tamen talis equivocatio non est pura, sed nomen
quod per participationem predicatur dicitur per respectum ad id quod predi-
catur per se, quod non est pura equivocatio, sed multiplicitas
analogie. Si autem esset omnino equivoca, accidit idea
et substantia sensibilis; sequeretur quod per unum non posset cognosci
aliud, sicut equivoca non se invicem notificant. Omnium
autem dubitabit aliquis etc. Hic improbat opinionem Platonis
quantum ad hoc quod concludere intendebat. Intendebat enim
Plato concludere ideas esse et hoc quod essent necessarie sensibilibus rebus
per aliquem modum. Unde ostendens quod idee ad nichil
possunt sensibilibus valere, destruit rationes Platonis de positio-
ne idearum. Et ideo dicit quod inter omnia dubitabilia que sunt contra
Platonem, primum est maximum, quod species, quas Plato posuit, non vi-
dentur ad aliquid conferre rebus sensibilibus, neque sempiternis sicut
sunt corpora celestia, neque hiis que fiunt et corrumpuntur
sicut corpora elementaria. Quod singulariter de omnibus ostendit. Species enim
que Plato ponebat ideas, cum dicit nec esse causa motus. Unde
incipit quinque ostendere. Primo quod non possunt ad motum. Secundo quod non possunt
ad scientiam, ibi, Sed nec ad scientiam. Tertio quod non possunt sicut
exemplaria, ibi, Dicere vero exemplaria esse etc. Quarto quod
non possunt sicut substantie, ibi, Amplius opinionibus. Quinto quod
non possunt sicut cause fiendi, ibi, In Phedrone vero etc.
Dicit ergo primo quod species non possunt afferre rebus sensibilibus ita quod sint
eis causa motus vel transmutationis alicuius. Cuius rationem hic non
dicit, sed superius tetigit, quia videlicet idee non introduce-
bantur propter motum, sed magis propter immobilitatem. Quia enim Plato-
ni videbatur quod omnia sensibilia semper essent in motu,
voluit ponere extra sensibilia fixum et immobile
de quo posset esse certa scientia. Unde species non poterant ab eo
poni ut sensibilia principia motus, sed potius ut immo-
biles et immobilitatis principia, ut scilicet si aliquid fixum
et eodem modo se habens in rebus sensibilibus invenitur, hoc sit secundum
participationem idearum que per se sunt immobiles. Sed nec ad
scientiam etc. Secundo ostendit quod species non possunt sensibilibus ad scientiam
tali ratione. Cognitio uniuscuiusque perficitur per cognitionem
sue substantie, et non per cognitionem aliquarum substantiarum extrinseca-
rum. Sed substantie separate quas species dicebat sunt omnino ali-
e ab istis substantiis sensibilibus. Ergo earum cognitio non auxiliatur ad
scientiam istorum sensibilium. Nec potest dici quod ille

species sint substantie istorum sensibilium. Nam cuiuslibet rei substantia est in eo
cuius est substantia. Si igitur ille species essent substantie rerum sensibilium, essent
in hiis sensibilibus, quod est contra Platonem. Neque etiam potest dici quod
ille species assint istis sensibilibus sicut participantibus
eas. Hoc enim modo Plato opinabatur aliquas
species horum sensibilium causas esse, sicut si intelligeremus ipsum
album per se existens, ut si esset quoddam album separatum
permisceri albo quod est in subiecto et albedinem participare,
ut sic dicamus quod homo iste qui est separa-
tus permisceatur huic homini qui componitur ex materia et
natura speciei quam participat. Sed hec ratio est valde mobi-
lis, id est destructibilis. Hanc enim rationem tetigit
primo Anaxagoras, qui posuit et formas et accidentia rebus per-
misceri. Et postea tetigit eam Eudoxus et alii quidam. Et
ideo dico quod est valde mobilis, scilicet facile colligere multa
impossibilia contra talem opinionem, sicut supra dictum est contra Anaxagoram,
quod accidentia et forme possunt esse sine substantiis. Nam ea sola
nata sunt misceri que possunt separata existere. Sic ergo
non potest dici quod sic conferant ad scientiam sensibilium et
eorum substantie, neque quod sint eis principia essendi per
modum participandi. Nec etiam potest dici quod ex speciebus sicut
ex principiis sint alia, scilicet sensibilia, per nullum modum
eorum qui consueverunt dici. Unde si eadem sunt principia
essendi et cognoscendi, oportet quod species non conferant
ad scientiam, cum principia essendi esse non possint. Ideo
dicit quod nullum modum consuetorum dicendi, quod Plato inve-
nerit novos modos ad exemplum perducendi.
Dicere vero etc. Hic tertio ostendit quod species non conferunt sensi-
bilibus sicut exemplaria. Et primo ponit intentum. Secundo probat, ibi,
Nam quid opus est etc. Dicit ergo primo quod dicere species esse extra
sensibilium et mathematicorum exemplaria et quod hec participa-
rent eis est dupliciter inconveniens. Uno modo quia vanum et nulla
utilitas est hec exemplaria ponere, sicut ostendetur.
Alio modo quia est simile metaphoris quas poete indu-
cunt, quod ad philosophum non pertinet. Nam philosophus ex propriis
docere debet. Ideo autem dicit hoc esse metaphoricum, quia
Plato positionem rerum naturalium assimilavit factioni
rerum artificialium, in quibus artifex ad aliquod ex-
emplar respiciens operatur aliquid simile sue
arti. Nam quid opus est etc. Hic probat propositum cum duabus ratio-
nibus. Hoc enim videtur esse opus exemplaris vel utilitas,
quod artifex respiciens ad exemplar inducat
similitudinem forme in suo artificiato. Videmus autem
quod in operatione naturalium rerum quod similia ex similibus generantur,
sicut ex homine generatur homo. Ista ergo similitudo ista pro-
venit in rebus generatis propter respectum ad aliquas agentes

ad exemplar aliud non tamen. Quod erit opus, id est utili-
tas quod aliquod agens sit respiciens ad ydeas
sicut ad exemplaria, quasi dicat nullum. Sed ad similitudinem
provenit ex respectu ad exemplar sepa-
ratum. Tamen quia non potest dici quod causa huius simili-
tudinis in genito sit forma interioris
generantis, non fiet ad hoc perfectum ad hoc
exemplar separatum et non proximum ad hoc agens
sensibile. Et hoc est quod dicit: et non sit illud, id est agens
a simili ex quo sit, id est licet quod aliquid generetur simile
socrati sive posito sive remoto socrate quod
videmus esse, scilicet quod hoc sensibile agens generatione
nunquam generabit nisi sit socrates. Sed quod hoc est ta-
ntum quod similitudo generatorum non dependeat nisi
a proximis generantibus. Unum est et si sit unum est
ponere aliquid extra separatum. Secundo quod ista
ratio et si destruat exemplaria separata
a platone posita non tamen removet divinam
scientiam esse rerum omnium exemplarem. Cum enim res natu-
rales naturaliter intendant similitudines in res genera-
tas inducere, oportet quod ista intentio ad aliquod princi-
pium dirigentem reducatur qui est in finem or-
dinat unumquodque. Et hoc non potest esse nisi sit intel-
lectum cuius sit cognoscere finem et proportio-
nem rerum in finem. Et sic ista similitudo effectuum
ad causas naturales reducitur sicut in primum principium
in intellectum aliquod. Non autem oportet quod in aliquas
formas separatas quod ad similitudinem predictam
sufficit predicta directio in finem qua virtutes naturales
diriguntur ab intellectu. Amplius palam et c.
Hic ponit sextam rationem que talis est. Sicut socrates est
homo, quod est socrates addit ad animal secundum hominem, ita et
homo addit ad animal. Et sicut socrates participat
hominem ita homo participat animal. Sed si preter istum socratem sensibilem
ponatur alius socrates sempiternus qui exempla-
ris socratis, quod hic socrates sensibilis, erunt plura exempla-
ria socratis, scilicet socrates sempiternus et ydea hominis, et eadem
ratione species hominis habet plura exemplaria. Erit
enim exemplar eius et animal et bipes et etiam an-
tropos, id est ydea hominis. Sed hoc est inconveniens quod unius
in exemplati sint plura exemplaria. Ergo in-
conveniens est ponere hic sensibilium exemplaria.
Amplius et c. Hic ponit septimam rationem que talis est.
Sicut se habet species ad individuum ita se habet ge-
nus ad speciem. Si ergo species sint exemplaria sensibi-
lium individuorum ut plato ponit, ita genera erunt spe-
cierum aliqua exemplaria, scilicet genus specierum, quod est
inconveniens quod idem scilicet species erit

exemplum alterius, scilicet individui sensibilis, et ymago
ab alio exemplato, scilicet a genere, quod videtur inconveniens.
Amplius opinabitur et c. Hic ponit octavam rationem quod species non existunt
rebus sensibilibus sunt earum substantie et cause formales.
Quod sic opinatur, id est hoc est opinatum, ut in personali
ponatur, quod impossibile est separari substantiam ab eo cuius
est substantia. Sed ydee sunt separate a sensibilibus, ergo non sunt substantie
sensibilium. In Phedrone vero et c. Hic ponit nonam rationem quod non
erunt species sensibilibus ad eorum substantiam cuius plato
dixit in Phedrone, id est quodam suo libro, quod ydee sunt
cause rebus sensibilibus et essendi et fiendi. Sed hoc im-
probat duabus rationibus quarum prima talis est. Posita
causa posito effectu, sed existentibus speciebus non propter hoc fiunt
individua participantia species nisi sit aliquid
motum quod moveat ad speciem. Quod ex hoc patet, quod
species semper eodem modo se habent secundum Platonem. Si ergo eis positis essent
vel fierent individua participantia eas, sequeretur
quod semper essent hec individua, quod patet esse falsum. Ergo non potest
dici quod species sunt cause fiendi et cause rerum. Et precip-
ue cum non poneret causas esse motivas ut supra dictum
est. Sicut enim aliquis separatis immobilibus potius Aristoteles
ponendo et fiendi et esse rerum efficientem intellectum ille videtur
per motum celestium corporum quibus mediantibus
causat generationes et corruptiones in istis inferioribus. Et
multa fiunt et c. Hic ponit secundam rationem que
talis est. Sicut se habent artificialia ad causas arti-
ficiales ita naturalia ad causas naturales. Sed videmus
quod multa alia artificialia ut domus et anulus
fiunt in istis inferioribus, quorum platonici species non
ponebant. Ergo et alia, scilicet naturalia, contingunt esse
et fieri propter tales causas proximas quales contingit
esse nunc dictas, scilicet artificiales. Ut scilicet sicut res
artificiales fiunt a proximis agentibus, ita
et res naturales. Amplius si sunt numeri et c. Hic im-
probat opinionem platonis de speciebus in quantum ponebat
eas esse numeros. Et circa hoc duo facit. Primo disputat
contra eam quantum ad positionem de numeris. Secundo contra eam
quantum ad positionem ab ipso de aliis mathematicis, ibi: Volen-
tes autem substantias et c. Circa primum ponit octo rationes
quarum prima talis est. Causa eorum que sunt ista est propter eam immu-
nitas causa alterius sed sensibilia. Propter eam sunt numeri, si plato-
nica. Sed si species sint numeri non poterunt esse
species cause sensibilium. Quod si dicatur quod alii numeri sunt
species et alii numeri sunt sensibilia sicut ad literam Plato
ponebat, ut si dicamus quod hic numerus est homo et
ille alius numerus est socrates et alius numerus est callias,
istud adhuc non videtur sufficere quod propter hoc isti
sensibilia et species conveniunt in ratione numeri et causa.

quare idem per rationem unum non videtur esse cum alteris
quod species non erunt cause horum sensibilium. nec etiam
non potest dici quod ideo sint cause quia illi numeri qui sunt
species sunt sempiterni. Ista .n. differentia non sufficit
ad hoc quod quedam ponantur cause aliorum quia aliqua differ
erunt per sempiternum et non sempiternum per esse suum
absolute consideratum. Sed per rationem et tactum differt
per similitudinem unius ad alterum. quia duo sensibilia non
differunt per rationem et tactum per hoc quod quedam sunt sem
piterna et non sempiterna. Si autem dicatur quod
hec sensibilia sunt quedam rationes vel proportiones
numerorum et per hunc modum numeri sunt cause horum sensi
bilium sicut videmus in simphoniis id est in musicis con
sonantiis quod numeri dicuntur esse cause consonan
tiarum inquantum proportiones numerales que sonis appli
cantur consonantias reddunt. palam est quod opor
tebat preter ipsos numeros invenire [illegible] posito aliquo uno
per genus cui applicentur proportiones numerales ut
scilicet eorum que sunt numeri quorum proportiones sensibilia
constituant sicut preter proportiones numerales in conso
nantiis inveniuntur soni. Si autem id cui applica
ta proportio numeralis invenitur est materia manifestum
quod oportebat dicere quod ipsi numeri separati qui sunt species
sunt proportiones aliquorum numerorum scilicet ad alterum .n. dicere quod
hic homo qui est callias vel est callias vel socrates est sicut
homini ydeali qui dicitur autoanthropos et per se homo. si enim
callias non est numerus tamen sed magis est quedam ratio vel propor
tio in numeris elementorum scilicet ignis terre aque et aeris. et
ipse homo ydealis erit quedam ratio vel proportio in numeris ali
quorum et non erit homo ydealis numerus per suam substantiam ex
quo sequitur quod nullus numerus erit preter ea id est preter res
numeratas. Si .n. numerus specierum est maxime separatus et
ideo non est separatus a rebus sed est quedam proportio rerum
numeratarum tamen nullus alius numerus erit separa
tus quod est quod platonici [illegible]. Sed autem quod homo ydealis sit
proportio aliquorum numeratorum sive ponatur esse numerus sive
non. tamen non ponentes species esse numeros quod ex illo
quod numeros species non dicebant oportet quod in eorum substantia
aliquas proportiones numerales inveniant. quod patet per
expositionem causam quare ponebant imaginem
quod rerum sensibilium constitui per quandam armoniam et
proportionem. Amplius autem et e. hic ponit tertiam
rationem que talis est. ex multis numeris fit unus numerus.
quod species sunt numeri quod ex multis speciebus fit una
species quod quidem est impossibile. Nam si ex multis diversarum
specierum ad unum ipse constituendum hic fit permixtio

ne. ita quod non salvantur species eorum que miscentur sicut
ex litteris sillaba. sicut lapis et terra ex his diversis
speciebus non fit ad unum constituendum per rationem specierum
quia ipse species non conveniunt ad aliquod unum constituendum
nisi per rationem individuorum que alterantur ut possint permi
sceri. Ipse autem species numerorum sic conveniente numerum consti
tuunt. sicut binarii et ternarii constituunt quina
rium. Sed quinario interposito numeri remanent et salvantur
Sed quod ad hanc rationem possumus respondere quod ex parte pla
tonis quod ex multis numeris non fit unus numerus. Sed quibus numeris
immediate ex unitatibus constituitur. Ideo consequenter
cum dicit. Sed si non ex eis excludit hanc
responsionem. Si .n. dicatur quod aliquis numerus maior ut
millenarius constituatur ex eis scilicet ex duobus vel pluri
bus numeris minoribus sed constituatur ex unitatibus id est
ex unitatibus remanebit quomodo se habe
bant unitates ad invicem ex quibus numerus consti
tuitur. Aut .n. oportet quod omnes unitates sint confor
mes ad invicem aut quod difformes ad invicem
Si primo modo sequentur multa inconvenientia et precipue
quod ad ponentes species esse numeros quod sequitur quod di
verse species non different. et tamen sunt multe cum
diversitas multitudinem consequatur. Si vero non
sunt conformes sed prius esse dicuntur. vel [illegible] quod uni
tates unius numeri sunt differentes ab unitatibus
alterius numeri sicut unitates binarii ab uni
tatibus ternarii et tamen unitates eiusdem
numeri sunt invicem sicut conformes. Aut vero ut uni
tates eiusdem numeri non sunt invicem nec unitatibus
alterius numeri conformes existant. hanc divisionem
significat cum dicit. non eedem sibi invicem. vel que ad eundem
numerum pertinent. nec alie omnes omnibus. scilicet que pertinent
ad diversos numeros. Quocumque modo ponatur diff
ormitas sive varietas unitatum videtur inconveniens. Nam omnis
difformitas est per aliquam formam vel passionem
sicut videmus corpora difformia differunt ca
lido et frigido. albo et nigro et huiusmodi passionibus
Unitates autem huiusmodi passionibus carent cum sint
impassibiles secundum platonicos quare non potest inter ea
ponere talis difformitas vel differentia que causetur ab
aliqua passione. et sic patet quod ea que plato ponit
de speciebus et numeris. nec sunt rationabilia sicut
ea que per certam rationem probantur. Sed intelligentie
conficta sunt ea que secundum se nota et solo
intellectu certificantur ut prima demonstra
tionis principia. Amplius autem ad genus

Hic ponit tertiam rationem quorundam ponentium que talis est omnia
mathematica que apla sunt dicta inter media sensibilium
et speciei sunt ex eternis. Similiter sunt extreme
principium autem sunt extremis et hoc ideo dicit quod per
naturam primam vi quod non sunt immediata principia
aliorum mathematicorum. Nam unum dicebant constitutivum
punctum binarium lineam ternarium superficiem quaternarium
corpus. Sed ideo aliam ipsam videntur retulisse
mathematica in infra sicut ipsa principia et non in
extrema. Nam corpora dicebant componi ex
superficiebus superficies ex lineis lineas ex punctis
puncta ex unitatibus que constituunt numeros
utrorumque et ideo secabant numeros esse principia aliorum mathematicorum.
Sed quod mathematica erant media inter sensibilia
et species ita. Notum est facere aliquid contra
non quod sit aliud animal quod species sunt et animal
quod est sensibile.
Et quod de hoc non sit aliter
in est de ipso ubo qui est una mathematicorum sicut
geometria de magnitudinibus mathematicis. Sed hoc postea
non inde sensibilium esse. Nam nulla ratio potest assi
gnari quare sunt media inter perpetua id est se
sibilia et eterna id est species. Cum tamen sensibilia quam species
3. sunt unum. Simplicius et unitates et cetera. Sed postea
quartam rationem que talis est accidentia quia sunt idem
et in mathematicis sunt tam ex speciebus sed quod aliqui dualitates
in sensibilibus et in mathematicis inveniuntur. Quod
quod utrumque unitas sit portionis dualitatis
tamen ex priori dualitate que est species duali
tatis et hoc est impossibile id est quod unitas ex dualitate
tamen causetur sed eius precipue quod dicitur si unita
tes unum non sint alterius speciei ab unitatibus
alterius quod tamen aliquis ante aliquid non unitas
speciei sequeretur et cetera quod unitates priores
dualitatis sunt tamen ex priori dualita
4. te. Simplicius est non et cetera. Sed ponit quintam ratio
nem que talis est multa non consistunt in unum constitu
endum nisi sit aliquid causa quod potest accipi vel ex
trinseca sicut agens quod coniungit vel intrinseca
sicut aliquid unitum unitatis vel si aliquid unum
est preceptivum quod non unum sit ut postea et ad non
actum nullum. Sed horum potest dici in unitatibus.
Quare que id est ex quo tam numerus erat quod dicitur compositum
id est congregatum ex pluribus unitatibus quod dicitur non erit
5. hoc assignare. Simplicius et cetera. Hic ponit sextam
rationem que talis est sed non sunt species et sunt quod sic
principium est dicere vel quod unitates sunt differen
tes aut convenientes sed sunt differentes sequitur quod
unitas in qua unitas non sit principium quod patet per
similitudinem supra autem ponere naturales non
aliqui posuerunt sunt corpora esse principia quod
unus ac hec sit ipsius hoc quod est esse corpus non tamen ponebant
corpus hoc esse principium sed magnitudine ignem terram aquam
et aerem que sunt corpora differentia vel unum et si uni
tates sunt differentes quamvis et cetera autem in racione
unitatis non tamen erit dicendum quod ipsa unitas in qua
hec sit principium quod est quod ponentibus ponitorum.
Nam alius abeius dicitur quod ipsum unum sit principium
sicut XI dedicibus dicitur quod ignis aut aqua aut
aliquid corpus similium principium principium sit sed sic hoc est
unum quod conclusum est quod ponentibus ponitorum id est quod unum
in qua unum non sit principium et ipsa rerum sequitur quod
non non sit rerum ipsa unitas non non ponit esse rerum
ipsa non ipsum constituunt ex unitatibus que dicuntur esse
rerum ipse et tamen est quod ponentibus ponitorum quod non per
se quod id est postea quod non sunt species. Sed si dicas quod omnes
unitates sunt indifferentes sequitur quod esse id est unum
tamen totum sit ad unum et idem ergo ipsa rei est et
ipsum unum quod est quod indifferens et iterum sequitur
quod idem unum sit principium omnium quod est ipso tamen le
ipsi ponentis quod de se est inopinabile ut id est sint
omnia unum. Per rationem ipse tamen quod concludit quod ponentes
ex eo quod ponit unum esse ideam rerum et tamen postea
postea unum esse principium. Nam unum et idem non est sim
ipsi principium non sequitur dicendum quod unum multipliciter dicitur non
distinctio ponentes omnia esse unum genere et non vno
specie per numerum. Volentes autem et cetera. Hic disputat
contra ponentes plures quantum ad hoc quod posuit de magni
tudinibus mathematicis et primo ponit eius positionem secundo ob
icit contra eam ibi. Actum autem habito et cetera. Dicit
ergo primo quod plures volentes rerum sensibilium reducere
ad principia tamen ipsas magnitudines dicebant
esse species rerum sensibilium lineam superficiem et
corpus. Istorum principia assignantes putabant
se rerum principia invenisse assignando. Et
magnitudinum principia dicebant lon
gitudines id est lineas componi ex producto
et brevi eo quod principium rerum omnium ponebant
esse contraria et quod linea est prima inter quantitates
continuas eius principia attribuebant magnum
et parvum ut patet quod hic duo sunt principia linee
sunt et principium aliarum magnitudinum. Dicit
autem extantia parvo et magno et quod parvum et ma
gnum et speciebus ponebant ut dictum est. Sed et
quod patet determinatum et quedam in predicari adgen

magnitudinum constituunt post lineam et deinde alias magnitudines, planum quod est superficiem eadem ratione dicebant formari ex lato et arto et corpus ex profundo et humili. [Adhuc autem et cetera]. Hic obicit contra predictam positionem duabus rationibus quarum prima talis est, quia principia sunt divisa ipsa et sunt divisa. Sed principia predictarum magnitudinum secundum predictam positionem sunt divisa, latum quidem et artum que ponuntur principia superficiei sunt alterius generis quam profundum et humile que ponuntur principia corporis, et similiter potest dici de longo et brevi quod differt ab utroque. Ergo et linea et superficies et corpus erunt ad invicem distincta. Quod non potest dici quia superficies habet in se lineam et corpus habet superficiem et lineam. Ad hanc rationem affirmationem inducit simile de multo multum scilicet et paucum, quod si illi ratione ponuntur principia rerum sunt alterius generis a longo et brevi, lato et stricto et profundo et humili, et ideo nullum non continetur in magnitudinibus. Sed est separatum per se unum et eadem ratione neque superius in predicta erit in inferioribus sicut linea non erit in superficie nec superficies in corpore. [Sed et cetera] Posset dici quod quedam predictorum contrariorum sunt genera aliorum, sicut quod longum esset lati genus et latum genus profundi. Sed removet hanc rationem, quia sic non se haberent principia ad invicem et principiata. Si enim latum esset genus profundi et superficies esset genus corporis et ita corpus esset aliquod planum id est aliqua species superficiei quod patet esse falsum. [Amplius puncta et cetera]. Hic ponit secundam rationem que sumitur ex punctis, et quod Plato videtur dupliciter deliquisse. Primo quidem quia cum puncta sint termini linee sicut linea superficiei et superficies corporis, sicut posuit aliqua principia ex quibus componuntur predicta ita debuit ad ponere ex quibus constituuntur puncta. Quod videtur pretermisisse. Secundo quia de punctis videbatur diversimode sentire, quia Plato non contenderet contra doctrinam geometricam de hoc genere existere scilicet de punctis, idest scilicet puncta ponerent principia et etiam omnium magnitudinum. Et hoc non solum implicite sed et explicite punctum vocabat principium linee sicut ipsum diffiniens. Multotiens enim dicebat quod linee indivisibiles essent principia linearum et aliarum magnitudinum, et hoc genus esse de quo geometria scilicet lineas indivisibiles. Et tamen propter hoc quod ponit ex lineis indivisibilibus componi omnes magnitudines non evadit quin magnitudines componantur ex punctis, et quod puncta sint principia magnitudinum. Linearum enim indivisibilium necesse est

aliquos terminos, qui non possunt esse nisi puncta. Unde ex qua ratione ponitur linea indivisibilis principium magnitudinum, ex eadem ratione et punctum principium magnitudinis ponitur.

[Omnino autem sapientia et cetera]. Hic improbat rationem Platonis contra ad hoc quod ponebat de rerum principiis. Et primo quantum ad hoc quod ponebat principia essendi, secundo quantum ad hoc quod ponebat principia cognoscendi, ibi [Quomodo autem aliquis et cetera]. Circa primum ponit sex rationes, quarum prima sumitur ex hoc quod generaliter causas pretermittebant. Unde dicit quod cum sapientia scilicet philosophia habeat inquirere causas de rebus idest de his que sensui apparent, ex hoc enim homines inceperunt philosophari quod causas inquirerent ut in prohemio dictum est, [illegible] ab his se [illegible], rerum principia pretermiserunt de causa efficiente que est principium transmutationis, causam vero formalem putaverunt se aliquas res ponentes ideas. Sed ipsi putaverunt se dicere substantiam horum scilicet sensibilium, dixerunt quod quedam alie substantie separate ab istis diversas, quod ideo assignabant illa separata esse substantias horum sensibilium est supervacaneum idest efficaciam non habet. Non enim dicebant enim quod idee essent horum in quantum ab istis participantur, sed hoc quod de participatione dicebant nihil est sicut ex superioribus patet. [Sed species] quas ipsi ponebant non tangunt causam finalem, quod tamen videmus in aliquibus scientiis que demonstrant per causam finalem, et per quam omne agens per intellectum est agens propter naturam, ideo philosophorum omnis est. Et sicut species non tangunt causam que dicitur finis, ita nec causam que dicitur principium, scilicet efficientem que fini opponitur. Sed Platonici pretermittentes has causas talia mathematica ac si essent mathematica, finem motus, dicunt principium et finem motus pretermittebant. Unde et dicebant quod mathematica debent tractari non solum propter se ipsa sed aliorum gratia idest necessitatem, et quia passiones mathematicorum sensibilibus attribuebant. [Amplius autem substantiam] Hic ponit secundam rationem que talis est, id quod ponitur tamquam rei materia magis est substantia rei et predicabile de re quam id quod est separatum a re. Sed species sunt separata a rebus sensibilibus. Ergo propter Platonicorum positionem magis aliquis suscipiet substantiam dicere ut mathematica esse substantiam materialem quam species separatas, et magis suscipiet eam predicari de re sensibili. Quam speciem predictam Platonici non ponebant, magnum et parvum, et magnum esse dicunt substantiam et materiam. Sed non duo principia ponebant excessum, sicut

ulles ponentes. rarum et densum esse p(er) magis dia-
tes .i. materie p(ar)t(es) .s. m(aius) (con)tinuitabat dice-
res ea q(ue)dam .s. magnum et p(ar)vum q(uia) ex h(oc) p(er)
q(uod) rarum et densum est q(ue)dam s(ecundu)m habundantia
et defectus. spissum enim e(st) q(uod) h(abe)t multas de ma-
teria sub eisdem dimensionibus. rarum q(uod) p(ar)vum et tu(nc) plo-
nici (com)p(ar)abant rerum sensibilium mag(nitudinem) dicebant
sp(eci)es (et) mathe(maticas) et mag(nitudinem) p(re)dicta. **Et de**
3 **motu vid(etur)** et c(etera). h(ic) ponit t(er)ciam r(ati)o(ne)m q(ue) talis
e(st). si ea q(ue) s(un)t in sensibilib(us) causant a sp(eci)eb(us) separatis
necesse e(st) dic(er)e q(uod) sic in sp(eci)eb(us) ydea motus aut
n(on). si e(st) ibi aliqua sp(eci)es et ydea mot(us) et (con)stat
q(uod) no(n) potest esse motus sine eo q(uod) mo(vetur)
[illegible] erit q(uod) sp(eci)es moveant(ur) q(uod) e(st) (contra) plo-
nicor(um) opi(ni)o(ne)m q(ui) ponebant sp(eci)es i(m)mo-
biles. si aute(m) n(on) sit ydea mot(us) ea .a(utem) q(ue)
s(un)t i(n) sensibilib(us) causant(ur) ab ydeis n(on) erit alliq(ua)
re tamen veniat mot(us) ad ista sensibilia
et sic auferetur tota p(er)scrutatio sciencie n(atura)lis
4 q(ue) inquirit de reb(us) mobilib(us). **Et q(uod) unu(m)** et c(etera).
h(ic) ponit q(u)artam r(ati)o(n)e(m) q(ue) talis e(st). si unu(m) esset
ydea rer(um) om(niu)m sic(ut) plonici posuint (con)sequeret(ur)
dic(er)e q(uod) o(mn)ia sunt unu(m). sic et illes q(ui) pone-
bant ydeam om(niu)m esse aq(ua)m et sic de aliis
eius. s(ed) facile e(st) mo(n)strare q(uod) o(mn)ia n(on) s(un)t un-
um. (er)go p(ro)po(sitio) q(ue) ponit ydeam om(niu)m esse unu(m) e(st)
i(m)p(ro)babilis. si a(utem) al(iquis) dicat q(uod) ex po(siti)o(n)e plo(nico)rum
n(on) s(equitu)r q(uod) o(mn)ia sunt unu(m) simp(liciter). s(ed) aliq(uo)d unu(m)
sic(ut) dicim(us) aliq(ua) esse unu(m) s(ecundu)m gen(us) s(ecundu)m sp(eci)em
siq(ui)s vellet dic(er)e sic o(mn)ia esse unu(m) n(on) h(oc) est po-
tens sufficit n(on) h(oc) q(uod) dico unu(m) sit gen(us)
p(ro)ue om(niu)m. p(ro)h(ibe)t sic mod(us) p(re)se(n)tem dic(er)e o(mn)ia
esse ydeas sic dicim(us) ho(m)i(n)em et asinu(m) esse
a(n)i(m)alia h(oc) e(st) q(ui)b(us) d(e) vi i(n)p(ro)b(at)(ur) q(uod) sit unu(m)
gen(us) om(niu)m q(uia) ceter(um) q(uod) d(iff)(eren)cia diuisiva g(e)n(er)is ge-
neris n(on) esset una ut inf(ra) t(er)cio dice(tur) (er)go
nullo m(odo) p(otes)t pon(i) q(uod) ydea rer(um) om(niu)m sit unum.
5 **Nulla a(utem) h(abe)t ro(ne)m** et c(etera). h(ic) ponit q(ui)ntam
ro(ne)m q(ue) talis e(st). plo ponebat post nu(mer)os
longitudines et latitudines et soliditates
esse ydeas rer(um) sensibilium ex q(ui)b(us) .s. corpa
sensibilia (com)ponerentur. h(ic) a(utem) p(ro) plonis po(ne)re
nulla(m) r(ati)o(ne)m h(abe)re magis q(uam) (con)t(ra) debeant po-
n(i). n(ec) u(bi) p(re)senti n(ec) in futuro n(on) et vident(ur) ali-
q(ua)m potestate(m) h(abe)re ad h(oc) q(uod) sunt sensibilium cause
p(er) p(re)sencia aut .n. oz h(oc) intelligi i(m)mobi-
q(uia) semp(er) eod(em) m(odo) se h(abe)nt p(er)petua. aut cor-
rup(ti)bilia et (con)ruabilia q(ue) esse h(abe)nt post n(on) esse q(uia)
sic p(otes)t plo .n. ponebat ea (con)t(ra)ria rer(um) s(cilicet)
sensibilia et sp(eci)es et mathe(matica) q(ue) media h(abe)t a(utem) hec
nec et s(uper)ficies ex q(ui)b(us) (con)ponunt(ur) corp(or)a sen-
sibilia n(on) e(st) po(ssibi)le esse sp(eci)es q(uia) sp(eci)es s(un)t mi(nu)s ce(rte). h(ic) a(utem)
r(ati)o(ne) p(er) maiores n(on) t(ame)n potest dici q(uod) sint int(er)
media. int(er) sp(eci)es et sensibilia. h(ic) enim s(un)t et entia
mathe(matica) et a(ccide)ntia sensibilia separata q(uia) n(on) potest d(ici)
de ill(is) lineis et s(uper)ficieb(us) ex q(ui)b(us) corpa sensibilia
(con)ponunt(ur) n(on) t(ame)n possunt esse sensibilia. [illegible] a(utem) se-
n(si)bilia s(un)t corruptibilia. h(ec) a(utem) i(n)corruptibilia
s(un)t n(on). i(n) p(ro)babit(ur) i(n)f(ra) (er)go. l(ibr)o .x. ista n(on) s(un)t l(ibr)o .x.
(con)t(ra)riu(m). aliq(uo)d gen(us) entium q(uod) plo p(er)mittit.
Est oio ex(is)tenti(um) h(ic) ponit sextam r(ati)o(ne)m q(ue) tal(is) 6
est. i(m)po(ssibi)le e(st) invenire p(ri)n(cipi)a alic(uius) multip(li)ci
n(on) multiplicitas dividat ea .n. q(ue) solo no(m)i(n)e
(con)veniencia diffinit r(ati)o(n)e n(on) p(otes)t h(abe)re p(ri)ncip(ia)
(con)ia q(ue) sic h(abe)nt r(ati)o(ne)m ea(n)d(em) cu(m) rei eo-
r(um) ex(is)tentis p(ri)ncipi(a) sim(i)lia distincta aut
p(ri)ncip(ia) h(abe)t q(ui)b(us) solu(m) nom(en) (con)e(st) assigna-
re i(m)po(ssibi)le e(st) n(on) hor(um) h(abe)nt (con)tra p(ri)n(cipi)a s(un)t assignan-
da ad invice(m) diu(er)sis eu(m) g(enere) ent(ia) multip(li)ci di-
ca(ntur) et n(on) univoce de s(ubstanci)a et aliis g(e)n(er)ib(us). si
(con)ven(er)it assignat plo p(ri)n(cipi)a ex(is)tencium
n(on) d(ist)i(n)gue(n)do entia ab invice(m) s(ed) q(uia) a(liqui)s po-
s(se)t aliq(ui)b(us) r(ati)o(n)e differentib(us) q(ui)b(us) nome(n) est
e(st) (con)e p(ri)n(cipi)a assignare (con)tingit (con)t(ra) p(ri)n(cipi)a
coaptando sine h(oc) q(uod) no(m)i(n)is (con)e multiplicita-
te(m) distingueret. h(ic) et plonici n(on) fecerunt
v(er)u(m) et alii .i. alia r(ati)o(n)e i(n)q(ui)r(e)n(tes) rer(um) p(ri)ncipi(a)
assignaverunt (con)venientes ex q(ui)b(us) e(st) s(ub)s(t)ancia.
s(ecundu)m hunc mod(um) (con)cluint ut .s. n(on) o(mn)ib(us)
entib(us) sufficiencia p(ri)n(cipi)a assign(ar)ent n(on)
n(ec) ex cor(um) d(e)(er)is e(st) accip(er)e ex q(ui)b(us) p(ri)ncip(ia) s(un)t
e(st) agere. aut pati. aut rectu(m) aut sim(ile).
aut alia h(uius)mo(di). assignabant enim
solu(m) p(ri)ncip(ia) ydea(rum) a(ut) s(ub)st(an)cia p(er)mitte(n)tes
s(ed) n(on) a(utem) defendendo plo(n)e(m) dic(er)e vellet q(uia)
tunc (con)tingit o(mn)iu(m) entiu(m) ele(menta) esse (con)stita
aut inventa. q(uo)d (con)tingit. sola(m) ydea(rum)
p(ri)n(cipi)a h(abe)nt .s(ecundu)m i(n)venta h(ec) op(ini)o(n)e n(on) est v(er)a
[illegible] s(ed) p(ri)ncipia ydea(rum) et q(ue)dam sunt
p(ri)ncip(ia) act(iv)a aut acti(va) (con)t(ra) p(ri)ncipia h(abe)nt.
n(on) et o(mn)ib(us) modis om(niu)m (con)venit ead(em) p(ri)n(cipi)a
i(n) o(mn)i(bus) .i. .xi. l(ibr)o .xii. h(ic) **Cu(m) o(mn)i a(utem) aliq(uo)d.**

Hic disputat contra Platonem, scilicet contra illos qui ponebant ydeas esse principia scientie in nobis, et ponit rationes quarum prima est: si essent ydee scientia in nobis create, non contingeret addiscere rerum principia; contrarium autem est quod addiscimus; ergo essent ydee scientia non create in nobis. Quod autem non contingeret addiscere sic probat: nullus enim precognoscit id quod addiscere oportet, sicut geometer. Et si precognoscat alia que sunt necessaria ad demonstrandum, tamen ea que oportet addiscere non precognoscet, et similiter est in aliis scientiis. Sed si ydee sunt cause scientie in nobis, oportet quod omnem scientiam haberemus, quia ydee sunt rationes omnium sensibilium; ergo non possumus addiscere. Non autem dicitur addiscere id quod prius precognovit. Unde si ponatur quod aliquis addiscat, oportet quod non preexistant cognoscenti illa que addiscit, sed quedam alia cum quibus fiat disciplina, id est addiscentis precognita omnia, id est universalia, aut quedam, id est singularia universalia, quod sicut in hiis que addiscuntur per demonstrationem et diffinitionem. Sicut enim oportet sicut in demonstrationibus, ita in diffinitionibus esse precognita ea ex quibus diffinitiones fiunt que sunt universalia. Singularia vero oportet esse precognita in hiis que addiscuntur per inductionem. Si vero existens et cetera. Hic ponit secundam rationem que talis est: si ydee sunt cause scientie, oportet istam scientiam esse nobis connaturalem. Sensibilia enim per naturam propria adipiscuntur quia ydeas participant secundum platonicos. Sed potissima disciplina cum cognitione est illa que est nobis connaturalis, nec eius possumus oblivisci, sicut patet in cognitione primorum principiorum demonstrationis que nullus ignorat. Ergo nullo modo possumus omnem scientiam ab ydeis in nobis creatam oblivisci, quod est quod platonici dicebant quod anima ex unione ad corpus obliviscitur scientie quam naturaliter de omnibus habet, et postea per disciplinam addiscat homo, id quod est prius notum non addiscere necesse sit, non reminisci. Amplius autem et cetera. Hic ponit tertiam rationem que talis est: ad rerum cognitionem requiritur non solum quod homo cognoscat formam rei, sed et principia materialia ex quibus componitur, quod ad hoc patet quod de istis necessario contingit esse dubitationem, sicut de hac littera ·ZA· quidam dubitant utrum componatur ex istis litteris ·s·d·a·

aut sit una littera preter omnes predictas, hec est preter sonum. Sed ex ydeis non possunt cognosci non principia formalia, quia ydee sunt forme rerum; ergo non sunt sufficientes cause cognitionis rerum principiis materialibus remanentibus ignotis. Amplius autem et cetera. Hic ponit quartam rationem que talis est: ad cognitionem rerum oportet de sensibilibus notitiam habere, quia sensibilia sunt etiam materia omnium rerum ex quibus componuntur, sicut voces componuntur ex litteris et dictiones componuntur ex propriis elementis. Si ergo preexisteret scientia in nobis creata, oporteret quod preexisteret creata in nobis cognitio sensibilium. Cognitio autem que in nobis creata ex ydeis, non sensu est accepta, et per consequens non habet in habitudinem ad ydeas in cognoscendo; ergo sequeretur quod aliquis non habens sensum possit cognoscere sensibilia, quod patet esse falsum.

Nam cecus natus non potest habere scientiam de coloribus. Quoniam ergo et cetera. Hic colligit ea que ab antiquis de principiis dicta sunt dicens quod ex prius dictis est manifestum quod antiqui philosophi conati sunt querere causas a nobis in libro Physicorum declaratas, sed quod preter dictas eorum non habemus aliquam causam extra causas ibi declaratas. Has autem causas obscure dixerunt, et quodammodo omnes ab eis sunt dicte, quodammodo vero nullam eorum tetigerunt. Sicut enim pueri de novo loqui incipientes et balbutiendo loquuntur, ita philosophia primorum philosophorum nova existens visa est balbutiendo et imperfecte de omnibus loqui tamquam principia. Quod patet in hiis, quia Empedocles primo dixit quod ossa sunt quandam rationem, id est commixtionem rationis et proportionis, que quod quid est et substantia rei. Sed similiter necessarium est de carne et de singulis aliorum aut de nullo. Omnia enim ista ex elementis commixta sunt. Propter hoc enim quod caro et os et omnia huiusmodi non sunt id quod sunt propter materiam quam ipse ponit, scilicet elementa, sed propter hoc principium, scilicet formale. Sed Empedocles quasi ex necessitate veritatis coactus posuisset aliquo alio expressius dicente, sed ipse manifeste non expressit, et sic expresse non manifestavit naturam forme sicut nec minus quam de Anaxagora. Dictum est autem non alie alicuius principii de talibus quam que ab aliis imperfecte dicta sunt. Dictum est prius. Item ex isto libro recapitulabimus de istis quecumque

[illegible]

ad hoc pot aliquis dubitare ad unam partē
vel ad aliā. Ex talibz .n. dubitatōnibz for
sitan investigabimus aliquid utile ad du
bitatōnes quas potius protractā sciam pleq
et determinare oportet. Explicit lib
primus sup methaphi.

De veritate theorica siquidem difficilis est etc. Postquam philosophus reprobavit opiniones antiquorum philosophorum de primis rerum principiis, circa quae principaliter versatur philosophi primi intentio, hic accedit ad determinandum veritatem. Aliter autem se habet consideratio philosophiae primae circa veritatem et aliarum particularium scientiarum. Nam unaquaeque particularis scientia considerat quamdam particularem veritatem circa determinatum genus entium, ut geometria circa magnitudines, arithmetica circa numeros. Sed philosophia prima considerat universalem veritatem entium. Et ideo ad hunc philosophum pertinet considerare quomodo homo se habeat ad veritatem cognoscendam. Dividitur ergo pars ista in partes duas. In prima parte determinat ea quae pertinent ad considerationem universalis veritatis. In secunda incipit inquirere veritatem de primis principiis et omnibus aliis ad quae se extendit huius philosophiae consideratio. Et hoc in tertio libro qui incipit ibi, necesse est nobis acquisitam scientiam etc. Prima autem pars dividitur in partes tres. In prima ostendit qualiter se habeat homo ad considerationem veritatis. In secunda ostendit ad quam scientiam principaliter pertineat cognitio veritatis, ibi, vocari vero philosophiam veritatis etc. In tertia parte ostendit modum considerandae veritatis, ibi, contingunt autem auditiones etc. Circa primum tria facit. Primo ostendit facilitatem et difficultatem existentem in consideratione veritatis. Secundo ostendit causam difficultatis, ibi, forsan autem et ex difficultate etc. Tertio ostendit quomodo homines se invicem iuvant ad cognoscendum veritatem, ibi, non solum autem his dignum etc. Circa primum duo facit. Primo proponit intentum, dicens quod theoria, id est consideratio de veritate, quodammodo difficilis est et quodammodo facilis. Secundo ibi, signum autem etc. manifestat propositum, et primo quantum ad facilitatem. Secundo quantum ad difficultatem, ibi, habere autem totum et partem etc. Facilitatem autem in considerando veritatem ostendit primo per quoddam signum, quod licet nullus homo veritatis perfectam cognitionem adipisci possit, tamen nullus homo est ita expers veritatis quin aliquid de veritate cognoscat. Quod ex hoc apparet quod unusquisque potest enunciare de veritate et natura rerum, quod est signum considerationis interioris. Secundum signum ponit ibi, et singulum quidem etc. dicens quod licet id quod unus homo potest immittere vel apponere ad cognitionem veritatis suo studio et ingenio sit aliquid parvum per comparationem ad totam considerationem veritatis, tamen illud quod aggregatur ex omnibus coarticulatis, id est exquisitis et collectis, fit aliquid magnum, ut potest apparere in singulis artibus, quae per diversorum studia et ingenia ad mirabile incrementum pervenerunt. Tertio manifestat idem per quoddam vulgare proverbium, ibi, quare si sicut videmur habere etc. concludens quod cum unusquisque possit cognoscere de veritate, licet parum, ita se habere videmur in cognitione veritatis, sicut proverbialiter dicitur in foribus, id est ianuis domorum, quis delinquet? Interiora enim domus difficile est scire, et circa ea facile est hominem decipi; sed circa ipsum introitum domus qui omnibus patet et primo occurrit, nullus decipitur. Ita etiam est in consideratione veritatis. Nam ea per quae intratur in cognitionem aliorum nota sunt omnibus, et nullus circa ea decipitur. Huiusmodi autem sunt prima principia naturaliter nota, ut non esse simul affirmare et negare, et quod omne totum sit maius sua parte, et similia. Circa conclusiones vero ad quas per principia quasi per ianuam intratur, contingit multos errare. Sic igitur cognitio veritatis est facilis, inquantum scilicet ad minimum illud modicum quod est principium per se notum, per quod intratur ad veritatem, est omnibus notum. Deinde cum dicit, habere autem totum etc. manifestat difficultatem, dicens quod hoc ostendit difficultatem quae est in consideratione veritatis, quia non possumus habere circa veritatem totum et partem. Ad cuius evidentiam considerandum est quod hoc quod dixit esse omnibus notum per quod intratur in alia. Est autem duplex via procedendi ad cognitionem veritatis. Una quidem per modum resolutionis, secundum quam procedimus a compositis ad simplicia, et a toto ad partem, sicut dicitur in primo physicorum quod confusa sunt prius nobis nota. Et in hac via perficitur cognitio veritatis quando pervenitur ad singulas partes distincte cognoscendas. Alia autem via est compositionis, per quam procedimus a simplicibus ad compositum, qua perficitur cognitio veritatis cum pervenitur ad totum. Sic igitur hoc ipsum quod homo non potest in rebus perfecte totum et partem cognoscere, ostendit difficultatem considerandae veritatis secundum utramque viam. Deinde cum dicit, forsan autem et ex difficultate etc. ostendit causam praemissae difficultatis. Et considerandum est quod in omnibus quae consistunt in quadam habitudine unius ad alterum, potest impedimentum dupliciter accidere, vel ex uno vel ex altero. Sicut quod lignum non comburatur, hoc contingit vel quia ignis est debilis, vel quia lignum non est bene combustibile. Et similiter oculus impeditur a visione alicuius visibilis, aut quia est debilis, aut quia visibile est tenebrosum. Sic igitur per hunc modum contingere potest quod veritas sit difficilis ad cognoscendum, vel propter defectum qui est in ipsis rebus, vel propter defectum qui est in intellectu nostro. Et quod quantum ad aliquas res difficultas contingat in cognoscendo veritatem ex parte ipsarum rerum, patet. Cum enim unumquodque sit cognoscibile inquantum est ens actu, ut infra in nono huius dicetur, illa quae habent esse deficiens et imperfectum sunt secundum se ipsa parum cognoscibilia, ut materia, motus et tempus, propter eorum imperfectionem essendi, ut Boethius dicit in libro

de duabus naturis. Fuit autem aliquis philosophorum qui posuit difficultatem cognitionis veritatis totaliter provenire ex parte rerum, sentientes nihil esse fixum et stabile in entibus sed omnia esse in continuo fluxu, ut in quarto huius dicetur. Sed hoc excludit philosophus dicens quod quamvis difficultas cognoscendae veritatis forsan possit secundum aliquid divisa esse dupliciter, scilicet et ex parte nostra et ex parte rerum, non tamen principalis causa difficultatis est ex parte rerum sed ex parte nostra. Et hoc sic probat, quia si difficultas esset principaliter ex parte rerum, sequeretur quod illa magis cognosceremus quae sunt magis cognoscibilia secundum suam naturam. Sunt autem maxime cognoscibilia secundum suam naturam quae sunt maxime in actu, scilicet entia immaterialia et immobilia, quae tamen sunt maxime nobis ignota. Unde manifestum est quod difficultas accidit in cognitione veritatis maxime propter defectum intellectus nostri. Ex quo contingit quod intellectus animae nostrae sic se habet ad entia immaterialia, quae inter omnia sunt maxime manifesta secundum suam naturam, sicut se habent oculi nycticoracum ad lucem diei, quam videre non possunt, quamvis videant obscura. Et hoc est propter debilitatem visus eorum. Si autem dicatur haec similitudo non esse conveniens, quia sensus quia est potentia organi corporalis corrumpitur ex vehementia sensibilis, intellectus autem cum non sit potentia alicuius organi corporei non corrumpitur ex excellentia intelligibilis, unde post intelligere maxima intelligibilia non minus intelligit minora sed magis, ut dicitur in tertio de anima: dicendum est quod sensus impeditur a cognitione alicuius sensibilis dupliciter. Uno modo per corruptionem organi ab excellentia sensibilis, et hic locum non habet in intellectu. Alio modo ex defectu proportionis ipsius virtutis sensitivae ad obiectum. Potentiae enim animae non sunt eiusdem virtutis in omnibus animalibus. Sed sicut homini ex sua natura contingit quod habeat pessimum olfactum, ita nycticoraci quod habeat debilem visum, quia non habet proportionem ad claritatem diei cognoscendam. Sic ergo cum anima humana sit ultima in ordine substantiarum intellectualium, minimum participat de virtute intellectiva. Et sicut ipsa quidem secundum suam naturam est actus corporis, eius intellectiva potentia non est actus organi corporalis, ita habet naturalem aptitudinem ad cognoscendum corporalium et sensibilium veritatem, quae sunt minus cognoscibilia secundum suam naturam propter eorum materialitatem, sed tamen per abstractionem a phantasmatibus cognoscuntur. Et quia hic modus cognoscendi veritatem congruit naturae animae humanae secundum quod est forma talis corporis, quae autem sunt naturalia semper manent, impossibile est quod anima humana huiusmodi corpori unita cognoscat de veritate rerum nisi quantum potest elevari per ea quae abstrahendo a phantasmatibus intelligit. Per haec autem nullo modo potest elevari ad cognoscendum quidditates immaterialium substantiarum, quae sunt improportionatae istis sensibilibus. Unde impossibile est quod anima humana huiusmodi corpori unita apprehendat substantias separatas cognoscendo de eis quod quid est. Ex quo apparet falsum esse quod hic dicit in commento, quod philosophus non demonstrat hic res abstractas intelligere esse impossibile nobis, sicut impossibile est vespertilioni inspicere solem. Et ratio sua quam inducit est valde derisibilis. [margin: Averroes] Subiungit enim quia si ita esset, otiose egisset natura, quia fecit illud quod est naturaliter intellectum in se non intellectum ab aliquo, sicut si fecisset solem non comprehensum ab aliquo visu. Deficit enim haec ratio primo quia talis cognitio intellectus nostri non est finis substantiarum separatarum, sed magis econverso. Unde non sequitur quod si non cognoscuntur substantiae separatae a nobis quod sint frustra. Frustra enim est quod non consequitur finem ad quem est. Secundo quia etsi illae separatae non intelliguntur a nobis quantum ad quidditates, intelliguntur tamen ab aliis intellectibus, sicut solem etsi non videat oculus nycticoracis, videt tamen eum oculus aquilae. Deinde cum dicit Non solum autem his etc. ostendit quomodo se habeant ad invicem homines ad considerandum veritatem. Adiuvatur autem unus ab alio ad considerationem veritatis dupliciter: uno modo directe, alio modo indirecte. Directe quidem iuvantur ab his qui veritatem invenerunt, quia sicut dictum est, dum unusquisque praecedentium parum aliquid de veritate invenit, simul in unum collectum posteriores introducit ad magnam veritatis cognitionem. Indirecte vero inquantum priores errantes circa veritatem posterioribus exercitii occasionem dederunt, ut diligenti discussione habita veritas limpidius appareret. Est autem iustum ut his quibus adiuti sumus in tanto bono, scilicet cognitione veritatis, gratias agamus. Et ideo dicit quod iustum est gratiam referre non solum illis quos quis existimat veritatem invenisse, quorum opinionibus aliquis communicat sequendo eas, sed etiam illis qui superficialiter locuti sunt ad veritatem investigandam, licet eorum opiniones non sequamur, quia et isti aliquid contulerunt nobis. Praestiterunt enim nobis quoddam exercitium circa inquisitionem veritatis. Et ponit exemplum de inventoribus musicae. Si enim non fuisset Timotheus, qui multa de arte musicae invenit, non haberemus ad praesens multa quae scimus de melodiis. [margin: Thymotheus] Et si non praecessisset quidam philosophus nomine Phrynis, [margin: al' philosophus] Timotheus non fuisset ita instructus in melodialibus. Et similiter est dicendum de philosophis qui enunciaverunt universaliter de veritate rerum. A quibusdam enim praedecessorum nostrorum accepimus aliquas opiniones de veritate rerum, in quibus credimus eos bene dixisse, alias opiniones praetermittentes. Et iterum illi a quibus nos accepimus invenerunt aliquos praedecessores a quibus acceperunt, qui fuerunt eis causa instructionis.

Vocari vero philosophiam veritatis etc. Ostendit quod cognitio veritatis maxime ad philosophiam primam pertineat. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit

quod ad philosophiam primam maxime pertineat cognitio veritatis. Secundo excludit quamdam falsam opinionem per quam sua probatio tolleretur, ibi, at vero quod sit principium quoddam et cetera. Circa primum duo facit. Primo dicit quod ad philosophiam primam pertineat cognitio veritatis. Secundo quod maxime ad eam pertineat, ibi, nescimus autem verum sine causa et cetera. Haec autem duo concluduntur ex his quae superius probata sunt. In primo enim huius ostensum est quod sapientia sit non practica sed speculativa, et quod sit cognitiva causarum primarum. Ex primo horum sic argumentatur. Ad primam quae theorica, id est speculativa, dicitur, aptatur secundum finem. Nam finis speculativae est veritas. Hoc enim est quod intendit, scilicet veritatis cognitionem. Sed finis practicae est opus. Quia etsi practici, hoc est operativi, intendant cognoscere veritatem quomodo se habeat in aliquibus rebus, non tamen quaerunt eam tamquam ultimum finem. Non enim considerant causam veritatis secundum se et propter se, sed ordinando ad finem operationis, sive applicando ad aliquod determinatum particulare et ad aliquod determinatum tempus. Si igitur huic coniungamus quod sapientia sive philosophia prima non est practica sed speculativa, sequitur quod recte debeat dici scientia veritatis. Sed quia multae sunt scientiae speculativae quae veritatem considerant, ut puta geometria et arithmetica, sunt necessariae ut concludatur quod philosophia prima maxime consideret veritatem, propter id quod superius ostensum est, quod est considerativa primarum causarum. Et argumentatur sic. Scientia de vero non habetur nisi per causam. Ex quo apparet quod eorum verorum de quibus est scientia aliqua sunt tamen causae quae et veritatem habent. Non enim potest sciri verum per falsum, sed per aliud verum; et demonstratio quae facit scientiam ex veris est, ut dicitur in primo posteriorum. Deinde adiungit quamdam universalem propositionem quae talis est. Unumquodque inter alia maxime dicitur, ex quo causatur in aliis aliquod univocum praedicatum de eis, sicut ignis est causa caloris in elementatis. Unde cum calor univoce dicatur et de igne et de elementatis corporibus, sequitur quod ignis sit calidissimus. Hoc autem intelligitur de univocatione, quia quandoque contingit quod effectus non perveniunt ad similitudinem causae secundum eandem rationem speciei, propter excellentiam ipsius causae. Sicut sol est causa caloris in istis inferioribus; non tamen inferiora corpora possunt recipere impressionem solis aut aliorum caelestium corporum secundum eandem rationem speciei, cum non communicent in materia. Et propter hoc non dicimus solem esse calidissimum, sicut ignem, sed dicimus solem esse aliquid amplius quam calidissimum. Nomen autem veritatis non est proprium alicui speciei, sed se habet communiter ad omnia entia. Unde quia illud quod est causa veritatis est causa communicans cum effectu in nomine et ratione communi, sequitur quod illud quod est posterioribus causa ut sint vera, sit verissimum. Ex quo ulterius concludit quod principia eorum quae sunt semper, scilicet corporum caelestium, necesse est esse verissima, et hoc duplici ratione. Primo quidem quia non sunt quandoque vera et quandoque non, et per hoc transcendunt veritatem generabilium et corruptibilium quae quandoque sunt et quandoque non sunt. Secundo quia nihil est eis causa, sed ipsa sunt causa essendi aliis. Et per hoc transcendunt in veritate et entitate corpora caelestia, quae etsi sint incorruptibilia, habent tamen causam non solum quantum ad suum moveri, ut quidam opinati sunt, sed etiam quantum ad suum esse, ut hic philosophus expresse dicit. Et hoc est necessarium, quia necesse est ut omnia composita et participantia reducantur in ea quae sunt per essentiam, sicut in causas. Omnia autem corporalia sunt entia in actu inquantum participant aliquas formas. Unde necesse est substantiam separatam quae est forma per suam essentiam, esse principium substantiae corporalis. Si igitur huic deductioni adiungamus quod philosophia prima considerat primas causas, sequitur ut prius habitum est, quod ipsa considerat ea quae sunt maxime vera. Unde ipsa est maxime scientia veritatis. Ex his autem infert quoddam corollarium. Cum enim ita sit quod ea quae sunt aliis causa essendi sint maxime vera, sequitur quod unumquodque sicut se habet ad hoc quod sit, ita etiam se habet ad hoc quod habeat veritatem. Ea enim quorum esse non semper eodem modo se habet, nec veritas eorum semper manet. Et eorum quorum esse habet causam, et veritas causam habet. Et hoc ideo, quia esse rei est causa verae existimationis quam mens habet de re. Verum enim et falsum non est in rebus sed in mente, ut dicetur in sexto huius.

Deinde cum dicit at vero quod sit principium et cetera, removet quamdam falsam opinionem per quam praedicta probatio evacuari posset, quae procedebat ex suppositione huius quod philosophia prima considerat primas causas. Hoc autem tolleretur, si causae in infinitum procederent. Tunc enim non essent aliquae primae causae. Unde hoc hic removere intendit. Et circa hoc duo facit. Primo proponit intentum. Secundo probat propositum, ibi, medii enim et cetera. Circa primum duo facit. Primo dicit quod palam potest esse ex his quae dicentur, quod aliquod principium est esse et veritatis rerum, et quod causae existentium non sunt infinitae, neque procedendo in directum secundum unam aliquam speciem causae, puta in genere causae efficientis, neque etiam sunt infinitae secundum species, ita scilicet quod infinitae sint species causarum. Exponit autem quod dixerat causas in directum procedere. Primo quidem in genere causae materialis, quod non est possibile procedere in infinitum, ut si dicamus quod caro fiat ex terra, terra vero ex aere, aer ex igne, et hoc non stet in aliquo primo, sed procedat in infinitum. Secundo exemplificat in genere causae efficientis, dicens quod non est possibile quod dicamus unum principium motus in infinitum procedere, puta cum dicimus hominem moveri ad deponendum vestes ab aere calefacto, aerem vero calefieri a sole, solem moveri ab aliquo alio, et hoc in infinitum. Tertio exemplificat in genere causae finalis, dicens quod similiter non potest procedi in infinitum, ut si dicamus quod causa finalis ambulationis est propter sanitatem, sanitatem autem propter felicitatem, felicitatem autem propter

ad aliud et sic in infinitum. Ultimo facit rationem de
causa formali et dicit quod similiter non potest procedi in infinitum
in hoc quod est quid erat esse, idest in causa formali quam significat
diffinitio, sed exemplum ponit quod manifesta sunt et pro
bata sunt in primo posteriorum, quod non proceditur in infinitum in predi
camentis, puta quod animal predicetur de homine in eo quod quid
est et animal de alio et sic in infinitum.
Mediorum enim extra quae est aliquid ultimum et est prius, primum
sit quod causae essendi non sunt infinite. Hic probat propositum
et primo quod non sint infinite in directum. Secundo quod non sint
infinite secundum speciem, ibi: Sed si infinite essent et cetera. Circa primum
quatuor facit. Primo ostendit propositum in causis efficientibus vel moven
tibus. Secundo in causis materialibus, ibi: At vero nec in deorsum. Tertio in
causis finalibus, ibi: Amplius autem cuius causa est et cetera. Quarto in
causis formalibus, ibi: Sed nec hoc quod quid erat esse et cetera. Circa
primum sic procedit. Primo proponit quamdam propositionem, scilicet quod in
omnibus habentibus quae sunt media inter duo extrema quorum unum est
ultimum et aliud primum, necesse est quod id quod est primum sit
causa posteriorum, scilicet medii et ultimi. Et hanc propositionem
manifestat per divisionem, quia si oporteret nos dicere quid sit
causa inter aliqua tria quorum sunt primum, medium, ultimum, ex
necessitate diceremus causam esse id quod est primum. Non enim pos
sumus dicere id quod est ultimum esse causam omnium, quia ultimum
causa nullius, alioquin non esset ultimum cum effectus sit posterior
causa. Sed nec possumus dicere quod medium sit causa omnium,
quia non est causa nisi unius tantum, scilicet ultimi. Et ne aliquis intelligat
quod medium nunquam habeat post se nisi unum quod est ultimum,
quia esse solum contingit quando inter duo extrema est unum
medium tantum, ideo ad hoc excludendum subiungit quod nihil
ad propositum differt utrum sit unum tantum medium vel plura,
quia omnia plura media accipiuntur loco unius inquantum
conveniunt in ratione medii, et similiter non differt utrum
sint media finita vel infinita, quia dum habeant
rationem medii non possunt esse prima causa movens. Et quia autem om
nia causa moventia requirunt primam causam moventem, relin
quitur quod oportet omnes causas medias esse causas primae quae nullo modo
sit media, quae habet aliam causam ante se. Sed si ponantur in
finitum causae moventes procedere in infinitum, sequi
tur quod omnes causae sunt mediae. Et ulterius oportet hoc dicere quod ta
libus infinitis sive secundum modum causarum sive in ordine
magnitudinis, omnes partes sunt mediae. Si ergo esset
aliqua pars quae non esset media, oportet quod illa esset prima vel ultima,
et utrumque repugnat rationi infiniti quae excludit
omnem terminum et principium et finem. Est autem et alia causa
dicendi quod si aliqua finita sunt plures partes mediae non
omnes partes sunt secundum rationem mediae. Una enim quae ad magis
appropinquat primo, quaedam magis appropinquat ultimo. Sed in in
finito quod non habet primum et ultimum nulla pars potest magis
primum appropinquare principio aut ultimo. Et ideo usque ad quam
partem quis accipiatur omnes partes sunt aequaliter mediae. Sic ergo

si causae moventes procedant in infinitum, nulla erit causa prima.
Sed causa prima erat causa omnium, quare sequitur quod totaliter omnes causae to
llerentur. Sublata enim causa tolluntur ea quorum est causa. Deinde
cum dicit At vero nec in deorsum et cetera. Ostendit quod non est possibile in procedere
finitum in causis materialibus, et primo ponit quod intendit. Secundo probat
propositum, ibi: Dupliciter enim fit hoc ex hoc et cetera. Circa primum considerandum
est quod patiens subiicitur agenti. Unde procedere magis
agentibus esse sursum versus, procedere autem in patientibus esse
in deorsum versus. Sicut autem agere attribuitur causae
moventi, ita pati attribuitur materiae. Unde processus causarum
moventium est in sursum, processus autem causarum materialium est in deor
sum. Quia ergo ostendit quod non est in infinitum procedere in causis mo
ventibus quae in sursum procedendo, subiungit quod neque
possibile est ire in infinitum in deorsum, scilicet processu causarum materia
lium, supposito quod sursum causarum ex parte moventium inveniatur
aliquod principium et excitetur descensus causarum materialium quae
est in deorsum, ut si dicamus quod ex igne fit aqua et ex
aqua terra et sic in infinitum. Et utitur exemplo hoc secundum opinionem
antiquorum naturalium qui posuerunt aliquod corpus esse principium ali
orum quodam ordine. Potest autem hoc et aliter exponi, ut
intelligamus in causis moventibus manifestum est ad ipsum
ultimum effectum qui non movet, et ideo non quaeritur si procedatur
in infinitum in eis secundum viam generationis. Sed si procedatur in superius
igne causarum materialium eorum, supponitur unum primum quod sit fun
damentum et basis aliorum. Et dubitatur utrum in infinitum
procedatur in deorsum, scilicet processu eorum quae generantur in materia,
et hoc sonat exemplum Philosophi. Non enim dicit ut ignis ex aqua et haec ex al
io, sed eo ex igne aqua ex hac alia, uno supposito primo, et quaeri
tur si sit processus in infinitum in his quae generantur ex materia.
Deinde cum dicit Dupliciter enim fit hoc ex hoc et cetera. Probat
propositum. Et circa hoc duo facit. Primo distinguit duos modos
quibus fit aliquid ex aliquo. Secundo ostendit quod secundum neutrum eorum con
tingit procedere in infinitum, ibi: Utroque autem modo impossibile est
et cetera. Circa primum dicit quod illorum modorum exponit unum principaliter, alia
fiant, ibi: Simpliciter quod impossibile est et cetera. Dicit ergo primo quod
duobus modis fit aliquid ex aliquo proprie et per se loquendo, ita
ut excludamus illum modum quo dicitur improprie aliquid fieri ex
aliquo ex hoc solo quod fit post ipsum, ut si dicamus quod ex quadam
festa Graecorum quae dicebantur Olympia fiunt ex quibus
dam alia festa quae dicebantur Isthmia, puta si nos
dicamus quod festum Epiphaniae fit ex festo Natalis. Hoc autem
non proprie dicitur, quia fieri est mutari, et in mutatione autem
non requiritur ordo duorum terminorum sed et subiectum idem utrisque, quod
quidem non contingit in predictis exemplis. Sed hoc dicunt propter quod ymag
inantur tempus esse ut subiectum duorum festorum. Secundum proprie
dicitur aliquid fieri ex aliquo quando ad unum subiectum mutatur de hoc in
hoc, et hoc dupliciter. Uno modo sicut dicimus quod ex puero fit vir,
mutatum de statu puerili in statum virilem. Alio modo
sicut dicimus quod ex aqua fit aer per aliquam transmuta
tionem. Deinde cum dicit Quod fit ex puero viri dicit

et c. Ostendit dicens dupliciter dicitur aliquid fieri ex alio quorum primus est quod dicimus ex puero fieri virum, sicut ex eo quod est in fieri fit id quod iam est factum, aut ex eo quod est imperfectum fit id quod iam est perfectum, id est, ex eo quod est infra vel imperfectum, quod est medium inter esse et non esse; sic generatio est medium inter esse et non esse, et ideo quia per medium venitur ad extremum, dicimus quod ex eo quod generatur fit id quod generatum est, et ex eo quod perficitur fit id quod perfectum est, et sic dicimus quod ex puero fit vir, vel quod ex addiscente fit sciens, quia addiscens se habet infra ad scientiam. Secundo modo dicimus ex aere fieri aquam, sed neutrum extremorum non se habet ut via vel medium ad alterum, sicut fieri ad factum esse, sed magis unum extremum aliquo recedit, ut ad aliud extremum perveniatur, et ideo extremo corrupto fit alterum.

Deinde cum dicit Propter quod illa quidem et cetera, concludit ex premissa differentia aliam differentiam, quia scilicet in primo modo non invicem se habent ad alterum ut fieri ad factum esse, et medium ad terminum, propter quod habent ordinem naturalem ad invicem, et ideo non reflectuntur ad invicem ut indifferenter unum fiat ex altero. Non enim dicimus quod ex viro fiat puer sicut dicimus e converso. Cuius ratio est quod illa duo ex quorum uno fit alterum secundum istum modum dictum, non se habent ad invicem sicut duo termini mutationis ad invicem, sed sicut ea quorum unum est post alterum, et hoc est quod dicit, quod id quod fit et terminus generationis, sicut esse non fit ex generatione quasi ipsa generatio mutetur in esse, sed est post generationem quodam naturali ordine, consequenter ad generationem sicut terminus est post viam et medium post ultimum [illegible] Verum si considerentur ista duo, scilicet generationem [illegible] et esse non differt ab aliquo modo quo exclusimus nunquam convertitur ordo, tamen sicut cum dicimus quod dies est ex aurora, quia est post auroram, et propter istum naturalem ordinem non dicimus e converso quod aurora sit ex die, id est post diem, et eadem ratione non potest esse quod puer fiat ex viro. Sed secundum alterum modum quo aliquid fit ex altero invenitur reflexio. Sicut enim aqua generatur ex aere corrupto, ita aer ex aqua corrupta, et hoc ideo quia ista duo non se habent ad invicem secundum naturalem ordinem, scilicet ut medium ad terminum, sed sicut duo extrema quorum utrumque potest esse principium et ultimum.

Deinde cum dicit Utroque autem modo et cetera, ostendit quod non sit procedere in infinitum in causis materialibus secundum utrumque istorum modorum. Et primo secundum primum, quo dicimus ex puero fieri virum, id est, ex quo dicimus aliquid fieri sicut ex puero virum, se habet ut medium inter duo extrema, scilicet inter esse et non esse. Sed ponere extrema ipsorum esse infinita media, quia extremum infinitati repugnat. Secundo quod secundum istum modum non contingit procedere in infinitum, sed nec secundum alium, quia in alio modo invenitur reflexio extremorum ad invicem, propter hoc quod alterius corruptio est alterius generatio, non dicitur, ubique autem est reflexio reditur ad primum, ita scilicet id quod fuit prius principium postea fit terminus, quia infinita non potest contingere in quibus non est principium et finis,

quod nullo modo ex aliquo potest aliquid fieri in infinitum procedendo.

Deinde cum dicit Simul autem impossibile et cetera, ostendit quod ex prima materia ad fieri considerandum est, quod utitur hic duabus suppositionibus quibus antiqui naturales conveniebant, quarum una est quod sit aliquod primum principium materiale, id est quod in generationibus rerum non procedatur in infinitum ex parte superiorum, id est eius ex quo generatur. Secunda suppositio est quod prima materia sit sempiterna. Ex hac autem secunda suppositione statim concludit quod ex prima materia non fit aliquid secundo modo, scilicet sicut ex aere corrupto fit aqua, quia id quod est sempiternum non potest corrumpi. Sed quia posset aliquis dicere quod primum principium materiale non ponitur a philosophis sempiternum propter hoc quod unum numero manens sit sempiternum, sed quia est sempiternum per successionem, sicut si ponatur humanum genus sempiternum, hoc excludit ex prima suppositione dicens quod quia generatio non est infinita in sursum, sed devenitur ad aliquod primum principium materiale, necesse est quod si aliquid sit primum materiale principium ex quo fiant alia per eius corruptionem, quod non sit id sempiternum vel reliquis physicis dicuntur. Non enim posset esse id primum materiale principium sempiternum, si eo corrupto alia generarentur, et iterum ipsum generaretur ex alio corrupto. Unde manifestum est quod ex primo materiali principio fit aliquid sicut imperfecto et in potentia existente, quod est medium inter purum non ens et ens actu, non autem sicut ex aere corrupto fit aqua.

Amplius autem quod est cuius causa et cetera. Postquam probavit philosophus quod in causis moventibus et materialibus non proceditur in infinitum, hic ostendit idem in causa finali, quae nominatur cuius causa fit aliquid. Et ostendit propositum tribus rationibus, quarum prima talis est. Id quod est cuius causa habet rationem finis. Sed finis est id quod non est propter alia, sed alia sunt propter ipsum. Aut igitur est aliquid tale aut nihil. Si aliquid fuerit tale, scilicet quod omnia sint propter ipsum, et ipsum non sit propter alia, ipsum erit ultimum in hoc genere causae, et ita non procedetur in infinitum. Si autem non invenitur tale, non erit finis, et ita tolletur hoc genus causae quae dicitur cuius causa. Secundam rationem ponit ibi Sed qui infinitum faciunt et cetera, quae deducitur ex praemissa ratione. Ex prima enim ratione conclusum est quod qui ponunt infinitatem in causis finalibus removent causam finalem. Remota autem causa finali removetur natura et ratio boni. Eadem enim est ratio boni et finis. Nam bonum est quod omnia appetunt, ut dicitur in principio Ethicorum. Et ideo illi qui ponunt infinitum in causis finalibus auferunt totam naturam boni, licet ipsi hoc non percipiant. Tertiam rationem ponit ibi Et nullus conabitur et cetera, quae talis est. Si sit infinitum in causis finalibus, nullus poterit pervenire ad ultimum terminum, quia infinitorum non est ultimum. Sed nullus conatur ad aliquid faciendum nisi per hoc quod estimat se venturum ad aliquid sicut ad ultimum terminum. Qui ponentes infinitum in causis finalibus excludunt

omnem conatum ad operandum secundum nullum terminum vel finem. nullus enim movetur nisi ad id ad quod natum est pervenire. Contra tamen rationem ponit ibi: neque utique esset intellectus etc. Quae talis est: qui ponit infinitum in causis finalibus excludit finem, ponit excludere finem cum tamen sit ad quod omnia agunt per intellectum. Agit enim aliquis finis, quare sequitur quod in entibus operativis non sit intellectus, et ita tolletur intellectus perfectio. Quae cum sint inconvenientia, oportet removere primum id ex quo consequuntur, scilicet infinitum actuum finalium. Deinde cum dicit: Sed neque quod quid erat esse etc., ostendit quod non sit infinitum in causis formalibus, et circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo probat propositum ibi: Semper enim etc. Est ergo primum considerandum quod unumquodque constituitur in specie per propriam formam. Unde diffinitio significat maxime formam rei, oportet quod accipere processum in formis per processum in diffinitionibus. In diffinitionibus enim una pars est prior altera, sicut genus est prius differentia, et differentiarum una est altera prior. Id ergo quod infinitum procedatur in partibus diffinitionis, et idem valet ostendere quod non sit infinitum in causis formalibus. Proponit non esse infinitum in partibus diffinitionis. Et ideo dicit quod non contingit hoc quod quid erat esse in infinitum reduci ad aliam diffinitionem, ut sic semper multiplicetur ratio, puta quod diffinitur homo in diffinitione eius ponitur animal. Unde diffinitio hominis reducitur ad diffinitionem animalis, quae ulterius reducitur in diffinitionem alterius, et ulterius, et sic multiplicata ratio diffinitiva. Sed hoc non contingit in infinitum procedere. Non autem hoc dicimus quia in uno et eodem individuo multiplicentur formae secundum numerum generum et differentiarum, ut scilicet in homine sit alia forma a qua est homo et alia a qua est animal, et sic de aliis. Sed quia necesse est ut in rerum natura tot gradus formarum inveniantur quot inveniuntur genera ordinata et differentiae. Est enim in rebus invenire aliquam formam quae est ibi, et non est forma corporis, et aliquam quae est forma corporis, sed non est forma animati corporis, et sic de aliis. Deinde cum dicit: Semper enim quod ante est etc., probat propositum quattuor rationibus. Quarum prima talis est: in multitudine formarum vel rationum semper illa quae est prior est magis, quod non est intelligendum quod sit completior, quia forma specifica est completior, sed dicitur esse magis quia est simplicior, et illa quae est posterior non est nisi ea quae est prior, non enim est ratio animalis in ratione hominis. Ex quo arguitur quod si primum non est, nec habitum consequens est. Sed si in infinitum procederetur in rationibus et formis, non erit primum ratio vel forma diffinitiva. Quare excluderentur omnes consequentes. Secundam rationem ponit ibi: Amplius scire destruunt etc. Quae talis est: impossibile est ad scire pervenire quousque pervenimus

ad individua, non quod accipiatur hic individuum singulare, quia scientia non est de singularibus, sed individuum potest dici uno modo ipsa ratio speciei specialissimae, quae non dividitur ulterius per essentiales differentias. Et secundum hoc intelligitur quod non habetur perfecta scientia de re aliqua nisi perveniatur ad speciem specialissimam, quia ille qui scit aliquid in genere non dum habet perfectam scientiam. Et per hanc expositionem oportet dicere quod hic primo ratio concludebat quod in causis formalibus non proceditur in infinitum in sursum, sed hic ratio concludit quod non proceditur in infinitum in deorsum. Si enim non esset devenire in speciem specialissimam, quae ista ratio destruit perfectam scientiam. Sed quia forte dicitur non solum species quae dividitur per differentias completa divisione, post speciem specialissimam potest dici individuum, sed et est secundum quod distinctum dicitur propter divisionem, ut patet in principio libri Phisicorum. Sic ergo individuum potest dici hic cuius diffinitio non resolvitur in aliqua diffinientia, et secundum hoc supremum genus est individuum. Et hic erit sensus: quod non potest haberi scientia de re aliqua perfecte nisi perveniatur ad suprema genera, quibus ignoratis impossibile est alia posteriora sciri. Et secundum hoc concludit ratio quod in causis formalibus non proceditur in infinitum in sursum, sicut et prius. Vel ad idem concludendum potest aliter exponi individuum, ut scilicet propositiones immediatae dicantur individua, scilicet si procedatur in infinitum in diffinitionibus in sursum, nulla erit propositio immediata. Et sic videtur tollere scientiam quae est de conclusionibus deductis ex principiis immediatis. Tertiam rationem ponit ibi: Et cognoscere non est etc. Quae procedit non solum ad excludendum scientiam, sed ad excludendum vel omnem cognitionem humanam. Et circa hanc rationem duo facit. Primo ponit rationem. Secundo excludit obviationem quamdam ibi: Non enim simile etc. Ratio autem talis est: unumquodque cognoscitur per intellectum suae formae, sed si in formis procederetur in infinitum, non posset intelligi, quia infinitum in quantum huiusmodi non comprehenditur intellectu. Ergo ista ratio videtur destruere cognitionem. Deinde cum dicit: Non enim simile est etc., excludit quamdam obviationem. Posset enim aliquis dicere quod idem quod habet infinitas formas potest cognosci sicut et linea quae in infinitum dividitur. Sed hoc excludit dicens quod non est simile de linea, cuius divisiones non stant sed in infinitum procedunt; impossibile est enim quod aliquid intelligatur nisi in aliquo sistatur. Unde linea in quantum statuitur ut finita in actu per suos terminos sic potest intelligi, secundum vero quod non statur in eius divisione non potest sciri. Sed nullus potest numerare divisiones lineae, ex quo in infinitum procedunt. Sed infinitum in formis

est infinitam in actu et non impossibile tamen sic esse infinitum divisionis lineae, et ideo si essent infinite forte nullo modo esset ad sciendum vel notum. Deinde cum dicit Sed materiam in eo quod movetur ponit quartam rationem quae talis est. Omne enim quod movetur necesse est intelligere in materia. Omne enim quod movetur est in potentia, ens autem in potentia materia est. Ipsa autem materia habet rationem infiniti, et ipsi infinito quod est materia convenit ipsum nichil, quia materia de se intelligitur absque omni forma. Et cum ei quod est infinitum conveniat hoc quod est nichil, sequitur quod id quod est esse non sit infinitum, et quod infinito, idest materiae, non sit esse infinitum. Sed esse est per formam, ergo non est infinitum in formis. Est autem hic advertendum quod hic ponitur esse nichil ratione infiniti, non quod privatio sit de ratione materie, sicut Plato posuit non distinguens privationem a materia, sed quia privatio est de ratione infiniti, non enim ens in potentia habet rationem infiniti nisi secundum quod est sub privatione, ut patet in tertio Physicorum. Deinde cum dicit Sed si infinite essent etc. ostendit quod non est infinitum in speciebus causarum tamen ratione, quia putamus scire unumquodque quando cognoscimus omnes causas eius. Sed si sunt infinite causae per additionem unius ad aliam, erit pertransire istam infinitatem ita quod possent omnes cause cognosci, quare et per istum modum excluderetur cognitio rerum.

Contingunt autem auditiones etc. Postquam philosophus ostendit quod consideratio veritatis partim est difficilis et partim facilis, et quod maxime pertinet ad primum philosophum, hic ostendit quis sit modus conveniens ad considerandum veritatem. Et circa hoc duo facit. Primo ponit diversos modos quos homines sequuntur in consideratione veritatis. Secundo ostendit quis sit modus conveniens, ibi, Propter quod oportet erudiri etc. Circa primum duo facit. Primo ostendit efficaciam consuetudinis in consideratione veritatis. Secundo ostendit diversos modos quibus homines utuntur in consideratione veritatis propter diversas consuetudines, ibi, Alii vero si non mathematice etc. Circa primum duo facit. Primo ostendit virtutem consuetudinis in consideratione veritatis. Secundo manifestat per signum, ibi, Quantam vero vim habeat etc. Dicit ergo primo quod auditiones contingunt in hominibus de his quae sunt secundum consuetudines. Ea enim quae sunt consueta libentius audiuntur et facilius recipiuntur. Dignum enim videtur nobis ut ita dicatur de quocumque sicut consuevimus audire. Et si qua dicantur nobis praeter ea quae consuevimus audire, non videntur nobis similia in veritate his quae consuevimus audire, sed videntur nobis minus nota et magis extranea a ratione propter hoc quod sunt inconsueta. Illud enim quod est consuetum est nobis magis notum. Cuius ratio est quia consuetudo vertitur in naturam; unde et habitus ex consuetudine generatur, qui inclinat per modum naturae. Ex hoc autem quod aliquis habet talem naturam vel talem habitum, habet proportionem determinatam ad hoc vel illud. Requiritur autem ad quamlibet cognitionem determinata proportio cognoscentis ad cognoscibile, et ideo secundum diversitatem naturarum et habituum accidit diversitas circa cognitionem. Videmus enim quod hominibus secundum naturam humanam sunt nota prima principia, et secundum habitum virtutis apparet unicuique bonum quod convenit illi virtuti, sicut et gustui videtur aliquid conveniens secundum eius dispositionem. Sic igitur quia consuetudo causat habitum consimilem naturae, contingit quod ea quae sunt consueta sunt notiora. Deinde cum dicit Quantam vero vim habeat etc. manifestat quod dixerat per quoddam signum. Ostendit enim quod leges ab hominibus positae ostendunt per experientiam quantam vim habeat consuetudo, in quibus quidem legibus propter consuetudinem magis valent quaedam fabularia et puerilia dicta ad hoc quod eis assentiatur quam cognitio veritatis. Loquitur autem hic philosophus de legibus ab hominibus adinventis, quae ad conservationem civilem sicut ad ultimum finem ordinantur. Et ideo quaecumque adinvenerunt quibus hominum animi retinerentur et provocarentur ad bona, pro diversitate gentium et nationum in suis legibus tradiderunt, quamvis multa continerent vana et frivola, quae homines a pueritia audientes magis approbabant quam veritatis cognitionem. Sed lex divinitus data ordinat hominem ad veram felicitatem, cui omnis falsitas repugnat. Unde in lege Dei nulla falsitas continetur. Deinde cum dicit Alii vero si non mathematice etc. ostendit quod homines in consideratione veritatis propter consuetudinem diversos modos acceptant. Et dicit quod quidam non recipiunt id quod eis dicitur nisi dicatur eis per modum mathematicum. Et hoc quidem congruit propter consuetudinem his qui in mathematicis sunt nutriti. Et quia consuetudo est similis naturae, potest etiam hoc quibusdam contingere propter dispositionem, illis scilicet qui sunt fortis imaginationis, intellectum non habentes multum elevatum. Alii vero sunt qui nichil volunt recipere nisi proponatur eis aliquod exemplum sensibile, vel propter consuetudinem, vel propter dominium sensitivae virtutis in eis et debilitatem intellectus. Quidam vero sunt qui nichil reputant esse dignum ut eis inducatur absque testimonio poetae vel alicuius auctoris, et hoc etiam est vel propter consuetudinem vel propter defectum iudicii, quia non possunt diiudicare utrum ratio per certitudinem concludat, et ideo quasi non credentes suo iudicio requirunt iudicium alicuius noti. Sunt etiam aliqui qui omnia volunt sibi dici per certitudinem, idest per diligentem inquisitionem rationis, et hoc contingit propter bonitatem intellectus iudicantis et rationes inquirentis, dummodo non quaeratur certitudo in his in quibus certitudo esse non potest. Quidam vero sunt qui tristantur si quid sub certitudine cum diligenti discussione inquiratur, quod quidem potest contingere dupliciter. Uno modo propter

complectendi. habent enim debilem rationem. unde non sufficiunt ad
considerandum ordinem complexionum priorum et posteriorum. aliquando in
propter intellectum. idest priorum rationationem causarum. similiter quedam
est inattitudinalis inquisitionis que nichil in distinctum
sui relinquunt nisi ad minima. ymaginatur ex
quibus que sunt ex similibus communiorum non peruenit
ad uniuersalitatem. que debent et minima complecti.
uniuersalio vero et sit quedam imperitia et illiberalitas
si homo uelit tantum cognoscere. veritatis et minimam dicit
autem. Secundo cum dicit propter quod oportet erudire
etc. ostendit quid sit modus conueniens ad inquirendum ueritatem
tem. et circa hoc duo facit. primo enim ostendit quomodo possit homo cognoscere
modos conuenientes inquisitionis veritatis. Secundo ostendit quod
ille modus qui est simpliciter melior non debet in omnibus queri
ibi. acribologiam autem etc. dicit ergo primo quod quia diuersi
secundum diuersos modos ueritatem inquirunt. ideo oportet quod homo
instruatur per quem modum in singulis scientiis sint recipien-
da. ea que dicuntur. et quia non est facile quod homo simul duo
capiat sed dum ad duo attendit neutrum capere
potest. absurdum est quod homo simul querat scientiam et modum qui
conuenit scientie. et propter hoc debet prius addiscere logicam quam alias
scientias quia logica tradit communem modum procedendi in omnibus
scientiis. modus autem proprius singularium scientiarum in scientiis singulis
circa principium tradi debet. Secundo cum dicit acribolog-
iam etc. ostendit quod ille modus qui est simpliciter optimus
non debet in omnibus queri dicens. quod acribologia idest di-
ligentem et certam rationem sicut est in mathematicis non debet requiri in
omnibus rebus de quibus est scientia. sed debet solum requiri in
hiis que non habent materiam. ea enim que habent materiam subiec-
ta sunt motui et variationi. et ideo non potest in eis omnimoda
certitudo haberi. queritur enim in eis non quid semper sit
et ex necessitate. sed quid sit ut in pluribus. immaterialia autem
per se ipsa sunt certissima. quia sunt immobilia. sed illa que
in sui natura sunt immaterialia non sunt nobis propter defectum
intellectus nostri ut dictum est. hec autem sunt separata. sed
mathematica sunt abstracta a materia et tamen non sunt excedentia
intellectum nostrum. et ideo in eis est requirenda certissima
ratio. et quia tota natura est circa materiam. ideo iste modus certissime
rationis non pertinet ad naturalem philosophiam. dicit quod forte
propter corpora celestia. quia non habent eodem modo materiam sicut
inferiora. et quia in ista scientia naturali non conuenit iste certissi-
mus modus. ideo in scientia naturali ad cognoscendum
modum conuenientem illi scientie. primo perscrutandum est quid
sit natura. sic enim manifestum erit de quibus est scientia naturalis.
et iterum considerandum est utrum unius scientie scilicet naturalis
sit omnes causas et principia considerare. aut
sit diuersarum scientiarum. sic enim poterit scire quis modus
demonstrandi conueniat naturali. et
hunc modum ipse obseruat in secundo
physicorum ut patet diligenter consideranti. [illegible]

Necesse est ad scientiam etc. **Textus lib.**
Postquam philosophus in secundo libro ostendit modum considerande
ueritatis. hic procedit ad ueritatis conside-
rationem. et primo procedit modo disputatiuo ostendens ea que
sunt dubitabilia circa rerum ueritatem. secundo incipit de-
terminare ueritatem. et hoc in quarto libro. qui incipit ibi. Est
scientia quedam que speculatur ens. prima autem pars diuiditur in partes
duas. in prima dicit de quo est intentio. secunda exequitur propo-
situm ibi. Est autem dubitatio prima quod etc. circa primum duo
facit. primo dicit de quo est intentio. secundo rationem assignat sue
intentionis ibi. Inest autem inuestigare uolentibus etc. dicit
ergo primo quod ad hanc scientiam quam querimus de primis
principiis et uniuersali ueritate rerum necesse est ut primum ag-
grediamur ea de quibus oportet dubitare antequam ueritas
determinetur. sunt autem huiusmodi dubitabilia propter duas rationes
uel quia antiqui philosophi aliter susceperunt opinionem de eis
quam rei ueritas habeat. uel quia omnino pretermiserunt
de huiusmodi considerare. Deinde cum dicit. Inest autem inuesti-
gare uolentibus etc. assignat quatuor rationes sue in-
tentionis. et prima dicit quod uolentibus inuestigare ueritatem
contingit prae opere idest ante opus bene dubitare idest bene attingere
ea que sunt dubitabilia. et hoc ideo quia posterior inuest-
igatio ueritatis nichil est aliud quam solutio prius dubitatorum.
manifestum est autem in solutione corporalium ligaminum quod ille qui
ignorat uinculum non potest soluere ipsum. dubitatio autem
de aliqua re hoc modo se habet ad mentem sicut uinculum corporale ad
corpus et eundem effectum demonstrat. in quantum enim aliquis dub-
itat in tantum patitur aliquid simile hiis qui sunt ligati stricte. sicut enim
ille qui habet pedes ligatos non potest in anteriora procedere secundum uiam
corporalem. ita ille qui dubitat quasi habens mentem ligatam
non potest ad anteriora procedere secundum uiam speculationis. et
ideo sicut ille qui uult soluere uinculum corporale oportet
quod prius inspiciat uinculum et modum ligationis
ita ille qui uult soluere dubitationem oportet quod prius
speculetur omnes difficultates et causas earum. Secundam rationem
ponit ibi. et quia querentes etc. et dicit quod
illi qui uolunt inquirere ueritatem non considerando prius
dubitationem. assimilantur illis qui nesciunt quo uadant.
et hoc ideo quia sicut terminus uie est id quod intenditur ab ambulante
ita exclusio dubitationis est finis qui intenditur ab in-
quirente ueritatem. manifestum est autem quod ille qui nescit
quo uadat non potest directe ire. nisi forte a casu
ergo nec aliquis potest directe inquirere ueritatem nisi prius uideat
ad dubitationem. Tertiam rationem ponit ibi. et ad hec etc.
et dicit quod ex hoc quod aliquis nescit quo uadat sequitur
quod quando peruenit ad locum quem intendebat quia ne-
scit utrum ille sit locus. nescit utrum debeat quiescere
uel ulterius eundo. ita etiam qui aliquis non precognoscit dubita-
tionem cuius solutio est finis inquisitionis non potest scire quando
inuenit ueritatem inquisitam. et quando non.

1ᵃ ro
vel questionum

quia nesciat finem sive inquisitionis quem manifestum est ei
qui primo dubitationem cognovit. Tertiam rationem ponit ibi.
amplius et cetera. que sumitur ex parte auditoris. auditorem non
oportet iudicare de auditis sicut et in iudiciis nullus potest bene
iudicare nisi audiat rationes utriusque partis. Ita necesse est
eum. qui debet audire philosophiam quod melius se habeat in
iudicando si audierit omnes rationes quasi adversariorum
et dubitantium. Est autem attendendum quod iste has rationes
consuevit aristoteles facere in omnibus libris suis ut in quibusdam
communibus inventis vel terminationibus premittere dubitationes emergentes.
sed in aliis libris singulatim ad singulas determinationes premittit dubitationes. premittit autem sic hic omnes
dubitationes et postea secundum ordinem debitum determinat
veritatem. cuius ratio est quia alie scientie considerant particulare
de veritate. unde et particulares ad eas pertinet etiam singulas veritates dubitare. sed ista scientia sicut habet universalem
considerationem de veritate ita et ad eam pertinet universalem
dubitationem de veritate et ideo non particularem. sed similiter premittit. pertinet
et alia est ratio. quia dubitationes que tangit hic
sunt ille de quibus philosophi opinati sunt. non autem eodem ordine
iste procedit ad inquisitionem veritatis et alii philosophi.
Iste enim incipit a sensibilibus et manifestis et procedit
ad separata ut patet in vii. alii vero intelligibilia et abstracta
voluerunt sensibilibus applicare. unde quia non erat eodem ordine
determinaturus quo ordine processerunt alii philosophi.
ex quorum opinionibus dubitationes sequuntur. ideo prelegit
prius ponere dubitationes omnes seorsum. et postea suo
ordine dubitationes determinare. Causam rationis assignat
autem dicens. hic est iste arte disputativa. hec scientia ad logicam
que tangitur in i. topicorum. et ideo dyalectica disputatione.

Exponit quasi partem primam huius scientie
Est autem dubitatio prima quidem et cetera. Secundum ea que
predixit philosophus incipit hic premittere dubitationes determinationi veritatis. et dividitur in partes duas. In prima ponit dubitationes
huius. circa dubitationem. inducendo rationes ad singulas
dubitationes ibi: primum igitur de quibus ipse diximus et cetera.
dictum est autem in prohemio libro quod pertinet ad querere modos
scientie. quam ipsam scientiam et ideo prius ponit dubitationes
pertinentes ad modos considerationis huius scientie. secundo opponit
dubitationes pertinentes. ad primam partem de quibus
est ista scientia ut in prohemio libro dictum est. et hoc ibi. et utrum
principia et elementa et cetera. ad modos autem scientie duo pertinent
ut in prohemio dictum est. scilicet consideratio causarum ex quibus scientia
demonstrat et etiam res de quibus. scientia considerat.
unde et primo duo facit. primo movet dubitationem pertinentem
ad considerationem causarum. secundo movet dubitationes
pertinentes ad ea de quibus. considerat hec scientia. id est
et utrum substantie principia primo et cetera. dicit igitur primo quod prima dubitatio
est que dubitatio pertinet in nostro primo libro. qui est

quasi prohemium ad totam scientiam. scilicet utrum considerare
causas sit unius vel plurium scientiarum. causas pertineat ad unam scientiam
aut ad multas et diversas et hoc est querere utrum unius
scientie. et precipue huius sit determinare ex omnibus causis
vel magis diverse scientie. ex diversis causis determinent.
Secundo cum dicit. et utrum substantie et principia et cetera.
movet dubitationes de hiis de quibus considerat ista scientia
et primo inquirit de quibus considerat ista scientia.
sicut de substantiis. secundo de quibus considerat sicut de accidentibus
ibi. et utrum est solum substantiis et cetera. circa primum duo facit. primo
multiplicat questiones ex parte ipsius scientie. que est de
substantia. secundo ex parte ipsarum substantiarum ibi. et hec idem quorum
et cetera. circa primum ponit tres questiones. scilicet primo. non ex hiis
que tacta sunt in libro dicta sunt. quod ista scientia considerat prima
principia. primo quod hec erit utrum ad hanc scientiam solum pertineat
cognoscere prima principia substantie. aut etiam ad hanc scientiam
pertineat considerare de primis principiis demonstrationis.
ex quibus omnes scientie demonstrant ut puta quia hec
scientia consideret utrum contingat unum affirmare
et negare. vel non. et eodem de aliis demonstrationis
principiis primis et per se notis. Secunda questio est si
ista scientia est consideratio substantie sicut primum entis
utrum sit una substantia considerans omnes substantias
vel sint plures scientie de diversis substantiis. videtur enim secundum primam
aliquam quod de pluribus substantiis debeant esse plures
scientie. Tertia questio est. si sunt plures scientie de pluribus substantiis
utrum omnes sint cognate. id est unius generis sicut geometria
et arismetica. sunt in genere mathematice scientie. vel
non sint unius generis. sed quedam earum sunt in genere sapientie
quedam vero in aliquo alio genere puta in genere scientie naturalis vel
mathematice. videtur enim secundum primum aspectum quod non sint unius
generis cum substantie materiales et immateriales non eodem modo cognoscantur.
Deinde cum dicit. est autem et hoc idem quorum
et cetera. multiplicat questiones ex parte substantie et ponit duas
questiones. quarum prima est utrum dicendum sit quod sint solum
substantie sensibiles ut antiqui naturales posuerunt. vel preter
substantias sensibiles. sunt alie substantie immateriales et intelligibiles
ut posuit plato. Secunda questio est si sunt alie substantie separate
a sensibilibus. utrum sint unius. id est unius generis
tantum aut sint plura genera talium substantiarum sicut quidam
attendentes duplicem abstractionem. scilicet universalis a particulari
et formarum mathematicarum a materia sensibili. posuerunt utrumque
genus substantie et ita ponebant species separatas que sunt
universalia abstracta subsistentia mediaque et substantias sensibiles
particulares posuerunt mathematicas subsistentias separatas.
numeros magnitudines et figuras. de istis igitur questionibus
sicut nunc movetur per scrutandum est inferius. per quod disputando
et demum determinando veritatem. Deinde
cum dicit. et utrum est solum substantias et cetera. inquirit utrum consi

racio huius scientie sit de accidentibus / et ponit tres questiones quarum prima est utrum speculatio huius scientie sit solum circa substantias vel hoc quod dicit philosophia secunda / aut circa ea que per se substantiis accidunt eo quod ad eandem scientiam pertinere videtur ut consideret substantiam et per se accidentia substantie. (S)ecunda questio est utrum hec scientia considerat de quibusdam que videntur esse per se accidentia entis et consequi omnia entia scilicet de eodem et diverso simili et dissimili et de contrarietate et de priore et posteriore et omnibus aliis huiusmodi de quibus dyaletici tractant qui habent considerationem de omnibus. sed tamen de hiis pertractant non ex veris sed ex probabilibus. Ex una enim parte videtur quod cum sint communia videntur pertinere ad philosophum primum. Ex alia parte videtur quod ex quo dyaletici ista considerant quorum est ex probabilibus procedere quod non pertineant ad considerationem philosophi cuius est demonstrare. (T)ercia questio est cum ad ista communia accidentis quedam per se consequuntur / videtur ad philosophum pertinere circa unumquodque horum solum considerare quid est aut et illa que consequuntur ad ipsa puta utrum unum uni sit contrarium.

(E)t utrum principia et elementa etc. Postquam philosophus movit questiones pertinentes ad modum considerandi huius scientie. hic movet questiones pertinentes ad res de quibus ista scientia considerat / et quia ista scientia considerat de principiis primis ut supra dictum est. primo movet hic questiones de principiis rerum / prima autem rerum principia ponebant et species et mathematica / unde primo movet questiones pertinentes ad species / secundo questiones pertinentes ad mathematica ibi: ad hec autem utrum unum et longitudines etc. circa primum duo facit. primo querit que sunt principia. (S)ecundo qualia sint ibi: amplius autem utrum principia. primo autem sic determinata etc. quia antiqui principia ponebant ultima separata / primo querit utrum ultima sint principia. secundo utrum res separate sint principia ibi: maxime autem querendum est etc. circa primum ponit duas speciales questiones quarum prima est utrum genera sint principia et elementa rerum. aut ea inquibus sunt ultima dividuntur quorum singulare existunt. et ratio huius dubitationis est quia elementum est ex quo primo componitur res et in quod ultimo dividitur. invenimus autem duplicem modum compositionis et divisionis unum scilicet secundum quod res resolvuntur in genera et secundum hoc videntur genera esse principia et elementa ut platonici posuerunt. alio modo secundum naturam sicut corpora naturalia componuntur ex igne aere aqua et terra et in hec resolvuntur que naturales posuerunt esse prima principia et elementa. (S)ecunda questio est supposito quod genera sint principia rerum utrum principia sint ultima ultima dicta de individuis scilicet species specialissime que genera appellat secundum platonicorum consuetudinem qui ponebant ideas platonicas individua / hec genera species plures aut magis sunt principia prima genera. generalissima ut puta animal sit magis principium / vel etiam ar. id est homo / quia est principium quantum secundum platonicos et magis videtur existere quod sint generare. Oritur autem hec dubitatio propter duas divisiones rerum quarum una est secundum quod genera dividuntur in species. alia non est secundum quod species resolvuntur in genera. scilicet in ultima principia et elementa in componendo. (D)einde cum dicit: maxime non querendum est etc. querit de principiis extra separatis / et movet tres questiones quarum prima est cum principia naturales posuerunt solum causam materialem / utrum aliquid preter materiam sit causa per se aut non. (S)ecunda questio est supposito quod aliquid preter materiam sit causa / utrum hoc sit separabile a materia sicut posuit plato. aut non sicut posuit pittagoras. (T)ercia questio est si est aliquid separabile a materia / utrum sit unum tantum sicut posuit anaxagoras / aut plura unio sicut posuit plato et questio ar. (Q)uarta questio est utrum sit aliquid preter sinolon. id est sic totum aut nichil aut in quibusdam sit aliquid et in quibusdam non et qualia sunt in quibus sit et qualia in quibus non. Exponit autem quid sit sinolon. scilicet sic totum scilicet quando predicatur de materia. ad cuius intellectum considerandum est quod plato posuit hominem et equum et ea que sic predicantur esse quasdam formas separatas. post et homo predicatur de sorte et platone quod in sensibilibus participat formam separatam scilicet hominem. platonici dicunt sinolon id est sic totum quia continetur per hoc quod materia participat formam separatam / et est quasi quoddam per se actum de materia / querit ergo philosophus hic utrum quod est individuum sit aliquid preter ipsum individuum vel non / aut in quibusdam est aliquid / et in quibusdam non aliud / quod quidem questionem philosophus determinabit inferius.

(D)einde cum dicit: amplius autem utrum principia etc. movet questiones circa modum essendi principia. et quia ens dividitur per unum et multa et per actum et potentiam. primo querit quid sunt principia per unitatem et multitudinem. secundo quid sunt per actum et potentiam ibi: et utrum autem actu. circa primum movet iiii questiones quarum prima est utrum principia sint determinata secundum numerum aut secundum speciem puta quod dicimus ea esse principia naturalia potest intelligi scilicet quia sunt determinata secundum numerum ita scilicet quod sola una numero forma sit principium nature / et sola una numero materia et privatio. vel potest intelligi quod sint determinata secundum speciem ita scilicet quod sint multa principia. nulla que continentur in specie principii et sic de aliis et quia quidam philosophorum assignabant causas formales sicut platonici.

Eiusdem et solam causam materialem sicut antiqui naturales. addit quod ista quaestio habet locum et in causis formalibus et in aliis, id est in causis materialibus. Secunda quaestio est utrum corruptibilium et incorruptibilium sint eadem principia an diversa. et si sunt diversa utrum omnia incorruptibilia vel corruptibilium principia sint corruptibilia, incorruptibilium incorruptibilia. Tertia quaestio est utrum unum et ens significent ipsam substantiam rerum et non ad aliquid additum, sed substantiam rerum sicut dicebant Pictagorici et Plato, vel non significent ipsam rerum substantiam sed sit aliquid ab ipsis unitati et entitati, scilicet ignis sive aer aut aliquid huiusmodi ut antiqui naturales posuerunt. hanc autem quaestionem dicit esse difficillimam et maxime dubitabilem, quia ex ista quaestione dependebat tota opinio Platonis et Pictagore qui ponebant numeros esse substantias rerum. Quarta quaestio est utrum principia rerum sint sicut universalia quaedam vel sint aliqua singularia, id est utrum ea quae ponuntur principia habeant rationem principii secundum rationem universalem vel secundum quod unumquodque eorum est aliquid et singulare. Secundo cum dicit et potestate aut actu, quaerit utrum principia sint secundum potentiam vel secundum actum. et hoc quod maxime videtur pertinere ad principia naturalia, potest enim esse dubium utrum primum materiale principium sit aliquod corpus in actu ut ignis aut aer ut antiqui naturales posuerunt vel aliquid existens in potentia tantum ut Plato posuit. et quia motus est actus existentis in potentia et est quoddam medium inter potentiam et actum, ideo adiungit aliam quaestionem scilicet utrum principia sint causae rerum solum secundum motum sicut naturales posuerunt sola principia motus vel materialia vel efficientia, aut etiam sint principia aliter quam per motum sicut Plato posuit per quandam participationem sensibilia ad immaterialia causari. has autem quaestiones ideo se movisse dicit quod magnam dubitationem habent ut patet ex discordia philosophorum circa eas. Tertio cum dicit ad haec autem utrum numeri movet quaestiones pertinentes ad mathematica, quae quidam principia rerum posuerunt. et movet duas quaestiones, quarum prima est utrum numeri et longitudines et figurae et puncta sint quaedam substantiae ut Pictagorici et Platonici posuerunt vel non sicut posuerunt naturales. Secunda quaestio est si sunt substantiae utrum sint separatae a sensibilibus ut posuerunt Platonici aut sint in sensibilibus ut posuerunt Pictagorici. movet autem istas quaestiones tamquam disputandas et determinandas, quia in his non solum difficile est invenire veritatem, sed etiam non est facile bene dubitare de eis inveniendo scilicet probabiles dubitationes rationes.

Primum igitur de quibus in primis diximus et cetera.

Postquam philosophus movit quaestiones quae faciunt dubitationem in ista scientia, hic incipit de eis disputare. et dividitur in tres. In prima disputat de quaestionibus pertinentibus ad considerationem huius scientiae. In secunda de quaestionibus pertinentibus ad substantias ibi: Amplius autem utrum sensibiles substantiae et cetera. In tertia parte de quaestionibus pertinentibus ad principia substantiarum ibi: Et de principiis utrum oporteat genera et cetera. Circa primum tria facit. Primo enim disputat de consideratione huius scientiae quantum ad causas per quas demonstratur. Secundo quantum ad principia demonstrationis ibi: At vero de principiis demonstrativis. Tertio quantum ad ipsas substantias ibi: Totaliterque substantiarum utrum una est et cetera. Circa primum duo facit. Primo enim resumit quaestionem de qua disputare intendit continuans ex ipso enumerationis ordine et primo disputandum est de illis de quibus prius dictum est in enumeratione quaestionum, scilicet utrum scilicet ad unam scientiam vel ad plures pertineat speculari omnia genera causarum, ut sic etiam disputationis ordo ordini quaestionum motarum respondeat. Secundo ibi: Unius namque scientiae et cetera ponit rationes ad quaestionem. et circa hoc tria facit. Primo enim ponit rationes ad ostendendum quod omnia genera causarum considerare non pertineat ad unam scientiam. Secundo movet aliam quaestionem supposito quod ad diversas scientias pertineat considerare genera causarum, cui autem earum consideratio pertineat ad philosophum primum, et disputat ad diversas quaestionis partes et hoc ibi: At vero si scientiae causarum sunt plures et cetera. Tertio ex hac disputatione concludit solutionem primarum quaestionum ibi: Quare iuste videtur omnium esse scientiam et cetera. Circa primum ponit duas rationes dicens quod cum unius scientiae sit considerare contraria, quomodo erit unius scientiae considerare principia, cum non sint contraria. quae quidem ratio si formetur, consideretur non videtur esse necessaria, videtur enim procedere ex destructione antecedentis, ac si sic argumentaretur: si principia sunt contraria sunt unius scientiae. ergo si non sunt contraria non sunt unius scientiae. possibile igitur dicere quod philosophus in his disputationibus non solum probabilibus rationibus utitur, sed et interdum sophisticas ponens rationes quae ab aliis inducebantur. sed non videtur esse rationabile quod in tantis quaestionibus tantus philosophus frivolas et penitus apparentes rationes induxerit. unde aliter dicendum est quod si quis recte consideret, diversorum quae ad eandem scientiam pertinent quaedam pertinent ad unam scientiam secundum suam diversitatem, quaedam vero ideo quod reducuntur in aliquod unum. multa quidem alia diversa inveniuntur pertinere ad unam scientiam secundum quod reducuntur ad aliquod unum, puta ad unum totum vel ad unam causam vel ad unum subiectum. sed

contraria et quecumque opposita pertinent ad unam scientiam secundum se ipsa, eo quod unum est ratio cognoscendi alterum. Et ex hoc efficitur ista ratio probabilis, quod omnia contraria que sunt contraria pertineant ad unam scientiam. Unde scilicet principia sunt contraria, et non sunt contraria, quod non pertineant ad unam scientiam. Secundam rationem ponit ibi: amplius autem et multis existentibus. Et est que talis est: diversorum pertinentium ad unam scientiam quecumque scientia considerat unum considerat et aliud, sicut patet in magistris quorum diversitas secundum se pertinet ad unam scientiam, non per reductionem ad aliquod unum. Sed non quecumque scientia considerat unam causam considerat omnes causas. Ergo consideratio omnium causarum non pertinet ad unam scientiam. Minorem probat per hoc quod diverse scientie sunt de diversis entibus, et multa existentia sunt quibus non possumus attribuere omnes causas. Et primo manifestat hoc de ea que dicitur unde principium motus. Non enim videtur quod possit esse principium motus in rebus immobilibus. Ponuntur autem quedam entia immobilia, et precipue secundum Platonicos ponentes numeros et species separatas. Unde si qua scientia de his considerat, non potest considerare de causa que est unde principium motus. Secundo manifestat idem de causa finali que habet rationem boni. Bonum enim non videtur posse inveniri in rebus immobilibus, si hoc concedatur quod omne quod est bonum secundum se et propter suam naturam est finis, et hoc modo causa, quia propter ipsum et causa eius alia fiunt et sunt. Dicit autem quod est bonum secundum se et propter suam naturam ad excludendum bonum utile, quod non dicitur de fine sed magis de eo quod est ad finem. Unde que sic solum dicuntur bona tamquam utilia ad aliquid non sunt bona secundum se et propter suam naturam, sicut potio amara non est secundum se bona, sed solum secundum quod ordinatur ad finem sanitatis, que est secundum se bona. Finis autem et cuius causa fit aliquid videtur esse terminus alicuius actus, et omnes actiones videntur esse cum motu. Ergo videtur sequi quod in rebus immobilibus non possit esse hoc principium, scilicet causa finalis que habet rationem boni; et quia que sunt per se existentia absque materia, videtur esse quod sunt immobilia. Ideo non videtur esse possibile quod sit aliquid autoagathon, idest per se bonum, ut Plato ponebat, scilicet aliqua substantia immobilia et non participata, quam vocabat per se bonum, sicut ideam hominis vocabat per se hominem, quasi non participatum in materia. Unde et per se bonum dicebat id quod est sua bonitas non participata, scilicet primum principium omnium. Et ad huius rationis confirmationem inducit quoddam signum, ex hoc scilicet quod finis non potest esse in rebus immobilibus. Videmus quod in scientiis mathematicis, que abstrahunt a materia et motu, nihil probatur per hanc causam, sicut probatur in scientia naturali, que est de rebus mobilibus

ad propositum bonum, sicut cum assignaverit causam quare homo habet manus, quia per eas melius potest exequi conceptiones rationis. In mathematicis autem nulla demonstratio fit hoc modo, quod hoc modo sit, quia melius est sic esse aut deterius si ita non esset, puta si diceretur quod angulus in semicirculo est rectus, quia melius est quod sit rectus quam quod sit acutus vel obtusus, et quod forte possibile erat esse. Alius modus demonstrandi per causam finalem, puta si diceretur sic fuit, ut sit quod est ad finem. Propter hoc ergo videtur quod in nullis mathematicis est hoc. Ex quo autem talium pertinentium ad bonum et ad causam finalem, quidam sophiste ut Aristippus, qui fuit de secta Epicureorum, omnino neglexit demonstrationes que sunt per causas finales, reputans eas viles, ex hoc quod in artibus illiberalibus, sicut in mechanicis, ut in arte textoria vel coriaria, omnes rationes assignantur ex hoc quod est aliquid melius vel deterius. In mathematicis vero, que sunt nobilissime et certissime scientie, nulla fit mentio de bonis et malis. Deinde cum dicit at vero si scientia etc. hic ponit aliam questionem et primo ponit eam, et habet duas partes. Prima videlicet pars questionis est, si diverse cause considerentur a pluribus scientiis, ita quod alia scientia sit alicuius cause considerativa, que illarum dicenda sit scientia que queritur, idest philosophia prima, utrum scilicet illa que considerat causam formalem, aut que considerat causam finalem, vel que considerat aliquam aliarum. Secunda pars questionis est, si alique res sunt que habent plures causas, quis maxime cognoscit rem illam eorum qui considerant diversas causas. Secundo cum dicit contingit enim eidem etc. manifestat secundam partem questionis per hoc quod una et eadem res invenitur que habet omnes modos causarum, sicut domus causa unde principium motus est ars et edificator; id vero cuius causa vel finis causa domus est operatio, idest usus eius, qui est habitatio; causa vero sicut materia est terra ex qua fiunt lateres et lapides; causa vero sicut species vel forma est ipsa ratio domus, quam artifex preconceptam in mente in materia ponit. Tertio ibi ex prius determinatis etc. resumit questionem, scilicet quam dictarum scientiarum possumus vocare sapientiam secundum ea que prius de sapientia determinavimus in prohemio huius libri, scilicet utrum illa que considerat causam formalem, vel que considerat causam finalem, vel aliquam aliarum causarum. Et ponit tres rationes ad singulas tres causas dictas, quia ratione quadam unaquaeque de qualibet scientia, idest que est per aliquam causam, quod appelletur nomine sapientie. Et primo quantum ad scientiam que est per causam finalem. Dictum est enim in prohemio huius, quod illa scientia que sapientia dicitur est maxime principalis et ordinatrix aliarum, que

subiectorum, sic ergo ipsa sapientia est senior, id est prior ordine dignitatis et principalior. Quasi autem ordinata aliis, quasi non est iustum quod aliae scientiae contradicant ei, sed ab ea accipiant sua principia sicut ei subiectae. Videtur quod illa scientia quae est finis et boni, id est quae perscrutatur causam finalem, sit talis quae sit digna nomine sapientiae. Et hoc ideo quia omnia alia sunt propter finem: unde finis est quodammodo causa omnium aliarum causarum, et sic scientia quae perscrutatur causam finalem est principalior. Cuius signum est quod artes illae ad quas pertinent fines principantur et praecipiunt aliis artibus, sicut gubernatoria navifactivae. Unde si sapientia est principalis et praeceptiva respectu aliarum, videtur quod perscrutetur causam finalem. Secundo movet rationem de causa formali. Dictum est enim in prohemio libri quod sapientia est primarum causarum et eius quod est maxime scibile et quod est maxime certa, et hoc videtur quod sit ille per causam formalem. Quia inter diversos modos sciendi magis dicimus scire illum qui scit aliquid esse quam qui scit aliquid non esse. Unde et in Posterioribus probat quod demonstratio affirmativa est potior quam negativa. Inter eos etiam qui sciunt aliquid affirmare, unum alio magis dicimus scire. Sed inter omnes maxime dicimus scire illum qui cognoscit quid est res, non autem eum qui scit quanta est vel qualis et quid possit facere vel pati. Sic ergo in cognoscendo ipsam rem absolute perfectissimum est scire quid est res, quod est scire substantiam rei. Sed etiam in aliis cognoscendis, puta proprietatibus, tunc magis dicimus scire singula de quibus sunt demonstrationes, quando etiam de ipsis accidentibus vel proprietatibus scimus quod quid est, quia quod quid est non solum invenitur in substantiis sed etiam in accidentibus. Sicut quando scimus, et ponit exemplum de tetragonismo, id est de quadratura superficiei equidistantis laterum non quadratae, quod quadrare dicitur cum invenitur quadratum ei equale. Cum enim omnis superficies equidistantium laterum et rectorum angulorum ex duabus lineis contineatur quae rectum continent angulum, ita quod tota talis superficies nihil est aliud quam ductus unius earum in aliam, tunc invenimus quadratum equale superficiei predictae quando invenimus lineam quae sit media proportione inter duas lineas predictas, puta si linea a ad lineam b se habeat sicut linea b ad lineam c, quadratum lineae b est equale superficiei quae continetur sub c et a, ut probatur in vi. Euclidis, et apparet manifeste in numeris. Sex enim est medium in proportione inter ix et iiii. ix enim se habent ad sex in sesquialtera proportione et sex ad iiii. Quadratum autem senarii est xxxvi, quod etiam perficitur ex ductu quaternarii in novenarium. Quater enim ix sunt xxxvi. Et simile est in omnibus aliis. Tertio ponit rationem de causa movente. Videtur enim quod circa generationes et actiones et circa omnem transmutationem maxime dicimus nos scire cum cognoscimus principium motus, eo quod motus non est aliud quam actus mobilis a movente, ut dicitur in iii. Physicorum. Pertinet ergo de causa iii. quod illa imperfectissime se habet ad hoc quod sit principium cognoscendi: non enim cognoscitur per id quod est in potentia sed per id quod est in actu, ut dicitur in ix. Deinde. Huius ergo positis ad sextam quaestionem pertinentibus inducit conclusionem ex eis eandem rationibus supra positis, ad primam quaestionem, scilicet quod alterius scientiae sit considerare omnes istas causas, eo quod in diversis rebus diversae causae inveniuntur habere principalitatem, scilicet in mobilibus principium motus, in stabilibus quod quid est, finis in his quae ordinantur ad finem. Huius autem quaestionis veritas in sequentibus solutione non invenitur. Potest tamen eius solutio ex his quae ipse inferius in diversis locis determinat colligi. Determinat enim in quarto quod ista scientia principaliter considerat ens inquantum est ens. Unde et ipsius est considerare primas substantias, non autem scientiae naturalis, quia supra genus mobile sunt. Omnis autem substantia vel est ens per se ipsam, si sit forma tantum, vel si sit composita ex materia et forma, est ens per suam formam. Unde inquantum haec scientia est contemplativa entis, considerat maxime causam formalem. Prime autem substantiae non cognoscuntur a nobis ut sciamus de eis quod quid est, ut patet aliqualiter his rationibus quae in ix. determinantur. Et sic in eorum cognitione non habet locum causa formalis. Sed quamvis ipsae sint immobiles secundum se ipsas, sunt tamen causa motus aliarum per modum finis. Et ideo ad hanc scientiam inquantum est considerativa primarum substantiarum praecipue pertinet considerare causam finalem et aliqualiter etiam causam moventem. Causam autem materialem secundum se ipsam nullo modo, quia materia non est competens causa entis, sed alicuius determinati generis, scilicet substantiae mobilis. Tales autem causae pertinent ad considerationem particularium scientiarum, nisi forte considerentur ad hanc scientiam inquantum continentur sub ente. Sic enim ad omnia suam considerationem extendit. Huius autem rationes inductas facile est solvere. Secundo, non est pluribus diversas causas ad hanc scientiam pertinere unam existere, sed non sic contraria, quia reducuntur ad unum, scilicet ad ens commune, sicut dictum est supra, etiam non pluribus, et si non quaelibet scientia considerat omnes causas, quin aliqua scientia possit considerare omnes vel plures earum et inquantum

reducuntur ad aliquod unum. Sed specialiter descendit ad id quod est quod in eis pluribus in immobilibus considerari principium motus et finem sive bonum in immobilibus, quae sunt tamen moventia, sicut sunt superiores substantiae, quae neque moventur neque movent, non est consideratio principii motus neque finis secundum rationem finis motus, quamvis possit considerari secundum rationem finis alicuius operationis sine motu, sicut si ponantur esse substantiae intelligentes non moventes ut Platonici posuerunt; cum intellectu enim huiusmodi intellectum et voluntatem oportet ponere finem et bonum quod est obiectum voluntatis. Mathematica autem quae neque moventur neque movent neque hanc voluntatem habent, unde in eis non consideratur bonum sub ratione boni et finis; considerantur tamen in eis id quod est bonum, scilicet esse et quod quid est. Unde falsum est quod in mathematicis non sit bonum, sicut postea in .xiii. probat. Ad quaestionem non [illegible], quia ad hanc scientiam pertinet consideratio quatuor causarum de quibus rationes induxit.

Lectio v. De principiis demonstrationis etc.

Postquam disputavit de prima quaestione quae est de consideratione causarum, hic incipit disputare de consideratione principiorum demonstrationis ad quam scientiam pertineant. Et circa hoc tria facit. Primo movet quaestionem. Secundo disputat ad unam partem, ibi, Unius igitur esse etc. Tertio disputat ad aliam partem, ibi, At vero si alia etc. Dicit ergo primo quod dubitatio est de principiis demonstrationis, utrum considerare de eis pertineat ad unam scientiam vel ad plures. Et exponit quae sint demonstrativa principia, et dicit quod demonstrationis principia sunt communes conceptiones omnium ex quibus procedunt omnes demonstrationes, inquantum scilicet singula principia propria demonstrationum habent firmitatem virtute horum principiorum communium. Et exemplificat de principiis maxime primis, sicut quod necesse est de unoquoque aut affirmare aut negare; et aliud principium est quod impossibile est idem simul esse et non esse. Est ergo quaestio utrum haec principia et similia pertineant ad unam scientiam vel ad plures; et si ad unam, utrum pertineat ad scientiam quae est consideratrix substantiae vel ad aliam; et si ad aliam, quam earum oporteat nominare sapientiam, idest philosophiam primam quam nunc quaerimus. Deinde cum dicit Unius igitur etc., obicit ad unam partem quaestionis, scilicet ad ostendendum quod non est unius scientiae considerare principia demonstrationis. Et circa hoc ponit duas rationes, quarum prima talis est. Cum omnes scientiae utantur praedictis principiis demonstrationis, nulla ratio esse videtur quare magis pertineant ad unam quam ad aliam. Nec est verisimile

quod eorum consideratio pertineat ad omnem scientiam, quia sic sequeretur quod idem tractaretur in diversis scientiis, quod esset superfluum. Videtur ergo relinqui quod nulla scientia considerat de istis principiis, et per consequens quod non pertinet ad aliquam aliarum scientiarum tradere cognitionem de his demonstrativis principiis. Secundum autem eandem rationem non pertinet ad scientiam cuius est considerare de substantia. Secundam rationem ponit ibi, Similiter autem et quomodo erit etc., quae talis est. Duplex est modus quo de aliquibus est cognitio. Unus modus secundum quod cognoscitur quid est; alio modo secundum quod cognitio per demonstrationem acquiritur. Primo autem modo non pertinet ad aliquam scientiam tradere cognitionem de principiis demonstrationis, quia talis cognitio principiorum praesupponitur ante omnes scientias; quid enim unumquodque horum existens et nunc nominamus, idest statim a principio cognoscimus quid significet unum horum principiorum per quorum cognitionem statim ipsa principia cognoscuntur. Et quia talis cognitio principiorum inest nobis statim, ideo concludit quod omnes artes et scientiae quae sunt de quibuscumque aliis cognoscitivis utuntur praedictis principiis tamquam notis. Secundo autem modo plane patet quod principiorum cognitio non traditur in aliqua scientia per demonstrationem, quia si esset aliqua demonstratio de eis, oporteret aliquid esse commune principiis, scilicet genus subiectum, passiones et dignitates; et ad hoc manifestandum subdit quod impossibile est de omnibus esse demonstrationem. Non enim demonstrantur subiecta sed passiones de subiectis. Non autem praecognoscuntur, ut dicitur in libro Posteriorum. Et hoc ideo quia necesse est demonstrationem esse ex aliquibus sicut ex principiis, quae sunt dignitates, et circa aliquod quod est subiectum, et aliquorum quae sunt passiones. Ex his autem statim manifestum est ex uno horum, quod dignitates non demonstrantur, quia oporteret quod haberent aliquas dignitates priores, quod est impossibile. Unde praemisso secundo modo procedendi, talis manifeste procedit ex parte subiecti. Cum enim una scientia sit unius generis subiecti, oportet quod illa scientia quae demonstrat dignitates habeat unum subiectum. Et sic oportet quod omnium scientiarum demonstrativarum esset unum genus subiectum, quia omnes scientiae demonstrative utuntur his demonstrationibus. Deinde cum dicit At vero si alia etc., obicit ad aliam partem, scilicet si dicatur quod alia scientia sit quae est de his principiis tamquam quae est de ista, remanebit dubium quae istarum sit principalior et prior. Ex una enim parte dignitates sunt maxime universales et principia omnium quae continentur in quibuscumque scientiis. Et sic videtur quod scientia quae est de his principiis sit principalissima. Ex alia vero parte, cum substantia sit primum et principale ens, manifestum est quod prima philosophia est scientia substantiae. Et si non est eadem scientia substantiae et dignitatum, non erit de facili

dic cuius alterius sit considerare unitatem et similitudinem
cum dignitatibus, si non est primi philosophi qui considerat substantiam.
hunc autem quaestionem determinat philosophus in quarto huius et dicit quod
ad philosophum primum pertinet consideratio dignitatum mathematice.
ad ipsum pertinet consideratio entis inquantum ens. ad quod per se
pertinet huiusmodi principia prima ut maxime apparet in eo quod
est maxime primum principium. scilicet quod impossibile est idem esse et non esse.
Unde omnes scientie particulares utuntur huiusmodi principiis
sicut utuntur quod ente et tamen principaliter considerat philosophus primus
et physicus solutiones eorum primum. [illegible] et non solum physicus quod
philosophus non considerat huiusmodi principia tamquam faciens ea
sare diffiniendo vel absolute demonstrando sed solum elenchice
vel contradicendo disputationem negantibus ea ut
in quarto dicitur.

Totaliter et substantiarum et cetera. Postquam disputavit
duas quaestiones pertinentes ad considerationem huius
scientie. hic disputat tertiam que est de consideratione substantiarum
et accidentium et dividitur in partes duas secundum quod tres duas quaestiones
disputat. Secunda incipit ibi. amplius autem utrum est substantiam
et cetera. circa primum tria facit. primo mouet quaestionem que est utrum omnium
substantiarum sit una scientia an plures scientie considerent diversas
substantias. secundo ibi. siquidem igitur et cetera. obicit ad unam partem
scilicet ad ostendendum quod una scientia sit de omnibus substantiis
quia si non esset una de omnibus non posset assignari
ut videtur cuiusmodi substantie sit considerativa hec scientia
eo quod substantia magis substantia est primum cum unum non videtur quod magis
pertineat ad considerationem prime scientie una substantia
quam alia. Tertio ibi. unam vero non est et cetera. obicit
in contrarium dicens quod non est rationabile ponere unam
esse scientiam omnium substantiarum. sequeretur enim quod esset una scientia
demonstrativa de omnibus per se accidentibus et hoc ideo quod omnis
scientia demonstrativa aliquorum accidentium speculatur
per se accidentia circa aliquod subiectum et hoc ex aliquibus communibus
conceptionibus quia igitur scientia demonstrativa non speculatur
accidentia nisi circa subiectum aliquod sic quod ad eandem scientiam
pertineat considerare aliquod genus subiectum ad quam pertinet
considerare per se accidentia illius generis et e converso dummodo
demonstratio fiat ex eisdem principiis sed quando contingit
quod demonstrare quod ita est per aliqua principia pertinet ad
aliquam scientiam et demonstrare primum ex quibus demonstratur
quod ita est pertinet ad unam scientiam quando quod
ad eandem quando vero ad aliam. ad eandem quando sicut
geometer demonstrat quod triangulus habet tres angulos
equales duobus rectis per hoc quod angulus exterior
trianguli est equalis duobus interioribus sibi oppositis
quod et demonstrare pertinet ad geometriam. ad aliam
vero scientiam sicut musicus probat quod tonus non dividitur
in duo semitonia equalia per hoc quod proportio sexquioctava
octava cum sit superparticularis non potest dividi in duo
equalia. hoc probare non pertinet ad musicam sed

ad arismeticam. sic igitur patet quod quando accidit diversitas
medie per diversitatem principiorum. dum una scientia de
monstrat primum alterius scientie per quedam alia principia.
sed supposita ydemptitate principiorum non potest esse diversitas in
scientiis dummodo non sint eadem accidentia. et idem genus subiectum
quod una scientia considerat subiectum et alia accidentia. unde relinquitur
quod scientia que considerat substantiam considerat et accidentia
ita quod si sunt plures scientie considerantes substantias plures
erunt considerantes accidentia. si vero una sola earum
sit que considerat substantias. una sola erit que con
siderabit accidentia. hoc autem est impossibile quia sic sequeretur unam
esse tantum unam scientiam. cum nulla scientia sit que non
demonstret accidentia de aliquo subiecto non igitur ad unam
scientiam pertinet considerare omnes substantias. Hanc autem quaestionem determinat
in quarto huius ubi ostendit quod ad primam scientiam
ad quam pertinet considerare de ente inquantum est ens
pertinet considerare de substantia inquantum est substantia et sic considerat
omnes substantias secundum communem rationem substantie et propter hoc ad eam pertinet
considerare communia accidentia substantie. particularia vero accidentia
quarundam substantiarum pertinet considerare ad particulares
scientias que de particularibus substantiis sunt. sicut ad scientiam
naturalem pertinet considerare accidentia substantie mobilis. Verumptamen
in substantiis est et ordo [illegible] prime substantie et substantie immateriales
unde et earum consideratio pertinet proprie ad philosophum primum.
sicut si non essent alie substantie priores substantiis mobilibus
corporalibus. scientia naturalis esset philosophia prima ut dicitur in
quarto. Deinde cum dicit amplius autem et cetera. substantias et cetera.
ponit aliam quaestionem de consideratione substantie et accidentis et
circa hoc tria facit. primo mouet quaestionem que est utrum con
sideratio huius scientie sit solum circa substantiam an etiam circa ea que acci
dunt substantiis. puta si dicimus quod linee superficies
et que solida quedam substantie ut quidam posuerunt. Queritur
utrum eiusdem scientie sit considerare ista et per se accidentia horum
que demonstrant scientie mathematice an alterius. Secundo ibi.
adhuc si eiusdem et cetera. Obicit ad unam partem scilicet non eiusdem
scientie est considerare accidentia et substantias cum scientia quod con
siderat accidentia sit demonstrativa accidentium sequeretur
quod scientia que considerat substantiam sit demonstrativa substantie
quod est impossibile tamen diffinitio declarat substantiam que signat
quid est. non demonstratur sic igitur non erit eiusdem
scientie considerare substantias et accidentia. Tertio ibi.
si vero diverse et cetera. Obicit in contrarium. quia si diverse scientie
considerant substantiam et accidentia non erit assignare
que scientia speculetur accidentia circa subiectum quia talis scientia
considerabit utrumque. Cum tamen hoc videatur ad
omnes scientias pertinere. quia omnis scientia considerat
per se accidentia circa subiectum ut dictum est. Hanc autem quaestionem
determinat philosophus in quarto huius. dicens quod ad eandem sci
entiam ad quam pertinet de substantia et ente pertinet et considerare
de per se accidentibus substantie et entis. non tamen sequitur quod eodem modo

considet utrumque .s. determinando scientiam sicut determinat
accidit. Eqz distinguendo scientiam et determinando accidens
inest vel non inest. ut plenius habetur infra nono li.
Amplius autem utrum sole substantie sensibiles et cetera. Postquam dis
putavit phys questiones pertinentes ad considerationem
nem huius scientie. Hic disputat questiones pertinentes ad
ipsas res de quibus principaliter considerat ista scientia. et cir
ca hoc facit .2. primo movet questiones. secundo ostendit unde accipi possunt
rationes ad utramque partem ibi. quod quidem dicunt et cetera. Circa primum obicit
ad partem contrariam ibi. mirum autem multis habitis difficultatem
et cetera. primum movet duas questiones. quarum prima est utrum
in universitate rerum sole substantie sensibiles inveniantur sicut
antiqui naturales dixerunt. aut et inveniantur quedam
alie substantie preter sensibiles sicut posuit plato. Secunda questio est sup
posito quod sint aliqua substantie preter sensibiles. utrum ille substantie sunt
unius generis. aut magis sunt plura genera harum substantiarum
utrorumque .n. opinionem recipit. Quidam .n. posuerunt preter has
sensibiles esse solas species separatas .s. per se hominem similiter
et per se equum et sic de aliis speciebus. alii vero posuerunt quasdam
alias intermedias scilicet inter species et sensibilia .s. mathematica
de quibus dicebant esse mathematicas scientias. et huius ratio est quia
ponebant abstractionem rerum. putat abstractionem intellectus qui
dupliciter abstrahit. Uno modo videlicet capitulari intellectum quam ab
stractionem ponebant species separatas per se subsistentes.
Alio modo considerat quasdam formas sensibiles inquantum .s. dispositione
non per materiam sensibilem. sicut dicimus abstrahere ab aere intellectu
et ponebant mathematica abstracta que dicebant media
inter species et sensibilia. quia conveniunt cum utrisque. cum speciebus quidem
in quantum sunt separata a materia sensibili cum sensibilibus autem quia inveniuntur
plura ex eis in una specie. sicut plures circuli et plures linee.
Deinde cum dicit quod quidem dicunt et cetera. Ostendit quo
ad unam partem argumentari possit et dicit quod hoc dictum
est superius in moribus .i. in primo libro quomodo species ponantur cause
rerum sensibilium. et esse quedam per se subsistentes unde
extrahi que ibi dicta sunt in recitatione opinionis platonis
accipi possunt rationes ad partem affirmativam. Deinde cum dicit
mirum autem multis habitis et cetera obicit ad partem negativam
et primo ad ostendendum quod non sunt species separate a sensibilibus. Secundo ad
ostendendum quod mathematica non sunt separata ibi. Amplius autem si aliquis
preter species et cetera. Dicit ergo quod in primo libro multas rationes po
suit contra ponentes species. et in illis rationibus prefatis ponit
quandam rationem que videtur esse efficacissima et dicit quod cum
sic ponant species separatas multas habeat difficultates id
quod nunc dicetur. non continetur minorem ab hiis dictam
ab aliquo aliorum .s. quod aliquis dicat esse quasdam
naturas preter naturas sensibiles que sub celo continentur. Sed
celum est eiusdem cum sensibilibus. ut supra de celo probatur.
Ponentes autem species non ponebant eas esse inter celum
nec extra ut dicitur de magistro suo phisico. et ideo convenit dicit
quod ponebant quasdam naturas preter eas que sunt in celo. Dice

bant autem quod ipsas naturas esse easdem secundum speciem et rationem. multis sensibilibus
quinimmo dicebant illas naturas esse species horum sensibilium
puta quod homo separatus est humanitas huius hominis
sensibilis. et quod homo sensibilis est homo per participationem illius hominis.
Hunc tamen differentiam ponebant inter ea quod ille naturas
sunt sempiterne. Ista vero sensibilia sunt corruptibilia. et quod
ponent illas naturas easdem. istis patet per hoc quod sunt in istis
sensibilibus inveniuntur. homo equus et sanitas et ita in illis naturis
ponebant hominem per se .i. sine materia sensibili. et similiter equum et
sanitatem et nichil aliud ponebant similiter separatis nisi quod
erat nomen cum sensibilibus que quidem non videtur esse similis positioni po
nentium deos esse humane speciei quam fuit positio epicureorum
ut tullius dicit in libro de natura deorum. sicut .n. illi qui
ponebant deos humane speciei nichil aliud fecerunt quam ponere
homines sempiternos secundum suam naturam ita et illi qui posuerunt
species nichil aliud fecerunt quam quod posuerunt sensibilia sempi
ternas ut equum bovem et similia. Est autem valde absurdum
quod id quod secundum suam naturam est incorruptibile sit eiusdem speciei
cum eo quod est secundum suam naturam corruptibile. quoniam potius corruptibile
et incorruptibile differunt specie ut infra in .x. dicitur in x. huius. potest
tamen contingere quod id quod secundum naturam suam est incorruptibile
sit alterius diversa perpetuo consimile inesse. Deinde cum
dicit. Amplius autem si aliquis preter species et cetera. obicit contra po
nentes mathematica media. inter species et sensibilia. et
primo contra illos qui ponebant mathematica media et a sensibilibus
separata. Secundo contra illos qui ponebant mathematica
media sed in sensibilibus esse. ibi. Sunt autem aliqui qui di
cunt et cetera. Circa primum duo facit. primo ponit rationem
contra primam opinionem. Secundo obicit per ea ibi. At vero
nec sensibilium et cetera. Circa primum obicit tribus rationibus
quarum prima est. quod sic scientia quedam mathematica est circa li
neas et sunt quedam mathematice scientie circa alia .s. circa
et gratia sunt quedam linee preter lineas sensibiles de quibus
geometria tractat. pari quidem ratione in omnibus aliis
que in scientiis de quibus alie scientie mathematice tractant erunt
quedam preter sensibilia. sed hoc ponere dicitur esse inconveniens in duabus
scientiis mathematicis. primo quidem in astrologia que est una
scientiarum mathematicarum cuius subiectum est celum et celestia cor
pora sequeretur quod sit aliud celum preter celum
sensibile et similiter alius sol et alia luna et similiter de aliis
celestibus corporibus. sed hoc est incredibile quod id aliud celum.
Quod quod sit aut mobile aut immobile. sed quod sit
aliquod celum immobile non videtur esse rationale cum maxime
naturale esse celo quod semper moveatur unde et astrologus
ad considerat de motu celi. dicere vero quod celum
sit separatum et sit immobile est impossibile. Ergo quod non separa
tum aliquid preter esse mobile. Secundo cum dicit
ostendit id esse inconveniens in aliis scientiis mathematicis .s. in
perspectiva que considerat lineam visualem. et in armonica
.i. musica que considerat proportiones sonorum audibilium.

impossibile est et hoc esse intermedia inter species et sensibilia quia si
ista sensibilia sunt intermedia scilicet solum et visibilia sequitur
et quod sensus sunt intermedii et cum sensus non sint nisi
in animali sequitur et alia sunt intermedia inter species et cor
ruptibilia quod est omnino absurdum. Secundam rationem
ponit ibi dubitabit autem et cetera que talis est. Si
in istis generibus de quibus sunt scientie mathematice invenitur tertius
gradus entis scilicet sensibilia species et intermedia tunc de
omnibus speciebus et de omnibus sensibilibus inveniantur esse.
Similiter non videtur sequi quod inter quelibet sensibilia et suas
species sint aliqua media unde remanet dubium ad quas
res generaliter se extendant scientie mathematice. Si enim scientia
mathematica puta geometria differt a geodesia
que est scientia de mensuris sensibilibus et hoc solum quia geodesia
est de mensuris sensibilibus geometria non de magnitudine
dicitur non sensibilibus pari ratione preter eam erunt scientie que
non de sensibilibus erunt preter predictam quedam scientie mathematice
de intermediis puta si scientia medicinalis est de corporibus
de sensibilibus erit quedam alia scientia preter scientiam me
dicinalem et preter unam quamque talem scientiam que erit
media inter medicinalem que est de sensibilibus et medicinalem que
est de speciebus sed hoc est impossibile quia cum medicina sit de
salubria vel de sanativa si medicina est media
scientia et sanativa sunt media preter sensibilia sa
nativa et preter autosanum id est per se sanum quod est species
sanativa separata quod est manifeste falsum. Relinquitur ergo
quod iste scientie mathematice non sunt de aliquibus que sunt media
inter sensibilia et species separatas. Tertiam rationem ponit
ibi. Similiter nec hoc tantum et cetera per quam destruit
quod predictum positum ponebatur quod scilicet esset aliqua scientia
de sensibilibus magnitudinibus ut sic si inveniretur alia scientia
de magnitudinibus quod hoc haberet quod essent magnitudines medie
unde dicit quod hoc non est verum quod geodesia sit scientia
sensibilium magnitudinum quia sensibiles magnitudines sunt cor
ruptibiles sequitur ergo quod geodesia esset de magnitudinibus
corruptibilibus sed scientia videtur corrumpi corruptis rebus de
quibus est sedente enim non sedente iam non erit vera opinio
qua opinabar eum sedere sequitur ergo quod geode
sia ut geodesia ut aliis modis habent corruptae cor
ruptis magnitudinibus sensibilibus quod est contra rationem scientie que
est necessariorum et incorruptibilium. Potest tamen hec ratio ad opposi
tum induci ut dicatur quod per hanc rationem intendit pro
bare quod nulle scientie sunt de sensibilibus et ita oportet quod omnes
scientie ut sint de rebus mediis ut sint de speciebus.

Deinde cum dicit Sed nec de sensibilibus et cetera. obicit
contra predictam positionem in hunc modum de ratione scientie est quod sit
verorum sed non esset nisi esset de rebus prout sunt. Oportet
igitur res de quibus sunt scientie tales esse quales traduntur
in scientiis. Sed sensibiles linee non sunt tales quales
dicuntur esse geometre et hoc probat per hoc quod geometre
probat quod circulus tangit regulam id est rectam line
am solum in puncto ut patet in libro euclidis sed hoc a
non invenitur vero in circulo et linea sensibilibus et hac
ratione usus fuit pictagoras destruens certitu
dinem scientiarum contra geometras. Similiter et motus et re
volutiones celestes non sunt tales quales astrologus
tradit videtur enim nature repugnare quod ponantur motus
corporum celestium per eccentricos et epiciclos et
quot divisos motus quos in celo describunt astrolo
gi. Similiter et quantitates corporum celestium non tales sicut
describunt eas astrologi utuntur enim quasi
puncto cum tamen sint corpora magnitudinem haben
tia. Unde videtur quod nec geometria sit de sensibilibus
magnitudinibus nec astrologia de hoc celo sensibili. Re
linquitur ergo quod sunt de aliquibus aliis mediis.

Deinde cum dicit Sunt autem aliqui et cetera. obicit contra dicta
et primo ponit intentum. Secundo inducit rationes ad
propositum ibi non enim irrationabiliter et cetera. dicit ergo primo quod quidam
ponunt esse quasdam naturas medias inter species et sensibilia
et tamen non dicunt ea esse separata a sensibilibus sed quod sunt in
ipsis sensibilibus sicut patet de opinione illorum qui posuerunt
divisiones quasdam per se existentes que penetrant
omnia corpora sensibilia quas quidam dicunt esse locum corporum
sensibilium ut dicitur in quarto physicorum et ideo quoniam hoc
dicit quod prosequi omnia impossibilia que contrariantur ad hanc positionem
maioris est negotii. Sed nunc sufficit aliqua breviter
tangere. Deinde cum dicit non enim irrationabiliter
et cetera. inducit tres rationes contra predictam positionem quarum
prima talis est. Eiusdem rationis esse videtur quod preter sensibilia po
nantur species et mathematica media quia utrumque positum propter abstra
ctionem intellectus. Si ergo ponuntur mathematica esse in sensibilibus
conveniens est quod non solum in se habeant medias sed et quod
species ipse sunt in sensibilibus quod est contra opinionem ponentium
species ponunt enim eas esse separatas et non esse alicubi.
Secundam rationem ponit ibi. Amplius autem et cetera. que talis est.
Si mathematice sunt alia a sensibilibus et tamen sunt in eis cum corpus
sit quoddam mathematicum sequitur quod corpus mathematicum
simul erit in eodem cum corpore sensibili ergo duo solida
id est duo corpora erunt in eodem loco quod est impossibile non
solum de duobus corporibus sensibilibus sed et corpore sensibili et
mathematico quia utrumque habet dimensiones ratione quarum
duo corpora prohibentur esse in eodem loco. Tertiam rationem
ponit ibi et non esse immobilia et cetera. motu enim
aliquo modo movetur id quod in eo est sed sensibilia moventur
ergo si mathematica sunt in sensibilibus sequitur quod mathematica
moveantur quod est contra rationem mathematicorum que non solum
abstrahunt a materia sed et a motu. Quartam rationem
ponit ibi totaliter autem cuius causa et cetera. que talis est irratio
nabile est ponere aliquid absque causa et propter hoc si ex tali
positione maius inconveniens sequatur sed ista positio

tri cā. Gad. n. ingēcia requirēt̄ ꝓuentibꝫ mathēca
eē media ⁊ inuentibꝫ que sequunt̄ ꝓuentibꝫ ea
nō eē inuentibꝫ ⁊ adhuc quedā alia ꝑia ⁊ maio
ra ut exdīt pꝫ. h̄ g̃ nō ē īnuenabile. Ultimo
ꝯ concludit quod pdēē qōnes hūt multi dubiō
nē qmō se hēat ueritas in istis. hēs ꝯ qōnes p
tractat pl̄s ī in xiii. ⁊ in xiiii. ondūs nō eē ma
thēcas sbas separatas. nō ē spēs. ⁊ nō que mouebat
ponētes mathēca ⁊ spēs suptas ab abstrācōne itllēs
solum ut p̄ xiii. i. n. plibꝫ eo quod ē tale
salua ūitate considari. ab intellēu nō tamē tale
sicut hō albus pt̄ considari nō tamē albus ⁊ h̄
mō intellēs pt̄ considare res sensibiles nō tamē ē
mobiles ⁊ ntes. ꝫ tamē ē quedā ꝯ l̄ magntu
dīnes ⁊ h̄ ē intellēm abstrahere tam ⁊ motu, ⁊ sō
ꝯ sic abstrahit l̄ intellēt magnes ⁊ spēs eē sine m̄a ⁊
motu. sic. n. sequerēa qd̄ eēt sbās intellēs ab
abstrahit. l̄ q ea q̄ intellēs abstrahit sunt separata
secundum rem.

rcty 29

Et de principiis ut̄ eꝫ ⁊ cetera
postquā ph̄s disputauit de qōnibꝫ motis de sbāis
h̄ disputat de qōnibꝫ motis de pn̄is ⁊ dr̄ in p̄d.
Supra disputat de qōnibꝫ quibꝫ querebat. q̄
sunt pn̄a. Hic de qōnibꝫ quibꝫ querebat
q̄lia sunt pn̄a. ibi. ad h̄ ꝯ utrū sbā ⁊ posibꝫ.
relinquit ⁊ c̄. Circa p̄mū disputat de duabꝫ qō
nibꝫ. p° utrū ūla sint pn̄a. sō utr̄ sint alīq̄
pn̄a. a m̄a separata ibi. ē ꝯ s̄ita h̄ūt disputa
tiō ⁊ c̄. Circa p̄mū disputat duas qōnes quāz
p̄ma ē utr̄ g̃na sunt pn̄a. sō que g̃na. ut̄
.s. p̄ g̃na l̄. alia ibi. ad h̄ ꝯ siqua magis pn̄a ē
g̃na ⁊ c̄. Circa p̄mū duo facit p° mōz qōm. sō
disputat de ea ibi. ut uocis elā ⁊ c̄. Est g̃
qō p̄ma. de principiis ut̄ oportet recipe l̄ pn̄ari
ꝙ ipsa g̃na que de plibꝫ p̄dicant̄ sint elā
⁊ pn̄a rex. l̄ magis sint
dicenda pn̄a ⁊ elā ea ex q̄bꝫ
unūquodqꝫ ē. sicut ceptibꝫ ꝫ addit
duas ꝯditiōnes quāz una ē. cum insunt q̄
ponunt̄. ad dīa q̄ ⁊ p̄ uōnis. dr̄. n. albū
fit ex nigro l̄. ex nō albo q̄ tñ nō ē albo
unū ē eius elā. alia ꝯditio ē qō dicit p̄ m°
ꝙ p° ad dīam ꝓximoz ꝯponentiū. Sunt. n.
corpa aliū ex carnibꝫ ⁊ neruis que ē ait. n̄
tñ dicūt ante elā quia nō ē h̄ p̄a exquibꝫ
ꝯ ꝯpō. l̄ magis ignis. aer. aqua. ⁊ tra.
ex quibꝫ ē ꝯstituunt carnes ⁊ nerui.
Secundo cū dicit. ut uocis elā ⁊ c̄. disputat
ad hūt qōm ⁊ circa h̄ tria facit. p° ondit ꝙ ea ex
quibꝫ p̄mo ꝯponunt̄ sūt principia ⁊ elā.

so ꝙ g̃na sint principia ⁊ elā i. ī quantū ant̄
cognoscimꝰ unūquodqꝫ ⁊ c̄. Tertio excludit quandā
rōnem q̄ posset dici ꝙ ūlia sint principia ⁊
elā i. ꝯ uero nꝫ utrobiqꝫ ⁊ c̄. Circa p̄mū ponit
tres rōnes. quarū p̄ma ꝓcedit ex ꝯ rōnalibꝫ in
quibꝫ manifēe stat ꝓpositū. sō duo ꝯ. quoz
p̄mū ē de uoce līata ⁊ articlata cuꝰ principium
⁊ elēmentū dr̄ eē ꝯ ꝙ ē uox. l̄ magis illa ex q̄bꝫ
p̄mis ꝯponuntur uoces q̄ dicunt̄ lr̄e. Scdm ex
ponit ī dyagmatibꝫ. i. ī demrātōibꝫ descriptōnibꝫ
figurāz geometricaz. dicūt. n. hoz dyagmatū
eē elā. nō h̄ ꝯ ꝙ ē dyagma. l̄ magis illa theo
remata quoz demrātōes ī sunt ī demrātō
nibꝫ alioz theorematū geometricaliū aut
duoz aut plurium. q. s. alie demrātōes ꝓcedūt
ex alia suppōne p̄maz demrātōnum. Unde ⁊ libri
euclidis dr̄ lib elōz. q. s. ī eo demrāt̄ p̄a ge
ometrie thoremata ex q̄bꝫ alie demrātōnes
ꝓcedunt. Scdm rōm ponit ibi. Simpliciter ⁊ c̄ coz
⁊ c̄. q̄ ꝓcedit ī reb nālibꝫ ⁊ dicit ꝙ illi qui pon
unt elā corpm̄ ut ꝯ alia. ut unū illa dicunt eē
principia ⁊ elā corpm̄ ex quibꝫ corpa ꝯponunt̄ ⁊ ꝯst
ant tanq̄ ī eis ꝯtentibꝫ sicut empedocles dr̄
elā corpm̄ nālium eē ignē ⁊ aquam ⁊ alia hm̄. q̄
sīl cū hiis. elā rex dicit ex quibꝫ p̄mis cū
ī sint corpa nālia ꝯstituunt̄. ponebant ꝯ p̄t
hec duo alia. tm̄. principia. s. aerem ⁊ terrā
lite ⁊ amiciciā. ut ī p̄mo dem ē. Non ꝯ
dicebat nec empedocles nō alii naturales ph̄i
ꝙ g̃na rex eēnt eaz principia ⁊ elā. Ter
ciam rōm ponit l̄. ⁊ ad h̄ ꝯ ⁊ alioz ⁊ c̄.
q̄ ꝓcedit ī artificialibꝫ ⁊ dicit ꝙ si quis
uelit speclari nām. i. distrōm indicātem
ꝯtinēciā alioz corpm̄ a corpibꝫ nālibꝫ. s. artifi
cialium puta si uelit cognoscēe lectū oꝫ ꝯ
sidare ex q̄bꝫ ptibꝫ ꝯpō ⁊ modū ꝯpōis eoz
⁊ sic cognoscet nām lecti ⁊ post hec
ꝯcludit ꝙ g̃na nō sunt pn̄a eoz. De
inde cū dic. ī quantū ꝯ cognoscimꝰ ⁊ c̄.
obicit ad ptem ꝯtiam ⁊ ponit tres rōes
quaz p̄ma talis ē. unūquodqꝫ cognoscitur
p suā distrōm. si ig̃ id ē principiū eēndi
⁊ cognoscendi uidr̄ ꝙ id ꝙ ē principiū dif
finitōis sit principiū rei diffinite. Sꝫ g̃na
sunt pn̄a distrōm q̄ ex eis p̄mo distrōes
ꝯstituunt̄. g̃ g̃na sunt pn̄a rex q̄ diffin
iunt̄. Scdam rōm ponit ibi ⁊ si ē coz que
sunt ⁊ c̄. q̄ talis ē ꝓ h̄ accipit̄ sciā de unaq̄
re ꝙ scit̄ spēs eiꝰ. sed ꝯtin res ē. nō. n. pt̄ sortes
cognosci nisi p h̄ ꝙ scit̄ ꝙ ē hō. Sꝫ g̃na sunt

principia specierum, quia species constituuntur ex genere et differentia, genera sunt principia eorum quae sunt. Tertiam rationem ponit ibi: Videtur autem quidam etc. Et sumitur ex antiquioribus philosophorum qui posuerunt unum et ens esse principia, et magnum et parvum, quibus utuntur ut generibus. Ergo genera sunt principia. Deinde cum dicit: At vero neutrobique etc., excludit quamdam rationem quae posset dici, scilicet quod utraque sunt principia, dicens quod non est possibile dicere utrobique esse principia, scilicet membra et elementa, scilicet membra partes ex quibus componitur, et membra genera. Et hoc probat tali ratione: unius rei una est ratio definitiva manifestans eius substantiam, sicut et una est substantia uniuscuiusque. Sed non est eadem ratio definitiva quae datur per genera et quae datur per partes ex quibus componitur. Ergo non potest esse utraque definitio indicans substantiam rei ex principiis. Ad rei principium, cum sit tantum una definitio significans substantiam eius, impossibile est ergo quod principia rerum sint et genera et ea ex quibus res componuntur. Deinde cum dicit: Adhuc autem si quam maxime etc., disputat secundam quaestionem. Et primo movet eam. Secundo ad ipsam rationes inducit ibi: Nam si quia universalia magis principia. Dicit ergo primo quod si ponatur quod genera sint maxime principia, quae oportet existimare magis esse principia, utrum prima de numero generum, scilicet communissima, aut ultima quae praedicantur de individuis, scilicet species specialissimae. Hoc enim habet dubitationem sicut ex dictis patet. Deinde cum dicit: Nam si quia universalia etc., obiicit ad propositam quaestionem. Et circa hoc tria facit. Primo enim inducit rationes ad ostendendum quod prima genera non possunt esse principia. Secundo inducit rationes ad ostendendum quod species ultimae magis videntur esse principia, ibi: At vero et si magis etc. Tertio obiicit ad oppositum, ibi: Item autem quomodo oportet etc. Circa primum ponit tres rationes. Quarum prima talis est: Si genera sunt principia magis quia universalia sunt, oportet quod illa quae sunt maxime universalia, quae scilicet dicuntur de omnibus, sint prima inter genera et maxime principia rerum. Tot ergo erunt rerum principia quot sunt huiusmodi genera communissima. Sed communissima omnium sunt unum et ens, quae de omnibus praedicantur. Ergo unum et ens erunt principia et substantiae omnium rerum. Sed hoc est impossibile, quia non potest esse omnium rerum unum genus quod est ens, ut inferius ostendit. Et sic si unum et ens essent principia, genera sequeretur quod principia non essent genera. Sic ergo ponere quod communissima genera sint principia est impossibile, quia sequitur ex ea oppositum positi, scilicet quod principia non sint genera. Quod autem ens et unum non possint esse genera, probat tali ratione: cum differentia addita generi constituat speciem, de differentia praedicari non potest nec species nec genus sine speciebus. Quod autem species de differentia praedicari non possit patet ex duobus. Primo quidem quia differentia in plus est quam species, ut Porphyrius dicit. Secundo quia cum differentia ponatur in definitione speciei, non posset species praedicari per se de differentia, nisi intelligeretur quod differentia esset subiectum speciei, sicut numerus est

subiectum passionis in cuius definitione ponitur. Hoc autem non sic se habet, sed magis differentia est forma quaedam speciei. Similiter etiam genus per se sumptum non potest praedicari de differentia, nisi forte per accidens. Sicut enim e converso genus per se sumptum non est praedicatum de differentia praedicatione per se. Non enim genus ponitur in definitione differentiae, quia differentia non participat genus, ut dicitur in quarto Topicorum. Nec etiam differentia ponitur in definitione generis. Ergo nullo modo genus per se praedicatur de differentia. Praedicatur tamen de eo quod habet differentiam, vel de specie quae habet differentiam in actu. Et ideo dicit quod de propriis differentiis generis non praedicatur species neque genus sine speciebus, quia scilicet genus praedicatur de differentiis prout accipitur in speciebus. Nulla autem differentia potest accipi de qua non praedicetur ens et unum, quia quaelibet differentia cuiuslibet generis est ens et est una. Alioquin non posset constituere unam aliquam speciem entis. Ergo impossibile est quod unum et ens sint genera. Secundam rationem ponit ibi: Amplius autem intermedia etc. Quae talis est. Si genera dicuntur principia quia sunt communia et praedicantur de pluribus, oportebit quod omnia quae pari ratione erunt principia, quia sunt communia et praedicantur de pluribus, sint genera. Sed omnia quae sunt media inter prima genera et individua, quae scilicet sunt ea accepta cum differentiis aliquibus, sunt communia praedicata de pluribus. Ergo sunt principia et sunt genera, quod patet esse falsum. Quaedam enim eorum sunt genera, sicut species subalternae; quaedam vero non sunt genera, sicut species specialissimae. Non ergo videtur quod prima genera ratione suae communitatis sint principia. Tertiam rationem ponit ibi: Si prima genera sint principia, quia sunt principia cognoscendi species, magis oportet quod differentiae sint principia, quia differentiae sunt principia formalia specierum. Forma autem et actus est maxime principium cognoscendi. Sed differentias esse principia rerum est inconveniens, quia secundum hoc erunt quasi infinita principia. Et hoc ideo quia infinitae sunt rerum differentiae, non quidem in se, sed quo ad nos. Et quod sint infinitae patet dupliciter. Uno modo si quis consideret ipsam multitudinem differentiarum secundum se. Alio modo si accipiatur primum genus quasi primum principium. Manifestum est enim quod sub eo continentur innumerabiles nobis differentiae. Non ergo genera prima sunt principia. Deinde cum dicit: At vero et si magis etc., ostendit quod species specialissimae sunt magis genera principia quam genera. Et ponit tres rationes. Quarum prima talis est. Unum apud philosophos maxime videtur habere speciem vel rationem principii. Unum autem habet rationem indivisibilis, quia unum nihil est aliud quam ens indivisum. Duplex autem est indivisibile, scilicet secundum quantitatem et secundum speciem. Secundum quantitatem sicut punctum et unitas, et hoc indivisibile opponitur divisioni continui. Secundum speciem autem, sicut quod non dividitur in multas species. Sed inter haec duo indivisibilia prius et principalius est quod est indivisibile secundum speciem, sicut species rei est prior quam quantitas eius. Ergo id quod est indivisibile secundum speciem est magis principium eo quod est indivisibile secundum quantitatem, secundum quod quantitatis naturas dicimus. Videtur esse magis indivisibile genus quam ultimae species. Quod autem secundum divisionem speciei magis est unum species. Genera enim dividuntur in species, et sic ultimum praedicatum de pluribus, quod non est genus plurium specierum, scilicet species specialissima, est magis unum secundum speciem quam genus, sicut homo et quaelibet alia species specialissima non est genus aliquorum hominum. Est ergo magis principium species quam genus. Secundam rationem ponit ibi:

ampli⁹ in quib⁹ ꝯ ꝑus ꝯ ꝑpet⁹ ē ē q̄ ꝯcedit ex q̄-
dam pōne plonis qui qm̄ ad vnū de plib⁹ pꝫ
nō ꝑ ꝑus ꝯ ꝑpet⁹. posuit id vnū separatū sicut hōiem
pꝫ oēs dicet. qm̄ uō ad pꝫ de plib⁹ sed ꝑus ꝯ ꝑpet⁹
nō ponebat id separatū. ꝯ h̄ ē q̄ d̄r. q̄ i plib⁹ ꝑus
ꝯ ꝑpet⁹ ē. i. qm̄ vnū eoꝝ de aliq̄ ꝯne pꝫ ē alio
ꝑus. n̄ ē pole i huis ad eē separatū. pꝫ h̄ multa de
quib⁹ pꝫ. sicut si nūi sc̄ huit sed ordinē tn̄ q̄ du
alitas ē ꝑ spēs nūoꝝ nō inueniunt ydea nūi pꝫ
oēs nūoꝝ spēs ꝯ eadē rōne nō inueniunt figurās se
paratas pꝫ oēs spēs figuraꝝ ꝯ h⁹ rō eē pꝫ q̄ ideo ali
quod cōe pō separatū ut sit q̄dā pm̄. q̄ oīa alia
ꝑticipēt. si igr̄ vnū de multis sit pmū quo oīa
alia ꝑticipent. nō oꝫ ponē aliq̄ separatū q̄ oīa
ꝑticipāt. oꝫ talia videnꝰ eē oīa gn̄a q̄ oēs spē
gn̄ū inueniunt differre sed ꝑ pri⁹ ꝯ ꝑt⁹ ꝑtm̄ ꝯ ꝑ
q̄nt ꝑ pri⁹ et ꝑpet⁹ sed n̄m. si igr̄ eoꝝ quoꝝ vnū
ē ꝑus alio n̄ ē attinge ad cōe separatū si gn̄a pꝫ
spēs inueniant̄ erit scola aliorꝫ. i. erit eoꝝ alia do
ctrina et regula ꝯ nō saluabiꝫ i eis pdc̄a regula
oꝫ tn̄ ē q̄ tn̄ i diuidua vni⁹ spēi. nō ē vnū pri⁹
ꝯ a ꝑpet⁹ sed n̄m h̄ solū ꝯpetit ꝯ ita spēs ꝑ scolā
plonis ē ad separatū. cū igr̄ oīa sunt pn̄a i quocūq̄
sunt separata sc̄ q̄ sit mag̃ ꝑncip⁹ spēs q̄m genus
3ª rō Tertiam rōm ponit ibi. ampli⁹ a h̄ id melius
ꝯ ē. q̄ sunt ex meliori ꝯ peiori q̄ i q̄bꝫ inueni
ē vnū alio meli⁹. sꝫ id q̄ ē meli⁹ ē ꝑus sed n̄a
oꝫ eoꝝ q̄ sic se hūt n̄ pot ponī vnū gen⁹ ꝯe se
paratū g° eoꝝ quoꝝ vnū ē meli⁹ ꝯ a° peri⁹ n̄ pꝫ po
ni vnū gn̄e separatū ꝯ sic reddit id q̄ p⁹. h̄. n. rō
induciꝰ. q̄ ꝯfirmatō ꝑcedentis ad ondend q̄ i
spēb⁹ eiuslibꝫ gn̄is inuenit ꝑus ꝯ ꝑpet⁹ ꝯ ex huis
db⁹ rōib⁹ ꝯcludit ꝯ ꝯcl⁹. s. q̄ spēs spalissime q̄ im
ediate de i diuidis pdicant̄ mag̃ videnꝰ eē pn̄a
q̄m gn̄a. pō. n. gn̄a gn̄ū loco albi more
grecorꝫ. vn̄ sn̄a vōe plamori ē q̄ ex pꝫ ꝯcludit
h⁹ pdicata mag̃ eē pn̄a q̄m gn̄a. Deinde cū d̄r
ꝑim quō oꝫ ꝯ ē. obiē i ꝯtm̄ tali rōe pn̄cip⁹ ꝯ cā
ē pꝫ rei q̄aꝝ ē ꝑncip⁹ ꝯ pole ē ab eis eē separatū
ꝯ h̄ id q̄ nich ē cā sui ipi⁹. ꝯ id hit de ꝑncipiis
ꝯ cāis existentia q̄ sc̄ eē cōe tot⁹ rei. oꝫ ad eē pꝫ si
gularia nō pō u̇ q̄ ē cōe. ut vl̄e de oīb⁹ pdicatū
g° ad q̄nto ē mag̃ vl̄e. tanto mag̃ ē separatū
ꝯ mag̃ oꝫ poni ꝑncip⁹. h̄ gn̄a pma sc̄ maxe sc̄
maxe ꝑncip⁹ q̄aꝝ q̄ rōnū ꝑncip⁹ inuenit̄ ex h̄
vltia rōe. ꝑ h̄. n. gn̄a ut spēs vl̄ia pn̄a ponebant
i q̄ntū ponebant̄ separata q̄ q̄ n̄ sit separata ꝯ ꝑ se
subsistēcia ondē i vii. hi⁹. vn̄ ꝯ q̄ntū i viii. phōꝫ
ondꝫ q̄ pn̄a reꝫ sc̄ m̄a ꝯ for̄ ad quoꝫ similitudinē se
hūt gen⁹ ꝯ spēs. Nam gn̄a sunt aīū. dr̄ia uō a.

for̄ ut i eod lib⁹ mathibꝫ. vn̄ ꝯ for̄ sit mag̃
ꝑnc⁹ q̄m m̄a. ꝑ h̄ ꝯ erit spēs mag̃ pn̄a q̄ gn̄a
q̄ uō ꝯ obiciē ex h̄ q̄ gn̄a sc̄ pn̄a cog̃ spēꝫ
ꝯ diffiniōis ipi⁹. eod m° solūt sic ꝯ de separatōe
q̄. n. separatū accipi pꝫ a rōe. gn̄e cū spēb⁹ est
ꝑnc⁹ i cog̃ dō ꝯ eod m° eē ꝑnci⁹ i eēndo si ponēt
eē separatū;

Est q̄ h̄ita huis dubōs ꝯ ē. ꝑt q̄ phs
disputauit q̄ōm de vl̄ib⁹ vtrū sīt ꝑnci. hic
ꝯmit morꝫ q̄ōm de separatis. vtrū. s. ad sit separatū
a sensib⁹ quod sit eoꝝ pn̄ ꝯ cē h̄ ꝯ tractat du
as q̄ōnes. q̄aꝝ pma ē quaꝝ ꝑ ē / an vl̄ia sint
separata a singlarib⁹ / sc̄a ē / an sit ad fozle sepa
tū ab huis q̄ sc̄ cōposita ex m̄a ꝯ forā / ibi. ampli⁹
aūt si q̄m maxe ꝯ ē / eē ꝑ mū ea facit pm°
describit dubōm. sc̄o obiē ad vnā ꝑtē ibi. q̄
ut ē ad pꝫ singlaria ꝯ ē. Tercio obiē ad
ꝑtē aliā ibi. at uero si h̄ ē nec̄e ꝯ ē. est g°
h̄ dubō de eo q̄ tactū ē i ultima rōe ꝑcedē
tis q̄ōis. vtrū. s. vl̄e sit separatū a singlarib⁹
sic ꝑmissa rō supponebat ꝯ h̄ ē q̄ d̄r. de
q̄ rō nc̄ exigit. i. de qua imediate ꝑcedēs
rō ꝑcessit. De h̄ a dubōne ea d̄r. pmo q̄d
ē h̄ita. i. ꝯmis se huit ad pmissa q̄ sic iam
dcm̄ ē ex h̄ depend3 ꝯsidatō ꝑcedētis q̄ō
nis. Nam si vl̄ia n̄ sīt separata n̄ sc̄ ꝑncia
q̄ a sc̄ separata sc̄ ꝑnci. sc̄o d̄r de ea q̄ ē
difficillima oīm dubōnū h⁹ sc̄ie q̄ ondit
ex h̄ q̄ eminētissimi phi de ea diuisimode
senseꝫ. Nam plonici posuit vl̄ia eē se
parata aliis phis ꝯ ponētib⁹. Tercio d̄r de
ea q̄ ē maxe nec̄e. ad ꝯsidand. q̄. s. ex ea
depend3 tota cog̃tō sbaꝫ cū sensiliū q̄
i m̄aliū. Deinde cū d̄r. Nam si n̄ ē aliq̄
ꝯ ē. obiē ad ondend q̄ vl̄ia sīt separata
Deinde a singlarib⁹ / singlaria. n. sc̄ i finita. i finita
ea q̄ cog̃sci nō ꝑūt / vn̄ singlaria oīa co
gnosci n̄ possunt n̄ i q̄ntū reducunt̄ ad ad
vnū q̄ ē vl̄e / sic igr̄ sc̄ia de reb⁹ h̄ nec̄e
q̄ i q̄nt̄ sciunt vl̄ia / h̄ sc̄ia n̄ ē / nec̄e ꝯ ex
sbatiū. g° vl̄ia sc̄ alia ꝑ se exn̄cia pꝫ
singlaria. Deinde cū d̄r. at uō si h̄ est Sextū art. in opp.
nec̄e ꝯ ē. obiē i ꝯt̄m h̄ m° / si nec̄e ē vl̄ia
eē h̄ m° ad pꝫ singlaria / oꝫ q̄ gn̄a sīt
pꝫ singlaria. ut pma gnꝫ ut vltia que
sīt imediate an singlaria. oꝫ h̄ ē i pole
ut ex ꝑcedēti dubōne pꝫ. g° vl̄ia n̄ sunt
a singlarib⁹ separata. hanc q̄ dubōm solūt
phs i vii. h⁹. v° ondit multiplr̄ vl̄ia n̄ eē
sbas ꝑ se subsistentes. nec oꝫ sic multociens

dictum est quod aliud est modus essendi quem habet in rerum natura et quem modum ab intellectu recipit comprehendendo. Nam intellectus immaterialiter cognoscit materialia et universaliter naturas rerum quae singulariter in rebus existunt, intellectus cognoscit universalia, id est absque consideratione particularium et tantum individualium.

Deinde cum dicit. Amplius autem si quam maxime etc. movet quaestionem de alia quaestione, videlicet utrum sit aliquid separatum in compositis ex materia et forma. Et circa hoc duo facit. Primo movet quaestionem, videlicet. Secundo prosequitur eam ibi. Si quidem igitur etc. Circa primum considerandum est quod superius movit quaestionem utrum esset separatum a singularibus. Nunc autem aliquod singulare esse compositum ex materia et forma. Non tamen omne singulare est compositum ex materia et forma, sed secundum veritatem, quia substantiae separatae sunt quaedam particularia, sive per se stantes et per se operantes, et secundum opinionem Platonicorum qui ponebant et mathematica separata esse quaedam particularia ponendo plura ex eis in una specie. Et quamvis dubitari posset utrum et in his quae non sunt composita ex materia et forma sit aliquid separatum sive universale a singulari, cum hic maxime habet dubitationem in rebus compositis ex materia et forma. Et ideo dicit quod maxime dubitabile videtur utrum sit aliquid praeter sinolon, id est praeter rem compositam ex materia et forma. Et quare dicatur sinolon totum compositum exposuit ibidem, cum prius aliquid de materia ponebatur. Non solum quod senex materia participabat vel alia separata, et ex hoc erat quod vel alia praedicantur de singularibus, et ipsae participationes vel aliae formae in materia constituunt sinolon totum, quasi unum formae per modum participationis eiusdem et de materia praedicatum. Et huius autem quaestionem enumerans proponit verum, scilicet primo utrum omnino huius sit aliquid separatum, aut praeter quaedam eorum et non praeter alia, aut praeter nihil eorum. Deinde cum dicit. Si igitur etc. prosequitur praedictam dubitationem. Et circa hoc duo facit. Primo obicit contra hoc quod ponitur posse non esse separatum ab his quae sunt composita ex materia et forma. Secundo obicit ad oppositum ibi. Sed si hoc etc. ponit rationem. Circa primum obicit duplici via. Primo quidem ex hoc quod ea quae sunt composita ex materia et forma sunt sensibilia. Unde proponit talem rationem. Ea quae sunt composita ex materia et forma sunt singularia. Si ergo nihil sit praeter intelligibilia sed sensibilia, si igitur nihil sit praeter singularia composita ex materia et forma, non erit intelligibile, sed omnia erunt sensibilia. Scientia autem non est nisi intelligibilium. Ergo sequitur quod nullius rei sit scientia, nisi aliquis dicat quod sensus est scientia, sicut antiqui naturales posuerunt, sicut dictum est in quarto. Dicere autem hoc est inconveniens, quia non est scientia, ut quod scientia sit sensus. Ergo inconveniens est quod nihil sit praeter singularia composita ex materia et forma. Secundo obicit ex hoc quod composita ex materia et forma sunt mobilia, ibi. Amplius autem sempiternum etc. Et inducit talem rationem. Omnia sensibilia composita ex materia et forma corruptibilia sunt et mobilia

sunt. Si igitur nihil sit praeter haec, sequitur quod nihil sit sempiternum et immobile. Et hoc quidem inconveniens. At vero si sempiternum etc. Oportet esse aliquid quod sit sempiternum et immobile praeter materiam, forte ibi. Amplius autem cum sit generatio etc. Dicit ergo primo quod si nihil est sempiternum non est possibile esse generationem alicuius rei. Et hoc probat sic. Quia in omni generatione necesse est esse aliquid quod fit et aliquid ex quo fit. Si igitur id ex quo fit aliquid etiam generatur, oportet quod ex aliquo generetur. Aut igitur necesse est quod in infinitum procedatur in materiis, aut si stat iste processus in aliquo primo, oportet quod sit aliquid primum quod non est generatum, nisi forte dicatur quod generetur ex non ente, quod est impossibile. Si autem in infinitum procederetur, numquam posset compleri generatio, quia infinita non est transire. Ergo oportet ponere aliquid ingenitum, nisi enim impossibile esset aliquam generationem.

Deinde cum dicit. Amplius autem cum sit generatio etc. Obicit idem ex parte causae formalis et ponit duas rationes, quarum prima talis est. Omnis generatio et motus necesse est quod habeat aliquem finem. Et hoc probat quia nullus motus est infinitus, sed cuiuslibet motus est aliquis finis, quod planum est in aliis motibus qui finiuntur in suis oppositis. Sed videtur habere instantiam in motu caelesti, qui potest esse perpetuus et infinitus, ut probatur in octavo Physicorum. Et quamvis supposita perpetuitate motus, tota continuitas caelestis motus sit infinita, tamen quia circulatio succedit circulationi, tamen quaelibet circulatio secundum speciem suam completa finita est, et post eam succedit alia circulatio. Hoc accidit quia ad circulationis speciem pertinet quod differat de motu ultimo spatio de generatione. Non enim potest esse aliqua generatio manifestum est quod non potest generari quod impossibile est pervenire ad finem generationis, qui est factum esse. Terminus factum est sic generationis terminus hoc est quod generatum necesse est esse cum primo factum est, id est cum primo generatio est terminata. Oportet igitur quod cum forma sit quaedam ad hoc esse sic terminus generationis quod non sit processus in infinitum in formis. Oportet quod sit aliqua forma ultima quae non sit aliqua generatio, ut dictum est; et sic videtur quod materia ex qua aliquid generatur oportet esse ingenitam ex eo quod non proceditur in infinitum, ita et quod formam aliquam oporteat esse ingenitam ex hoc quod in infinitum procedatur in formis. Secundam rationem ponit ibi. Amplius autem si materia etc. Quae talis est. Si materia aliquid est primum quod est ingenitum, multo rationabilius est quod sit substantia, id est forma ingenita, cum per formam res habeat esse. Materia non magis est subiectum generationis et consummationis. Si vero neutrum eorum sit ingenitum, neque materia neque forma, nihil erit ingenitum, cum omne quod generatur pertineat ad rationem materiae vel formae, vel sit compositum ex utrisque. Hoc autem est impossibile, ut nihil sit ingenitum, sicut probatum est. Ergo relinquitur quod necesse est esse aliquid praeter sinolon

lon .i. simul totum .i. per se singulare compositum ex materia et forma. Et hoc dico quia sit forma et species materiae .i. per se non potest esse separata a singularibus quia non habet esse nisi per accidens. De forma vero magis hoc videtur propter naturam rerum.

Deinde cum dicit. Sed si hoc verum etc. obicit in contrarium .i. non. quia si ponatur aliquam formam separatam esse praeter singularia composita ex materia et forma, erit dubitatio in quibus hoc sit ponendum et in quibus non, manifestum .i. est quia hoc non est ponendum in omnibus, scilicet in artificialibus. Non enim est possibile quod sit aliqua domus praeter hanc domum possibilem sensibilem compositam ex materia et forma. Hanc autem dubitationem solvit ... quod ipsius. Hic vero ostendit esse quidam qui dicunt a sensibilibus separata quae sunt secundum se ipsa intelligibilia, partim vero in ... Hic vero ostendit formas et species rerum sensibilium non esse animam separatam, non tamen sequitur quod de rebus sensibilibus non possit haberi scientia. Quia scientia sit sensibilium. Solutio .n. Quia eiusdem modi essendi habent res in se ipsis quem habent in consideratione scientis, quae .n. in se ipsis materialia sunt in intellectu immaterialiter cognoscuntur ut est supra dictum est, praeterea. Quia si forma non est separata a materia quae generetur, quia forma non est generata sed compositum, non tamen ... ostendens quod ... in quibus possit poni separatas formas et quibus non. Solutio omnium eorum quae sunt per suam naturam sensibilia formae non sunt separatae. Sed illa quae per suam naturam sunt intelligibilia sunt animae separata. Solutio .n. Quae separatae sunt naturae horum sensibilium, sed sunt alterius rationis et alium habentes ordinem in rebus.

Amplius autem quae vero dubitare etc. Postquam philosophus inquisivit quae sunt principia et utrum sit aliquid a materia separatum, hic inquirit quia sit principium. Et primo inquirit de unitate et numero principiorum. Secundo inquirit utrum sit in potentia vel actu. Ibi ut autem a fine est quaerere etc. Tertio utrum principia sint universalia vel singularia ibi et utrum universalia sint etc. Circa primum duo facit. Primo inquirit quantum principia se habent ad unitatem. Secundo quomodo ipsum unum se habeat ad rationem principii, ibi. Omnium autem ad considerandum etc. Circa primum tria facit. Primo inquirit quantum de principio formali utrum sit unum omnium existentium in una specie. Secundo inquirit idem de omnibus generaliter principiis ibi. Amplius autem et dubitabit etc. Tertio inquirit utrum sint eadem aut diversa corruptibilium et incorruptibilium, ibi Solutio minora autem dubitatio etc. Circa primum duo facit. Primo movet dubitationem. Secundo obicit ad quaestionem ibi. Sed impossibile est etc. Est ergo dubitatio utrum sit una substantia .i. forma omnium existentium in una specie puta hominum. Deinde cum dicit. Sed impossibile est etc. obicit ad unam partem quaestionis ad ostendendum quod non sit una forma omnium existentium in una specie, sed duabus rationibus quarum prima talis est. Ea quae sunt in una specie sunt multa et differentia. Si igitur omnium in una specie existentium sit una substantia sequeretur

quod ea quorum substantia est una sint multa et differentia, quod est irrationale. Secundam rationem ponit ibi. Sed autem et quomodo etc. Quae talis est. Quia est in se unum et quod in ... non componitur cum alio diverso ad constitutionem multorum. Sed manifestum est quod materia dividitur in diversis singularibus. Si igitur substantia formalis esset una et eadem, non esset assignare quomodo singularium horum singulare sit ... tale substantiam quae est una et indivisa, ita quod singulare sit sicut totum habens hoc duo scilicet materiam et substantiam formalem quae est una et indivisa. Et consequenter non obicit quod tenet ad secundam quaestionis partem ad oppositum per deductionem ... quae supra posita sunt de separatione universalium. Solutio si sit universale separatum necesse est ponere unam numero substantiam eorum quae sunt in specie quia universale est substantia singularium. Hic autem quaestionis veritas declaratur in .vii. Hic vero ostendet quod est .i. essentia et ratio non esse ad ... in partem ad ... ut ibi dicetur.

Deinde cum dicit. Amplius autem et dubitabit etc. movet dubitationem de unitate principiorum in communi. Utrum scilicet principia rerum sint eadem numero vel eadem specie et numero diversa, et circa hoc duo facit. Primo ponit rationes ad ostendendum quod sint eadem numero. Secundo ad oppositum ibi. At vero si numero unum etc. Circa primum ponit tres rationes et primitus dubitationem dicens quod idem potest quaeri vel dubitari de principiis rerum quod quaesitum est de substantia. Utrum scilicet principia rerum sint eadem numero et inducit primam rationem ad ostendendum quod sint eadem numero. Tamen .n. inveniuntur in principiis sicut quae ex principiis habent. Si igitur in principiis non inveniatur numero unum, sed solum unum specie, neque etiam in principiatis unum numero. Sed solum unum specie. Secunda ratio talis est quia id quod est ipsum unum vel ipsum ens oportet quod sit unum numero. Dico autem ipsum unum vel ipsum ens unitatem quae est abstractum. Si igitur principia rerum non sint unum numero, sed solum unum specie sequeretur quod nec etiam sit unum ipsum et ipsum ens .i. quod ens et unum non per se subsistant. Tertia vero est quia scientia habetur de rebus per hoc quod unum invenitur in multis. Sicut homo communis invenitur in omnibus hominibus. Solutio non de singularibus sed de uno quod invenitur in eis. Omnis autem scientia cognitio principiatorum dependet ex cognitione principiorum. Si igitur principia non sint unum numero, sed solum unum specie, sequeretur quod scientia non sit de rebus.

Deinde cum dicit. At vero si unum numero obicit in contrarium tali ratione. Si principia sint unum numero ita quod quodlibet principiorum sit consideratum sicut unum, non erit differentia de principiis existentium quod hoc modo se habent sicut principia sensibilium. Dico de ... sensibilibus quia diversorum sunt diversa principia per numerum et eadem per speciem. Sicut et eorum quorum sunt principia diversa per numerum sed eadem per speciem. Sicut videmus quod diversarum syllabarum per numerum quae conveniunt in specie sunt principia eadem secundum speciem sed non per numerum. Si quis autem dicat quod non est ita in principiis entium sed omnium existentium principia sunt unum numero, sequeretur quod nihil sit in rebus praeter ipsa elementa quia quod est

unum numero est singulare. Sicut enim appellamus singulare quod est unum numero, sic universale quod est in multis. Quod autem est singulare non multiplicatur nisi in uno solo. Si igitur ponatur quod omnium syllabarum essent principia eadem numero, sequeretur quod nec litterae possent multiplicari, ut scilicet essent duo a vel plura, et sic non posset seorsum inveniri a per se et seorsum inveniri in illa syllaba ba et da, et eadem ratio est de aliis litteris. Per idem igitur videtur si omnium entium sint principia eadem numero, sequitur quod nihil sit praeter principia, quod videtur inconveniens, quia cum principiis aliquid sit, non erit principium si non sit aliquid praeter ipsum. Haec autem quaestio solvitur in XII ubi ostendet quod principia quae sunt intrinseca rebus, scilicet materia et forma et privatio, non sunt eadem numero omnium, sed analogia. Principia vero separata, scilicet substantiae intellectuales, quarum suprema est Deus, sunt unum numero unaquaeque; et separatum id quod est ipsum unum et ens dicitur Deus est, et ab ipso derivatur unitas secundum numerum in rebus omnibus. Scientia autem quae est de rebus, non quia sit unum numero in omnibus, sed quia est unum in multis. Per rationem vero quae est ad oppositum verificatur in principiis exterioribus, non autem in principiis separatis, cuiusmodi sunt agens et finis. Multa enim possunt produci ab uno agente, ut moveri et ordinari in unum finem.

Non minor autem dubitatio et cetera. Postquam philosophus inquisivit utrum principia sint eadem numero omnia quae sunt unius speciei vel eadem specie, hic inquirit utrum eadem numero sint principia corruptibilium et incorruptibilium. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quaestionem. Secundo inducit rationem ad ostendendum quod non sint eadem principia corruptibilium et incorruptibilium, ibi, nam si eadem sunt et cetera. Tertio inducit rationes ad ostendendum quod non sint diversa, ibi, si vero diversa principia. Dicit ergo primo quod quaedam dubitatio est quae non minus relinquitur modernis philosophis praesentibus quam fuit apud antiquos philosophos, quae est dubitantium utrum corruptibilium et incorruptibilium sint eadem principia vel diversa. Deinde cum dicit nam si eadem sunt et cetera, obiicit ad ostendendum quod non sint eadem principia corruptibilium et incorruptibilium. Et circa hoc tria facit. Primo ponit rationem. Secundo improbat solutionem positae rationis quam poetae theologi adhibebant, ibi, qui quidem igitur circa Hesiodum et cetera. Tertio excludit solutionem quam adhibebant quidam physici naturales, ibi, a dissentientibus vero per demonstrationes et cetera. Dicit ergo primo quod si ponantur corruptibilium et incorruptibilium esse eadem principia, cum ex eisdem principiis idem sequantur effectus, videtur quod omnia vel sint corruptibilia vel omnia incorruptibilia. Relinquitur ergo quaestio quare quaedam sunt corruptibilia et quaedam incorruptibilia et propter quam causam. Deinde cum dicit qui quidem igitur circa Hesiodum et cetera, excludit solutionem poetarum theologorum. Et primo ponit eorum solutionem. Secundo breviter solutionem excludit, ibi, palam quod ea nomina quae nota dicentes et cetera. Tertio se excusat a diligentiori improbatione huius positionis, ibi, sed de fabulose

et cetera. Considerandum est quod apud Graecos aliqui naturales philosophi fuerunt quidam sapientiae studentes qui dederunt se ad intelligendum occultare veritatem divinorum sub quodam tegmine fabularum, sicut Orpheus, Hesiodus et quidam alii, sicut et postmodum Plato veritatem philosophiae sub mathematicis occultavit, ut dicit Simplicius in commento Praedicamentorum. Dicit ergo quod sectatores Hesiodi et omnes qui dicebantur theologi curaverunt persuadere sibi solis et alios contempserunt, quia scilicet veritatem quam intellexerunt taliter tradiderunt quod eis solis posset esse nota. Si enim per fabulas veritas obumbretur, non potest sciri quid verum sub fabula lateat nisi ab eo qui fabulam confinxit. Hesiodus igitur posuit prima rerum principia deos, et dixerunt quod illi de numero deorum qui non gustaverunt de quodam dulci cibo qui vocatur nectar vel manna facti sunt mortales; qui autem gustaverunt facti sunt immortales. Potuit autem sub hac fabula aliquid veritatis occultae latere, ut scilicet per nectar et manna intelligatur ipsa suprema bonitas primi principii. Nam omnis dulcedo dilectionis et amoris ad bonitatem refertur. Omne autem bonum a primo bono derivatur. Potest ergo esse intellectus eorum quod ex participatione primae summae bonitatis aliqua incorruptibilia redduntur, sicut perfecte participantia divinum esse; quaedam vero quia longe distare a primo principio, quod non gustaverunt manna vel nectar, non possunt perpetuo conservari per idem numero, sed solum per idem specie, ut dicit philosophus in secundo de generatione. Sed utrum hic intendit occultare esse et ideo ex his deos plene percipi non potest. Deinde cum dicit palam quod haec nomina et cetera, obiicit contra praedictam positionem et dicit quod per dictos Hesiodistas significare voluerunt per ista nomina nectar et manna fuerit eis notum, sed non nobis, et ideo quomodo assumunt istae causae ad istam quaestionem solvendam et ad corruptionem praecavendam rebus, dixerunt super nostrum intellectum. Si enim intelligantur haec verba secundum quod sonant, nullius efficaciae esse videntur. Dii enim qui gustaverunt nectar et manna aut gustaverunt propter delectationem aut propter necessitatem essendi. Huius enim de causa aliquem cibum assumimus. Si quidem sumpserunt ista propter delectationem, non possunt nectar et manna esse eis causa existendi ita quod propter ea incorruptibiles reddantur, quia delectatio est quoddam consequens ad esse. Si autem propter necessitatem essendi praedicta sumpserunt, non erunt semper cibo indigentes. Videtur ergo quod corruptibiles existentes prius tamquam cibo indigentes per cibum facti sunt incorruptibiles, quod iterum videtur inconveniens, quia cibus non nutrit in illa specie corruptibili existentem, nisi quia quod est corruptibile non potest alii incorruptionem praestare. Deinde cum dicit sed de fabulose et cetera, excusat se a diligentiori huius opinionis investigatione. Et dicit quod de illis qui philosophari voluerunt fabulose, veritatem scilicet sapientiae sub fabulis occultantes, non est dignum cum studio intendere, quia si aliquis voluerit contra dicta eorum disputare secundum quod exterius

sonant ridiculosa sunt. Si vero quis velit de his in-
quirere secundum veritatem fabulis occultatam, immanifesta est que-
que acceptio. Quia contra disputantes contra ponentes rationes hic qui
condiderunt suam doctrinam occultantes sub quadam ali-
cui velamine, non disputandum est contra veritatem occultam, sed contra ea que
exterius ponuntur. Deinde cum dicit: Ab dicentibus vero
per demonstrationem etc. disputat contra quorundam philo-
sophorum naturalium esse hoc causa facti. Primo recitat rationem. Secundo po-
nit rationem contra, ibi: Et numquam continuabiles etc. Tertio impro-
bat ipsam, ibi: Videbitur autem michi. Dicit ergo primo quod premissis
illis qui sub fabulis veritatem condiderunt, oportet a dicentibus
vero per modum demonstrationis inquirere de questione predicta, quare
scilicet ex eisdem principiis sunt omnia existentia, quedam existentium
naturalium sunt sempiterna, quedam vero corruptibilia. Et quia ipsi
tamen causam dicunt quare hoc sit, et rationabile est sic se habere ut ex
eisdem principiis existentium quedam sint corruptibilia, quedam sem-
piterna. Unde manifestum est quod si sint eadem principia, ratio causae
corruptibilium et sempiternorum. Deinde cum dicit: Et enim
quem existimabit etc. ponit quandam solutionem et dicit quod eo
assignata esse predictam dubitationem quam maxime videtur esse conveniens
ad questionem est quod assignat Empedocles, qui tamen idem passus est
cum aliis, quia scilicet eo quem assignat non est conveniens sicut nec
aliorum, ut ostendetur. Ponit enim quedam principia, scilicet cor-
ruptionis causam corruptionis. Et posuit quoddam principium esse
causam specialem corruptionis, scilicet odium elementorum, scilicet quod ad invi-
cem habere ad quod principium facit corruptibilis in rebus.
Deinde cum dicit: Videbitur autem michi nimis etc. impro-
bat predictam rationem Empedoclis. Et hoc est. Primo quidem ostendit
quod eo ab eis assignata non convenit sive ponimus. Secundo ostendit
quod non est sufficiens eius, ibi: Quod ipsius transmutationis etc. Tertio
ostendit quod non est ad propositum, ibi: Attamen tantum solum dicit
convenire etc. Circa primum facit. Primo ostendit eius rationem non
convenire aliis eius positionibus ex parte odii. Secundo ex parte
ipsius Dei, ibi: Propter quod et accidit ipsi etc. Tertio ex parte a-
moris, ibi: Similiter autem neque amor etc. Dicit ergo primo quod inconveniens
Empedocles posuit odium esse causam corruptionis, quia non minus
sed eius positionem videtur esse causa generationis in omnibus rebus nisi in una
re tantum. Ponebat enim quod omnia alia entia sunt composita
ex odio scilicet cum aliis principiis, nisi solus Deus quem ponebat
esse compositum ex aliis principiis post odium. Deum autem appel-
labat celum sicut et supra in primo dictum est quod Xenophanes
ad totum celum respiciens ipsum unum dixit esse Deum.
Ponebat autem Empedocles celum esse compositum ex omnibus elementis
per amicitiam, non autem ex lite sive ex odio, consolidantes
indissolubiles celi. Sed quantum ad alias res dicebat
quod omnia sunt ex odio, quecumque sunt erunt vel fuerunt, sicut ar-
bores pullulantes et viri et femine et bestie, que sunt

alia terrestria, et vultures que sunt volatilia diu
viventia, et pisces nutriti in aquis, et dii longevi. Vo-
luit autem hic deos vocare ut stellas quas ponebat quidem
corrumpi, sed post longum tempus, ut demones per quos
ponebant platonici esse alia aerea, vel etiam deos quos
ponebant epicurei in forma humana sicut supra dictum est. Ex hoc
ergo patet quod omnia alia preter unum sunt generata ex odio. Sed ho-
mini quod odium sit causa generationis et preter hoc est ex alia ratione
manifestum. Si enim non ponitur Empedocles quod si non esset odium in rebus
omnia essent unum, odium enim est causa distinctionis. Sic et Empedocles
unum inducit verba Empedoclis dicentis quod omnes res in unum
convenient, puta quando fit chaos. Tunc ultimum stabat odium
separans dissolvens. Unde littera Boetii habet: Cum enim convenient,
tunc ultimam stetit discordiam. Et sic patet quod cum esset mundi
constitutio in distinctione rerum, odium est causa generationis mundi.
Deinde cum dicit: Propter quod et accidit ipsi etc. ponit secundam
rationem sumptam ex parte Dei. Et dicit quod cum Empedocles poneret
odium non esse de compositione Dei, accidit secundum rationem eius quod Deus,
qui est felicissimus, sit omnium deus, et per consequens maxime cognoscens, sit
minus prudens omnibus aliis cognoscentibus. Sequitur enim, secundum po-
nere Empedoclis, quod non cognosceret omnia elementa, quia non habet odium.
Unde non cognosceret ipsum; cognitio autem fit sic similitudinem secundum opinionem
Empedoclis, qui dixit quod per terram cognoscimus terram, per aquam vero
cognoscimus aquam, et ethera et amorem ut concordiam co-
gnoscimus per ethera, id est per amorem, et secundum odium, odium cog-
noscimus per odium quod est difficile sive triste, ut manifestat
secundum translationem Boetii, quod dicit: Discordiam autem discordia mala.
Sic igitur patet quod aliquis reputari inconveniens et contra quod ponitur Deus fe-
licissimus. Sed quia ista ratio videbatur esse extra propositum,
ideo ad principale propositum rediens dicit quod redeundo ad id
unde prius erat ratio manifestum est quod accidit Empedocli quod odium non
sit magis causa corruptionis quam existendi. Deinde cum dicit:
Similiter autem neque amor etc. ponit tertiam rationem ex parte am-
oris, et dicit quod similiter et amor non est causa generationis ut ex-
dictis ipse ponebat. Si autem est postea accidat. Dicebat
enim quod cum omnia elementa in unum congregabantur tunc erat
corruptio mundi, et sic amor corrumpit omnia. Quantum ergo
ad totum mundum amor erat causa corruptionis, odium autem
generationis; quantum ad singulares res odium erat causa
corruptionis et amor generationis. Deinde cum dicit: Simul
autem ipsius transmutationis etc. Ostendit quod eius non sunt sufficientes.
Dicebant enim quandam transmutationem esse in rebus odii et ami-
citie, id est quod amor quandoque omnia uniebat et postmodo
vero odium omnia separabat. Sed causam quare sic transmutaretur
ut quodam tempore dominaretur odium et alio tempore am-
or, nullam aliam dicebat nisi quia sic aptum natum est esse,
et ponit quedam verba Empedoclis que quidem in greco metrice

scripta sunt. Hanc autem difficultatem et diversitates a communi modo loquendi. Sunt autem hec verba eius: aliquando magnum odium in membris iunctum est et ad honorem incendebat perfecto tempore quod mutabilis dissolvat sacramentum / littera nostra vero habet sic: quia cum magna discordia in membris alia sit in honore quando perfectum sit completo anno quod illis mutatur amplo reddit sacramento / ad cuius intellectum notandum est quod Empedocles ponit de toto mundo ad similitudinem unius alicuius in membris ... prius quod est magna convenientia quam amorem nominabat sive concordiam / sed postea paulatim incipit aliqua dissonantia esse quam dicit discordiam / et sic in partibus universi a principio erat magna concordia et postea paulatim incipit odium quousque odium procedat ad honorem idest ad hoc quod dominetur sicut ante / quod quidem fit perfecto tempore quodam determinato vel completo quodam anno quem ponebat Empedocles. quod scilicet odium vel concordiam vel amor mutabilis existens dissolvit sacramentum idest unionem precedentem elementorum vel amor sive odium reddit amplo sacramento / quia quadam potentia et certa virtute reddit ad dominandum in rebus / patet quod verba Empedoclis aliter faciens vim in hoc quod dixit mutabilis subiungit exponens quasi necessarium ens transmutatum quasi dicat sicut predictum dixit Empedocles ac si necessarium sit esse transmutationem odii et amoris. Quia nullam causam dicit huius necessitatis immo non aliud est manifestum causam transmutationis et odii et amoris preter motum reliquum causat generationem et corruptionem in rebus sed causam non potest assignari totius universi sic transmutationem per amicitiam et litem. Unde patet quod eius dicta sunt illusiones.

Deinde cum dicit attamen tantum solum dicit propter consequentem et cetera. Dicit quod predictum dictum Empedoclis non est ad propositum et dicit quod hoc solum videtur dicere consequenter idest manifeste quod non ponit quedam existentium ex principiis esse corruptibilia et quedam non corruptibilia. Sed omnia ponit esse corruptibilia preter sola elementa et ita videtur evadere predictam dubitationem quam dubitabamus quare quedam sint corruptibilia et quedam non sint ex eisdem principiis. Unde et patet quod eius dictum non est ad propositum quia intendit id de quo est dubium. Quia posset queri quomodo hoc dicit quod Empedocles ponebat omnia esse corruptibilia preter elementa cum supra dixit unum esse scilicet deum ex aliis principiis compositum quam ex odio et per consequens esse incorruptibile et dicendum quod Empedocles ponebat duplicem corruptionem in rebus sicut ex predictis patet unam quidem per confusionem totius universi quam faciebat amor et ab hac corruptione non ipsum deum faciebat immunem cum in eo poneret amorem qui tamen ei conveniebat aliam quam corruptionem ponebat singularium rerum cuius principium est odium et ab hac corruptione excludebat a deo per hoc quod in eo odium non ponebat. Sic igitur agit epilogando consequenter dicit

dictam esse ad ostendendum quod non sint eadem principia corruptibilium et incorruptibilium. Deinde cum dicit si vero diversa principia et cetera obicit ad contrariam partem per duas rationes quarum prima est si non sint eadem principia corruptibilium et incorruptibilium relinquitur quod utrum principia corruptibilium sint corruptibilia an incorruptibilia. Si dicatur quod sint corruptibilia ostendit hoc esse falsum duplici ratione quarum prima est omne corruptibile corrumpitur in ea ex quibus est. Si igitur principia corruptibilium sunt corruptibilia oportet iterum ponere alia principia ex quibus sint / et hoc inconveniens est. Si ponatur principia procedere in infinitum. Ostensum est enim secundo quod secundum nullum genus cause contingit in principiis procedere in infinitum / similiter est inconveniens si dicatur quod sit status in principiis corruptibilibus cum corruptio videatur esse per resolutionem in aliquid prius / secunda ratio est quia si principia corruptibilium sint corruptibilia. Oportet quod corrumpantur quia omne corruptibile corrumpitur sed postquam sunt corrupta non possunt esse principia quia quod corruptum est non potest aliquid causare. Cum igitur corruptibilia semper causentur per successionem non potest dici quod principia corruptibilium sint corruptibilia / Si autem dicatur quod principia corruptibilium sint incorruptibilia manifestum est quod si aliqua principia incorruptibilium sint incorruptibilia / relinquitur igitur questio quare ex quibusdam incorruptibilibus principiis producuntur effectus corruptibiles et ex quibusdam effectus incorruptibiles. Hoc enim non videtur esse rationabile sed aut est impossibile aut indiget multa manifestatione / secunda ratio ad principale propositum ponitur ibi. Amplius autem nullus conatus est et cetera. Sumitur ex communi opinione omnium / nullus enim conatus est hoc dicere quod sint diversa principia corruptibilium et incorruptibilium sed omnes dicunt eadem esse principia omnium / et tamen id quod primo obiectum est scilicet pro prima parte ac si esset aliquid modicum omnes leviter transeunt quod est corrodere. Unde littera boetii habet sed primum obiectum deglutiunt sicut hoc parvum quoddam opinantes / Solvitur autem dubitatio ista ab eodem philosopho .i. in .xii. ubi philosophus dicit prima quidem principia accidentia sive motiva esse eadem omnium sed quodam ordine / Nam prima quidem sunt incorruptibilia et mobilia. Secunda autem sunt incorruptibilia et mobilia scilicet celestia corpora que per suum motum causant generationem et corruptionem rerum / principia autem intrinseca non sunt eadem numero corruptibilium et incorruptibilium sed per analogiam. Non tamen principia incorruptibilium que sunt materia et forma sunt corruptibilia per se sed solum per accidens. Sic enim corrumpuntur materia et forma corruptibilium ut habetur in primo physicorum.

Omnium autem ad considerandum difficillimum et cetera. Postquam philosophus inquisivit utrum principia sint eadem vel diversa hic inquirit quomodo se habent ipsum unum et ens ad hoc quod sint principium. Et circa hoc duo facit primo inquirit an ipsum unum sit principium. Secundo inquirit an numeri et ea que ex uno oriuntur sint principia vel substantie rerum. Habita autem dubitatione et cetera. Circa primum duo facit primo ostendit quod sunt quidam veritates separate principia ibi. Octo vero dubitationes et cetera. Circa primum tria facit primo movet dubitationem. Secundo ponit opiniones

ad inveniendum veritatem ibi: Huius namque illa etc. Tertio ponit rationes ad utramque partem ibi: Accidit autem si quidem etc. Dicit ergo primo quod inter omnes alias quaestiones motas una est difficilior ad considerandum propter efficaciam rationum ad utramque partem, et quae etiam est maxime necessaria, quia ex hoc dependet iudicium de substantiis rerum. Cum ergo quaeritur utrum unum et ens sit substantia rerum, id est utrum neutrum eorum oporteat attribuere alicui alteri naturae quasi informetur unitate et entitate, sed potius ipsa unitas et esse rei sit eius substantia. Vel econtrario oportet inquirere quid sit id quod est esse unum vel esse ens, quasi quaedam alia natura subiecta entitati et unitati. Deinde cum dicit: Hi namque etc. ponit opiniones ad utramque partem. Et dicit quod philosophorum quidam opinati sunt sic, quidam aliter. Plato enim et Pythagorici non posuerunt quod unum et ens advenirent alicui naturae, sed unum et ens esse naturam rerum, quasi ipsum quod est esse et unitas sit substantia rerum. Alii vero philosophi de natura loquentes attribuunt unum et ens alicui alii naturae. Sicut Empedocles reducit unum et ens ad aliquid notius quod dicebat esse unum et ens, scilicet videtur esse amor, qui est causa unitatis in omnibus. Alii vero naturales philosophi attribuunt quibusdam elementis, sicut ponentes unum principium, ut ignem vel aerem. Similiter et ponentes plura principia, cum ponerent principia rerum materialia esse substantias rerum, oportebat quod in unoquoque eorum constituerent unitatem et entitatem rerum, et quod quicumque ea ponerent esse principia, ex consequenti opinarentur quod per ea attribuerunt omnibus esse et unum, sive ponerent unum principium sive plura. Deinde cum dicit: Accidit autem etc. ponit rationes ad utramque partem. Et primo ponit rationes pro opinione Platonis et Pythagorica. Secundo ponit rationes contra opinionem naturalium, ibi: At vero si fuerit etc. Circa primum ponit talem rationem: necesse est ponere quod ipsum unum et ens separatum sit quaedam substantia aut non. Si dicatur quod non est aliqua substantia quae sit unum et ens, sequuntur duo inconvenientia, quorum primum est quod unum et ens sunt maxime universalia inter omnia. Si ergo unum et ens non sunt separata, quasi ipsum unum aut ens sit substantia quaedam, sequitur quod nullum universale sit separatum, et ita sequitur quod nihil erit in rebus nisi singularia, quod videtur esse inconveniens, ut in superioribus quaestionibus habitum est. Secundum inconveniens est quia numerus non est aliud quam unitates, id est compositus ex unitatibus, id est compositus. Numerus enim unitas autem est quoddam ipsum unum. Si igitur ipsum unum non sit separatum quasi substantia per se existens, sequitur quod numerus non erit quaedam natura separata ab hiis quae sunt in rebus, quod patet esse inconveniens esse secundum ea quae dicta sunt in superioribus. Sic ergo non potest dici quod unum et ens non sit aliqua substantia per se existens. Si igitur detur

// quod tamen ibi dicitur non existente

alia pars dicendo, scilicet quod aliquid sit ipsum unum et ens separatum existens, necesse est quod ipsum sit substantia omnium rerum de quibus dicitur unum et ens. Omne enim separatum per se existens quod de pluribus praedicatur est substantia eorum de quibus praedicatur. Sed nihil aliud ita universaliter dicitur de omnibus sicut unum et ens. Ergo unum et ens erit substantia omnium. Deinde cum dicit: At vero si erit aliquid etc. obicit ad partem contrariam et ponit duas rationes, quarum secunda incipit ibi: Amplius si indivisibile etc. Circa primam duo facit. Primo ponit rationem. Secundo ostendit quomodo ex ratione inducta quaedam redditur difficilis ibi: Utrobique autem difficile etc. Est ergo prima ratio talis: si aliquid est quod sit ipsum ens et ipsum unum quasi separatum existens, oportebit dicere quod id ipsum sit unum quod ens. Sed quicquid est diversum ab ente non est. Ergo sequitur secundum rationem Parmenidis quod quicquid est praeter unum sit non ens, et ita necesse erit omnia esse unum, quia non poterit poni quod id quod est diversum ab uno quod est per se separatum sit aliquid ens. Deinde cum dicit: Utrobique autem difficile etc. ostendit quomodo ista ratio difficultatem facit in opinione Platonis ponentis numeros esse substantias rerum. Et dicit quod ex utraque parte sequitur difficultas, sive enim dicatur quod ipsum unum separatum sit substantia quaedam, sive quod non sit, quomodo enim hoc ponatur impossibile esse, quod numerus sit substantia rerum. Quod si ponatur quod unum non sit substantia, dictum est prius quae inconvenientia sequuntur. Si vero ponatur quod ipsum unum sit substantia, sequitur eadem dubitatio quae erat de esse unum et ens. Aut enim praeter ipsum unum quod est separatum per se subsistens est aliud unum aut non. Et si quidem non sit aliquid aliud ab uno, non erit iam multitudo, sicut Parmenides dicebat. Si aliud est aliquid ab uno, oportebit quod illud aliud ab uno, cum non sit hoc ipsum quod est unum, quod fiat unum ex aliquo quod est praeter ipsum unum et ex consequenti praeter ens, et sic necesse est ut illud ex quo fit quod unum sit non ens, et sic ex isto uno quod est praeter ipsum unum non poterit constitui multitudo in entibus, quia omnia entia aut sunt unum aut sunt multa quorum unumquodque est unum. Hoc autem unum est non ens, ex eo quod non est unum vel ens. Deinde cum dicit: Amplius si indivisibile etc. ponit secundam rationem, et circa hoc tria facit. Primo ponit rationem. Secundo solvit eam ibi: Sed quoniam hic speculatur etc. Tertio ostendit adhuc difficultatem remanere ibi: Sed quomodo ex uno etc. Dicit ergo primo quod si ipsum unum separatum sit indivisibile, secundum dignitatem primam quam supponebat Zeno, quod nihil sit. Supponebat enim Zeno quod id quod additum non facit maius et ablatum non facit minus, non est de existentibus, sed supponit illud non esse ens quod maius

eorum

ideo quod additum non facit maius et subtractum non facit minus, sicut ergo si omne ens esset magnitudo sequeretur quod id non facit maius et minus additum et subtractum non sit ens. Et ad hoc si aliquis perfecte velit hanc sufficienter ostendere, oportebit quod omne ens sit magnitudo corporalis corporea, quia secundum quamcumque dimensionem additum et subtractum facit maius et minus. Aliae vero magnitudines non semper faciunt aliena, sed aliquam dimensionem addita faciunt maius, sed aliter aliquid non: linea enim lineae addita secundum longitudinem facit maius, non autem secundum latitudinem. Superficies autem addita superficiei facit quidem maius secundum longitudinem et latitudinem, sed non secundum profunditatem. Punctum autem et unitas nullo modo faciunt maius vel minus. Ergo secundum sententiam Zenonis sequitur quod punctum et unitas sint omnino non entia, corpus autem omnino ens, superficies autem et linea quodammodo entia et quodammodo non entia. Deinde cum dicit quoniam hoc speculatur etc., solvit quaestionem contra positionem Zenonis. Et dicit quod quia Zeno ponens tale principium speculatur grosse et rude, et contingit ei quod secundum ipsum non contingit aliquid esse indivisibile, oportet quod aliqua ratio praemissis rationi detur. Et si non sit ad rem, saltem tamen ad hominem dicentem, scilicet quod unum et si additum alteri non faciat maius, facit tamen plus. Et hoc sufficit ad rationem entis quod faciat maius in continuis et plus in discretis. Deinde cum dicit sed quomodo ex uno tali etc., ostendit difficultatem quae adhuc remanet Platonicis, scilicet praedicta solutione. Et inducit duas difficultates, quarum prima est quia Platonici ponebant quod ipsum unum indivisibile non solum est causa numeri, qui est pluralitas quaedam, sed etiam est causa magnitudinis. Sed si gratia detur quod unum additum faciat plus, quod videtur sufficere ad hoc quod unum sit causa numeri, quomodo poterit esse quod ex hoc tamen uno indivisibili aut ex pluribus talibus fiat magnitudo, ut Platonici posuerunt? Simile enim hoc videtur esse sicut si quis ponat lineam ex punctis. Nam unitas est indivisibilis sicut et punctum. Secundam difficultatem ponit ibi at vero et si quis ita putet etc. Et dicit quod si quis ita existimet quod numerus sic fiat ex uno indivisibili et ex alio aliquo quod non sit unum, sed participet unum sicut quadam materiali natura, ut quidam dixerunt, nihilominus remanet adhuc quaerendum propter quid et quare et quomodo id quod fit ex illo uno formali et alia natura materiali quandoque dicitur non unum, quandoque est numerus, quandoque autem est magnitudo. Et praecipue si id non unum materiale sit inaequalitas quae significatur per magnum et parvum. Eadem enim non videtur quomodo ex hac inaequalitate et uno formali fiant magnitudines. Necnon et quomodo ex alio uno formali et hac inaequalitate quae nihil fiat magnitudines. Ponebant enim Platonici quod ex primo uno et ex prima dualitate fiebat numerus, ex quo uno et aliqua inaequalitate nihil fiebat magnitudo. Sed haec dubitatio solvitur ab Aristotele in sequentibus cum dicit. Sed contra enim sit aliquod separatum quod sit ipsum unum et ens, infra in XII probabit, ostendens universalia omnino separata, quod tamen non est substantia omnium eorum quae sunt unum sicut Platonici putabant, sed est omnis unitas et est principium. Unum quod per quod de alius rei dicitur, dicitur uno modo per quod convertitur cum ente, et sic unaquaeque res est una per suam essentiam, ut infra in quarto probabit. Non autem ad additionem unius quod est non solum rationem indivisibilis, alio modo dicitur unum secundum quod significat rationem primae mensurae, ut sicut in aliquo genere est hoc quod si sit simpliciter minimum indivisibile est unum quod est principium et mensura numeri. Si autem non sit simpliciter minimum et indivisibile secundum simpliciter, sed secundum positionem, erit unum et mensura, ut assis in ponderibus et diesis in melodiis et in mensura pedalis in lineis. Et ex tali uno nihil prohibet componi magnitudinem, et hoc declarabit in X. Hoc quod Platonici existimaverunt idem esse unum quod convertitur cum ente et unum quod est principium numeri esse substantiam cuiuslibet rei, ex quo numerum in continuum ex pluribus substantiis plurium rerum compositarum substantia constat, hinc est quod difficultatibus praecertabit in XII et XIII.

Huius autem veritatis dubio etc. Postquam philosophus inquisivit utrum unum et ens sint substantiae rerum, hic inquirit utrum numerus et magnitudines sint substantiae rerum. Et circa hoc tria facit. Primo movet dubitationem. Secundo obicit ex una parte ibi siquidem si non sunt etc. Tertio obicit ex parte contraria ibi at vero si quidem hoc confessum est etc. Dicit ergo primo quod dubitatio habita, scilicet quae est ad praemissa consequens, unum et principium magnitudinum, scilicet corpora et superficies et termini eorum ut puncta et lineae sint aliquae substantiae vel quaedam separatae, vel etiam sint substantiae ipsorum sensibilium an non. Dicit autem hanc dubitationem esse quae continetur ad praemissa, quia in praemissa dubitatione quaerebatur utrum unum sit substantia rerum; unum autem est principium numeri; numerus autem videtur esse substantia magnitudinis, sicut et punctum, quod est principium magnitudinis, nihil aliud videtur quam unitas positionem habens, et linea dualitas positionem habens, et superficies ternarius positionem habens, corpus autem quaternarius positionem habens. Deinde cum dicit siquidem si non sunt etc., obicit ad ostendendum quod praedicta sint substantiae rerum, et est hoc tamen facit. Primo obicit ad ostendendum quod corpora sint substantia rerum, secundo quod mathematica magis, ibi at vero corpora etc. Tertio ostendit quomodo praedicta procedere philosophi sunt

erant secuti. i. Quod multi quidem etc. Dicit ergo primo quod
si predicta non sunt substantie quedam fugiet a nobis quid
sit substantia entis et que sunt substantie entium. Manifestum est enim quod passi
ones et motus et relationes et dispositiones seu ordines
et orationes, sive quocumque nomine proferuntur, prout ponuntur in
genere quantitatis non videntur aliquid significare substantiam, quia omnia vi
dentur huiusmodi dici de aliquo subiecto, et nichil eorum significare hoc aliquid
id est aliquid absolutum et per se subsistens. Et hoc specialiter manifestum est
in principiis que non dicuntur absolute, sed eorum ratio in
quadam ratione consistit. Inter omnia vero que maxime vide
ntur significare substantiam sunt aer et ignis, terra et aqua, ex qui
bus substantialiter componuntur corpora mixta. Preterea calor autem
aere quod maxime est sensibilibus unde aliqui opinati sunt aerem
magis esse. In huiusmodi autem corporibus inveniuntur quedam dis
positiones scilicet calor et frigus et alie huiusmodi passiones vel
passibiles qualitates que non sunt substantie sed predicta subiecta reli
quuntur quod solum corpus sit substantia. Deinde cum dicit
At vero corpus etc. procedit ulterius ad ea que videntur
magis esse substantie quam corpus et dicit quod corpus videtur esse minus sub
stantia quam superficies et superficies minus quam linea et linea minus
quam punctum aut unitas. Et hoc probat per duo me
dia quorum unum est quia id per quod aliquid determinatur videtur
esse substantia eius secundum illam dictionem significante substantiam. Sed corpus deter
minatur per superficiem et superficies per lineam et linea per pu
nctum et punctum per unitatem quia dicitur quod punctus est unitas
positionem habens. Ergo superficies est substantia corporis et sic de aliis. Secun
dum est quia cum substantia sit primum in entibus id quod est prius videtur esse
magis substantia. Sed superficies est naturaliter prior corpore quia superficies
potest esse sine corpore non autem corpus sine superficie. Ergo superficies est
magis substantia quam corpus et idem potest argui de omnibus aliis per
ordinem. Deinde cum dicit, propter quod multi quidem etc.
ostendit quo philosophi propter hec secuti fuerant predictas rationes. Et
dicit quod propter predictas rationes multi antiquorum philosophorum et maxime
illi qui fuerunt priores non opinabantur esse entis substantiam
corpus, omnia vero alia esse quedam accidentia corporis, et ideo quando
volebant inquirere principia entium inquirebant principia corporum
ut supra in primo tactum est opiniones antiquorum naturalium. Alii vero poste
riores philosophi qui reputabantur sapientiores predictis philosophis
cum altius attingerent principia rerum scilicet Pictagorici et Platonici nu
meros esse substantias rerum in quantum scilicet numeri componuntur ex
unitatibus. Unum autem videtur esse una substantia rerum. Sic igitur videtur per
premissas rationes et philosophorum opiniones quod si predicta non
sint substantie rerum scilicet numeri et linee et superficies et corpora nichil
erit ens, id est nullum ens, dignum ut si ista non sint entia quod
accidentia eorum entia nominentur. Deinde cum dicit
At vero si hec quidem etc. obviat in contrarium et ponit .iiii. rationes
quarum prima talis est. Si aliquis confiteatur quod longitudines et puncta sint
magis substantie quam corpora, sequitur quod si huiusmodi non sunt substantie et corpora
non sunt substantie, et per consequens nichil erit substantia, quia accidentia

corporum non sunt substantie. Hec enim ~~aliquorum~~ corporum, ut ergo dictum est
quod puncta et linee et superficies non sunt substantie. Hec enim oportet
aliquorum corporum esse, scilicet punctum esse terminum linee
et lineam superficiei et superficies corporis. Non autem videtur
corporum sint ille superficies que sunt substantie vel linee vel punc
ta. Manifestum est enim quod linee et superficies quorum sensibilium corporum
non sunt substantie; variantur enim per modum aliorum accidentium et
in substantiis. Sequitur ergo quod nichil erit substantia. Secundam rationem ponit 2a ro
ibi. Amplius autem hec omnia etc. Que talis est. Omnia pre
dicta videntur esse quedam corporum dimensiones vel
secundum latitudinem ut superficies vel secundum profunditatem ut corpus
vel secundum longitudinem ut linea. Sed dimensiones corporis non sunt
substantie. Ergo huiusmodi non sunt substantie. Tertiam rationem ponit ibi. 3a ro
Adhuc autem similiter inest etc. Que talis est. In corpore solido non
inest scilicet potius aliqua figura quam alia que fieri potest ex illo solido per
aliquam divisionem. Sed manifestum est quod in quodam magno lapide
non dum secto non inest Mercurius id est figura Mercurii in actu
sed solum in potentia. Ergo similiter in cubo id est in corpore habente sex su
perficies quadratas non inest medietas cubi que est quedam
alia figura in actu. Sed hec medietas est actu quando iam cubus
dividitur in duas medietates. Et quia omnis protractio nove
figure in solido excisio fit secundum aliquam superficiem que
terminat figuram, manifestum est quod nec est superficies talis erit in
corpore in actu sed solum in potentia, quia si quelibet superficies posset
considerari esse in actu in corpore solido, pari ratione esset ibi
in actu superficies que terminat figuram medietatis.
Quod dictum est de superficie intelligendum est in linea et puncto et
unitate. Hec enim in continuo non sunt in actu nisi solum quando
ad illa quis determinat continuum. Quare manifestum est non esse substan
tias corporis aliquas superficies vel lineas; non possunt esse corporis
substantia quia non sunt actu in ipso; substantia autem actu est in corpore
et est substantia. Unde concludit quod si sit omnia maxime videtur esse
substantia corpus, superficies autem et linee magis videntur esse substantia
quam corpus, hec autem non sunt entia in actu nec sunt aliqua substantie,
videtur effugere cognitionem nostram quid sit ens et que sit rerum
substantia. Quartam rationem ponit ibi. Palam est dictis etc. 4a ro
et primo ponit rationem. Secundo manifestat eam in quodam
simili ibi, quod autem sicut etc. Dicit ergo primo quod cum dictis inden
tur quod inconvenientia accidit ex parte generationis et corrup
ponentibus lineas et superficies esse substantias rerum. Omnis enim
substantia que prius non fuit et postea est aut prius fuit et
postea non est videtur hoc pati cum generatione et corruptione. Et
hoc manifeste apparet in omnibus hiis que per motum causantur. Sed
puncta et linee et superficies quandoque quidem sunt, quandoque vero non
sunt, et tamen nec generantur nec corrumpuntur. Ergo non sunt substantie.
Probat autem utrumque suppositorum. Primo quidem quod quandoque sunt
et quandoque non sunt. Non enim corpora prius divisa copulantur in unum
cum prius copulata dividuntur; quando autem corpora prius divisa copulantur
fit una superficies duorum corporum quia partes corporis conti



inuicem copulantur ad unum communem terminum quae est superficies una
quando vero corpus unum dividitur in duo efficiuntur duae su-
perficies quae non prius erant. Quia ipsi corpori duo componuntur quod
duae superficies eorum maneant sed utraque corrumpitur vel desi-
nit esse. Similiter quando corpus dividitur incipiunt esse de novo
duae superficies prius non existentes. Non enim potest dici quod autem
superficies quae est indivisibilis secundum profunditatem dividatur in duas su-
perficies secundum profunditatem aut linea quae est indivisibilis secundum latitudinem
aut punctum quod est omnino indivisibile quomodo non dividatur et sic patet
quod existunt non prius existentes duo in una divisione vel ex du-
obus prioribus secundum unum in una compositione unum relinquitur
quod puncta et lineae et superficies quandoque esse incipiant et quandoque
esse deficiant. Tertio comprobat quod supponebat scilicet quod
ista non generantur nec corrumpuntur. Omne enim quod generatur ex
aliquo generatur et omne quod corrumpitur in aliquid corrumpitur sicut in ultimum
sed non est dare aliquam materiam ex qua ista generentur et in quam
corrumpantur cum sint simplicia. Ergo non generantur neque cor-
rumpuntur. Deinde cum dicit similiter autem se habet et cetera. Mani-
festat praemissam rationem in simili scilicet nunc in tempore sicut
punctum in linea. Sicut autem nunc non generatur et corrumpitur quia si
generaretur vel corrumperetur oporteret quod generatio aut corruptio
ipsius mensuraretur aliquo tempore vel instanti et sic mensura
ipsius nunc esset aliud nunc instans vel tempus quod est impossibile
et tamen licet nunc non generetur et corrumpatur tamen videtur esse semper al-
terum nunc non quidem quod differat secundum substantiam sed secundum esse quia
substantia ipsius nunc respondet mobili variatio autem ipsius nunc
secundum esse respondet variationi motus ut ostenditur in quarto
physicorum. Similiter ergo videtur se habere de puncto in comparatione
ad lineam et de linea in comparatione ad superficiem et de
superficie in comparatione ad corpus scilicet quod non corrumpantur nec
generentur et tamen aliqua variatio accidat esse hi-
cadem enim ratio est de omnibus. Huius omnia enim haec sunt termini
sed quod in extremo considerantur ut divisione sed quod sunt in medio unum
sunt secundum defluxum motus variatur nunc secundum se licet manet
actio secundum substantiam [illegible] variatur punctum
nunc sicut et alia [illegible] lineae dicimus licet non corrumpantur
nec generentur simpliciter et eadem ratio est de aliis. Hinc autem quod omnia
philosophus pertractat in XIII et XIIII et ultimo huius quod ostensum est quod
haec mathematica non sunt substantiae rerum sed sunt accidentia sive
terminus substantiarum deceptio autem quorundam ad magnitudines pervenit ex
hoc quod non distinguebant de corpore secundum quod est in genere substantiae et secundum
quod est in genere quantitatis in genere enim substantiae est secundum quod componitur ex
materia et forma quam consequuntur dimensiones in materia corpora-
lis quae dimensiones pertinent ad genus quantitatis quae non
sunt substantiae sed accidentia quae sequuntur substantiam compositam ex materia
et forma sicut est superdictum est quod deceptio ponentium
mathematica esse substantiam rerum proveniebat ex hoc quod non distin-

Sequebatur inter unum quod est principium numeri et unum
quod convertitur cum ente.

Omnino vero dubitabit aliquis et cetera. Postquam philosophus
inquisivit utrum mathematica sint principia rerum se-
nsibilium hic inquirit utrum praeter mathematica sint aliqua alia
principia puta quas dicunt species quae sunt aliae a sensibilibus et mathematicis sen-
sibilium et circa hoc tria facit. Primo movet dubitationem. Secundo in-
ducit rationem ad unam partem ibi si enim non propter hoc et cetera.
Tertio obiicit ad partem contrariam ibi at vero si quis ponit
et cetera. Dicit ergo primo quod supposito ipso quod mathematica non sint principia rerum
sensibilium et corporum sensibilium aliquis dubitabit quare oportet
quaerere praeter sensibilia et praeter mathematica quae sunt inter sen-
sibilia et species aliqua alia entia quae ponimus
species vel ideas separatas. Deinde cum dicit si enim non
propter hoc et cetera obiicit ad unam partem scilicet quod non esse rationem
quare oporteat species ponere praeter sensibilia et mathematica quia
mathematica a sensibilibus quae sunt hic differunt in aliquo
differunt autem in aliquo quia mathematica abstrahuntur a materia
sensibili non tamen differunt in hoc sed magis conveniunt quod sicut
in sensibilibus inveniuntur plura numero differentia eiusdem speciei ut
potest plures homines aut plures equi ita et in mathematicis
inveniuntur plura numero differentia eiusdem speciei puta plures
trianguli aequilateri et plures lineae aequales et si ita est
sequitur quod sicut principia sensibilium non sunt determinata per numerum sed
per speciem ita etiam est intermediorum vel mathematicorum non enim
quod sensibilium ipsorum quod sunt plura in individua unius speciei
sensibilium principia sensibilium non sunt determinata numero sed specie
non forte accipiantur principia huius individui quae sunt
in numero determinata et individualia et propter hoc etiam in voca-
bulis est enim quae vocis litterae sunt principia non tamen
sunt aliqua numero determinata individualiter sed so-
lum per speciem sunt determinatae litterae secundum aliquem numerum quia
.xx. sunt vocales et aliae consonantes sed haec determinatio est
per speciem non per numerum. Non enim est unum solum a sed
multa et sic de aliis litteris. Nisi accipiantur hae
litterae quae sunt principia huius determinatae syllabae vel dictionis aut
orationis. Sic sunt determinatae numero et eadem ratio est cum sint
multa mathematica numero differentia in una specie non
potuit esse mathematica principia mathematicorum determinata numero
sed determinata specie solum puta si dicamus quod principia trian-
gulorum sunt tria latera et tres anguli sed haec determinatio
est per speciem quia nam eorum in infinitum multiplica-
tur si igitur non esset praeter sensibilia et mathematica separata quod ista
species non erit una per numerum et quod principia entium non erunt
determinata in aliquo numero sed solum erunt determinata secundum
speciem. Sed hoc est necessarium quod sint determinata per numerum. Vi-
detur enim cum oportet esse principia rerum in aliquo numero determinata quod necesse

sint species esse preter mathematica et sensibilia. et hec est quod plato interdum
voluit dicere et quod sunt extra necessitate ad ponere eorum quod sunt
in singulis sensibilia species unum ad eum non comparatur ad se
actionis. homo enim in individuo comparatur ad suam actionem. sed alium
ut magis. Sed homo separato quod est species secundum platonicos non
comparatur per actionem. sed solum quod pertinet ad totam speciem et
generis hec dicere intendat non tamen hec unum de articulatur id est
non unum distinguitur. Deinde cum dicit At vero si
ponunt et cetera. obicit in contrarium et dicit quod si ponamus species se
paratas esse et quod principia rerum non solum sint declarata specie
sed et numero quedam inconveniencia sequitur que sunt in quadam
questione sunt tacta. hec autem dubitationem philosophus determinat
in xii. xiii. et xiiii. Probat enim huius dubitationis est quod
sunt mathematica non sunt preter sensibilia in necessitate species rerum separ
ate preter mathematica et sensibilia. principia quam rerum efficiencia
et movencia sunt quod determinata numero. Sed principia formalia
rerum quorum sunt multa in individua unius speciei non sunt de
terminata numero sed solum specie

Huius autem affine est querere et cetera. Proponit philosophus inquirit
utrum sint principia. Et inquirit utrum sint in potentia vel actu et utrum sint
in potentia ut in actu. Secundo utrum sint universalia ut singularia ibi
Et utrum universalia et cetera. Circa primum tria facit. Primo movet du
bium. Secundo obicit ad unam partem ibi Nam si aliter et cetera.
Tertio obicit in contrarium ibi Si vero priora et cetera. Querit
ergo primo utrum prima principia sint in potentia ut aliquid medium
id est in actu. Et hoc dubium inducitur propter antiquos naturales
qui ponebant sola principia materialia que sunt in potentia. Platonici
autem ponentes species quas principia formalia ponebant
eas esse in actu. Deinde cum dicit Nam si aliter
et cetera. probat quod principia sint in potentia. Si enim est in actu alia
actu requiritur quod ad esse principia principium potentia enim est
prior actu ut patet ex hoc. quod prius est aliquid non potest
potentia essendi sequitur aliud est quod prius esse. Non autem ex
necessitate est si est possibile quod sit actu. Sed autem inconveniens
quod aliud sit prius principiis. ergo impossibile quod primum principium sit
alia quam in potentia. Deinde cum dicit Si vero priora et cetera.
obicit in contrarium quod si principia rerum sint in potentia sequitur quod nichil entium
actu sit. Nam id quod est possibile esse nondum est. et huius probat per hoc
quod id quod fit est non ens. quod cum iam est non fit. Sed non fit
nisi quod possibile est esse. ergo omne quod est possibile esse est non ens. Si
igitur principia sint tantum in potentia erit non entia. Si autem principia non
sint nec effectus sunt. Et quod contingit non esse entia. Et
conclusio epilogans quod predicta necesse est dubitare de principiis
et causis. primo omnes premissas. hec autem questio determinatur in ix. Ubi ostendit
quod actus est simpliciter prior potentia. Sed potentia est prior actu tempore in eo quod
movetur de potentia ad actum. Et sic oportet primum principium esse in actu
et non in potentia ut ostendit in xii. huius. Deinde cum dicit
Et utrum universalia sint et cetera. Inquirit utrum principia sint

per modum universalium. an per modum singularium. Et circa hoc tria facit.
Primo proponit dubium. Secundo obicit ad unam partem ibi Nam
si universalia et cetera. Tertio obicit ad aliam ibi Si autem non universalia et cetera.
Est ergo dubium utrum principia sint ita quod universalia ut existentia per
modum quedam singularium. Deinde cum dicit Nam si universalia
et cetera. probat quod principia non universalia. Tale enim nullum commune est pre
dicatum demonstrat signatum hoc aliquid. Sed significat tale. Sed commune non
dicitur per quod hec aliquid accidentis. Substantia significat tale est uni
da. Sed singularitas comparatur unitas. Id est universalia. Sed dictum est hoc est quod hoc aliquid
dicitur quod ipsa substantia quia aliquid in se subsistit non potest esse in multis
cum quod est de ratione communis quod unum in multis. Est et in se subsistit
non est ipsum esse multa. quod ipsum est communis substantia. Nam commune est
quod est unum in multis. Sic igitur patet quod nullum commune signi
ficat hoc aliquid. Sed significat formam in multis existentem. Addita autem
unitione sequitur quod substantia significat hoc aliquid. Et hoc aliquid unum est quod ad for
mas substantiam maxime et ipse substantia dicuntur ut hec in predicamentis
habitum est. Substantie enim in se subsistentes. Relinquitur ergo quod principia
si fuerint universalia non sunt substantie. Et in ipsa substantia non erunt aliqua principia
vel oportebit dicere quod non substantia sit substantia principia. Et quod
aliquid predicatur commune quod ad esse commune predicatum significat
hoc aliquid. Consequens cum dicit Sed si est hoc et cetera. Oportet quod idem et
hoc sequeretur si id quod commune predicatur sit hoc aliquid. Sequeretur et
quod omne id de quo id commune predicatur sit hoc aliquid. quod est
commune. Sed planum est de Socrate plato et homo et animal quorum
utrumque scilicet homo et animal est quoddam commune predicatum
quod sit hoc aliquid. Sequitur quod Socrates sint tria hoc aliquid. quod ipse Socrates est
Socrates quod est hoc aliquid. Ipse et est homo quod est secundum
predicatum hoc aliquid. Ipse et est animal quod similiter est hoc aliquid. Et
erit ergo tria hoc aliquid. Et similiter sequitur quod sit et
alia. Nam animal predicatur de seipso et de homine et
de Socrate. Cum ergo hoc sit inconveniens. Id enim est quod aliquid
commune predicatum sit hoc aliquid. hec igitur sunt inconveniencia
que sequuntur si universalia sint principia. Deinde cum dicit
Si autem non universalia et cetera. obicit in contrarium. Si enim
omnes scientie sunt universalium non sunt singularium. Sed
universalium. Si igitur aliqua principia non sunt universalia sed
singularia non erunt scibilia per seipsa. Si igitur de
hiis debeat aliqua scientia haberi oportebit esse alia priora
principia que sunt universalia. Sic igitur oportet quod principia esse universalia. ad
hoc quod scientia habeatur de rebus. Quia ignorantis principiis necesse
est alia ignorari. Sed autem questio declaratur in vii. Ubi ostendit
quod universalia non sunt substantie neque principia rerum. Nec cum propter hoc
sequitur si principia et substantie rerum sint singularia quod
eorum non possit esse scientia. Cum quia res immateriales
singulares etiam si sint singulares subsistentes
sunt intelligibiles. Tum etiam quia de singula
ribus est scientia secundum universales eorum rationes
per intellectum apprehensas

Est scientia quedam que speculatur ens et cetera. In precedenti libro disputative processit de illis que debent in hac scientia considerari. Hic incipit procedere demonstrative determinando veritatem questionum prius motarum disputatarum. Et quia in precedenti libro disputativum tantum debuit que pertinent ad modum huius scientie, id est ad que se extendit huius scientie consideratio, et de illis que sub consideratione huius scientie cadunt, et quia prius oportet cognoscere modum scientie quam procedere in scientia ad ea consideranda de quibus est scientia, ut in secundo libro dictum est, ideo dividitur hic pars in duas. Primo dicit de quibus sit consideratio huius scientie, secundo dicit de rebus que sub consideratione huius scientie cadunt in quinto libro: Principium quidem et cetera. Prima in duas partes. Primo ostendit subiectum huius scientie, secundo procedit ad solvendum questiones motas in libro precedenti de consideratione huius scientie, ibi: Quod autem est multipliciter dicitur et primum et cetera. Prima facit. Primo supponit esse aliquam scientiam cuius subiectum sit ens. Secundo dicit quod ista non est aliqua particularium scientiarum, ibi: Hec autem est nulli una et cetera. Tertio dicit quod hec est scientia que primarum causarum querit, ibi: Quoniam autem principia et cetera. Dicit quod una scientia non solum debet speculari subiectum sed etiam per se accidentia. Ideo dicit quod est quedam scientia que speculatur ens in quantum est ens sicut subiectum, et speculatur ea que insunt enti per se, id est entis per se accidentia. Dicit autem in quantum est ens, quia scientie alie que sunt de entibus particularibus considerant quidem de ente, cum omnia subiecta scientiarum sint entia, non tamen considerant ens in quantum ens, sed in quantum est hoc ens, scilicet numerus vel linea vel ignis aut aliquid huiusmodi. Dicit etiam quod huic insunt per se, et non sumpsit que huic insunt, ad significandum quod ad scientiam non pertinet considerare de hiis que patiuntur inesse subiecto suo, sed solum de hiis que per se insunt. Geometer enim non considerat de triangulo utrum sit cupreus vel ligneus, sed quod habet tres angulos equales et cetera. Sic huic scientie cuius ens est subiectum non oportet quod consideret de omnibus que inesse enti patiuntur, quia sic consideraret accidentia quesita in omnibus scientiis, cum omnia accidentia insunt alicui enti, non tamen in quantum est ens; que enim sunt per se accidentia inferioris patiuntur se habere ad superius, sicut per se accidentia hominis non sunt per se accidentia animalis. Necessitas autem huius scientie que speculatur ens et per se accidentia entis ex hoc apparet quod huiusmodi non debent ignota remanere, cum ex eis aliorum dependeat cognitio.

Sicut ex cognitione communium dependet cognitio rerum propriarum. Hec autem et cetera. Hic dicit quod ista scientia non sit aliqua particularium scientiarum tali ratione. Nulla scientia particularis considerat ens universale in quantum huiusmodi, sed solum aliquam partem entis divisam ab aliis, circa quam speculatur per se accidentia, sicut scientie mathematice aliquod ens speculantur, scilicet quantum. Scientia autem communis considerat universale ens in quantum ens. Ergo non est eadem alicui scientiarum particularium. Quoniam autem principia et cetera. Hic ostendit quod ista scientia que primarum causarum querit sit entis per se tali ratione. Omne principium et causa est per se principium et causa alicuius nature, sed nos querimus prima rerum principia et altissimas causas, sicut in primo dictum est. Ergo sunt per se causa alicuius nature, sed non nisi entis, quod ex hoc patet quod omnes philosophi elementa querentes secundum quod sunt entia querebant huiusmodi principia, scilicet prima et altissima. Ergo in hac scientia nos querimus principia entis in quantum est ens. Ergo ens est subiectum huius scientie que scientia est querens causas primas [illegible].

Ens autem et cetera. Hic procedit ad solvendum questiones in tertio libro motas de consideratione huius scientie, et dividitur in tres. Primo solvit questionem qua querebatur utrum huius scientie esset consideratio de substantiis et accidentibus simul, et utrum de omnibus substantiis. Secundo questionem qua querebatur utrum huius scientie esset considerare de rationibus sicut que sunt unum et multa, idem et diversum, oppositum et contrarium et huiusmodi, ibi: Si igitur ens et unum et cetera. Tertio solvit questionem qua querebatur utrum huius scientie considerare demonstrationes principales, ibi: Dicendum autem est utrum unius et cetera. Et primum in [illegible] facit. Primo dicit quod huius scientie est consideratio tam de substantiis quam de accidentibus, secundo quod principaliter de substantiis, ibi: [illegible] Omnium autem. Circa primum procedit tali ratione. Quecumque communiter dicuntur unius predicationem, sed non univoce sed analogice, de huiusmodi predicatione pertinet ad unius scientie considerationem. Sed ens hoc modo predicatur de omnibus entibus. Ergo omnia entia pertinent ad considerationem unius scientie que considerat ens in quantum est ens, tam substantias quam accidentia. Huius autem rationis primo ponit minorem, secundo maiorem, ibi: Sicut igitur et sanativum. Circa conclusionem, ibi: Manifestum igitur et cetera. Dicit ergo primo quod ens sive quod est dicitur multipliciter. Sed sciendum quod aliquid predicatur de diversis multipliciter: quandoque quidem secundum rationem omnino eandem, et tunc dicitur de eis univoce predicari, sicut animal de equo et bove; quandoque secundum rationes omnino diversas, et tunc dicitur de eis equivoce predicari, sicut canis de sydere et animali; quandoque vero secundum rationes que partim sunt diverse et partim non diverse.

Ratio

Ratio

Aliquid multipliciter contingit modis predicandi

quia per se accidentia inferioris non sunt per se accidentia superioris.

diverse quidem, quae diversas habitudines important, una autem est, scilicet quod ad unum, ad quod iste diverse habitudines referuntur; et ideo dicitur analogice predicari, idest proportionaliter, prout unumquodque secundum suam habitudinem ad illud unum refertur. Item sciendum quod illud unum ad quod diverse habitudines designantur in analogicis est unum numero et non solum unum ratione, sicut est unum illud quod per nomen univocum designatur. Et ideo dicit quod ens, etsi dicatur multipliciter, non tamen dicitur equivoce, sed per respectum ad unum; non quidem ad unum quod sit solum ratione unum, sed quod est unum sicut una quedam natura. Et hoc patet in exemplis infra positis. Ponit enim primo unum exemplum quando multa comparantur ad unum sicut ad finem, sicut patet de hoc nomine sanativum vel salubre. Sanativum enim non dicitur univoce de dieta, medicina, urina et animali. Nam ratio sani secundum quod dicitur de dieta consistit in conservando sanitatem; secundum vero quod dicitur de medicina, in faciendo sanitatem; prout vero dicitur de urina, inquantum est signum sanitatis; secundum vero quod dicitur de animali, ratio eius est quoniam est susceptivum sanitatis. Sic igitur omne sanativum vel sanum dicitur ad sanitatem unam et eandem; eadem enim sanitas est quam animal suscipit, urina significat, medicina facit et dieta conservat. Secundo ponit idem exemplum quando multa comparantur ad unum sicut ad principium efficiens. Aliquid enim dicitur medicativum quia habet artem medicine, sicut medicus peritus. Aliud vero quia est bene aptum ad habendum artem medicine, sicut homines qui sunt sic dispositi ut de facili artem medicine acquirant. Ex quo contingit quod ex ingenio proprio quidam medicinalia operantur. Aliud vero dicitur medicativum quia opus eius est ad medicinam, sicut instrumenta quibus medici utuntur medicinalia dici possunt, et etiam medicine quibus medici utuntur ad sanandum. Et similiter accipi possunt alia que multipliciter dicuntur sicut et ista. Et sicut est de predictis, ita et ens multipliciter dicitur. Sed tamen omne ens dicitur per respectum ad unum primum. Sed hoc primum non est finis vel efficiens sicut in premissis exemplis, sed subiectum. Alia enim dicuntur esse vel entia quia per se habent esse, sicut substantie, que principaliter et prius entia dicuntur. Alia vero quia sunt passiones sive proprietates substantie, sicut per se accidentia uniuscuiusque substantie. Quedam autem dicuntur entia quia sunt via ad substantiam, sicut generatio et motus. Alia autem entia dicuntur quia sunt corruptiones substantie. Corruptio enim est via ad non esse, sicut generatio via ad substantiam. Et quia corruptio terminatur ad privationem sicut generatio ad formam, convenienter ipse etiam privationes formarum substantialium esse dicuntur. Et iterum qualitates et accidentia quedam dicuntur entia quia sunt activa vel generativa substantie, vel eorum que per aliquam habitudinem predictorum ad substantiam dicuntur, vel secundum quamcumque aliam. Item negationes eorum que ad substantiam habitudinem habent, vel etiam ipsius substantie, esse dicuntur. Unde dicimus quod non ens est non ens, quod non diceretur nisi negationi aliquo modo esse competeret. Sciendum tamen quod predicti modi essendi ad quatuor possunt reduci. Nam unum eorum quod est debilissimum est tantum in ratione, scilicet negatio et privatio, quam dicimus in ratione esse, quia ratio de eis negociatur quasi de quibusdam entibus, dum de eis affirmat vel negat aliquid. Secundum quid autem differant negatio et privatio infra dicetur.

Aliud autem huic proximum in debilitate est, secundum quod generatio et corruptio et motus entia dicuntur. Habent enim aliquid admixtum de privatione et negatione. Nam motus est actus imperfectus, ut dicitur in tertio physicorum. Tertium autem dicitur quod nihil habet de non ente admixtum, habet tamen esse debile, quia non per se sed in alio, sicut sunt qualitates, quantitates et substantie proprietates. Quartum autem genus est perfectissimum, quod scilicet habet esse in natura absque admixtione privationis, et habet esse firmum et solidum, quasi per se existens, sicut sunt substantie. Et ad hoc sicut ad principium et principale omnia alia referuntur. Nam qualitates et quantitates dicuntur esse inquantum insunt substantie; motus et generationes inquantum tendunt ad substantiam vel ad aliquid predictorum; privationes autem et negationes inquantum removent aliquid predictorum.

Sed ergo. Hic ponit maiorem prime rationis, dicens quod unius scientie est speculari non solum illa que dicuntur secundum unum, idest secundum unam rationem omnino, sed etiam eorum que dicuntur per respectum ad unam naturam secundum habitudines diversas. Et huius ratio est propter unitatem eius ad quod ista dicuntur; sicut patet quod de omnibus sanativis considerat una scientia, scilicet medicinalis, et similiter de aliis que eodem modo dicuntur. Manifestum igitur. Hic ponit conclusionem intentam, que prius est manifesta. Ubique autem. Hic ponit quod hec scientia principaliter considerare debet de substantiis, etsi de omnibus entibus consideret, tali ratione. Omnis scientia que est de pluribus que dicuntur ad unum primum, est proprie et principaliter illius primi a quo alia dependent secundum esse et propter quod dicuntur secundum nomen; et hoc ubique est verum. Sed substantia est hoc primum inter omnia entia. Ergo philosophus qui considerat omnia entia, primo et principaliter debet habere in sua consideratione principia et causas substantiarum. Et per consequens eius consideratio primo et principaliter de substantiis est. Omnis autem generis. Hic ostendit quod ad philosophum est considerare de omnibus substantiis tali ratione. Omnium eorum que sunt unius generis est unus sensus et una scientia, sicut visus est de omnibus coloribus, et grammatica considerat omnes voces. Si igitur omnia entia sunt unius generis aliquo modo, oportet quod omnes species eius pertineant ad considerationem unius scientie que est generalis, et species entis diverse pertineant ad species illius diverse.

Hoc autem dicit quia non oportet quod una scientia consideret de omnibus speciebus unius generis secundum proprias rationes singularum specierum, sed secundum quod conveniunt in genere. Secundum autem proprias rationes pertinent ad scientias speciales, sicut est in proposito. Nam omnes substantie inquantum sunt entia vel substantie pertinent

ad consideracionem huius sciencie / inquantum autem est ens. vel tar
sicut leo vel bos pertinent ad [illegible] speciales
Si igitur ens et unum. hic procedit ad ostendendum quod
ad consideracionem huius sciencie pertineat considerare hec
omnia unum et multa. idem et diversum et cetera. Et duo
facit primo ostendit quod determinatio per proprias rationes
secundo de omnibus simul per quandam rationes communes ibi
de omnibus posse speculari. Circa primum duo facit
primo dicit quod de omnibus hiis considerare debet philosophus secundo
tercium modum considerandi ibi quoniam autem unum et ens. Circa
primum duo facit primo ostendit quod ad hanc scienciam pertineat
considerare de uno et de speciebus unius
secundo quod ad eandem scienciam pertineat considerare
de omnibus oppositis ibi quoniam autem unum est opposita
considerare. Circa primum duo facit primo ostendit quod
huius sciencie est considerare de uno secundo quod eius est con-
siderare de speciebus unius ibi quare quotcumque vero. Dicit
igitur primo quod ens et unum sunt idem et una natura. hoc
ideo dicit quia quedam sunt idem numero que non sunt una natura
sed diverse sicut sortes et hoc album et hoc musicum.
Unum autem et ens non diversas naturas sed unam si-
gnificant / hoc autem contingit dupliciter. quedam enim sunt unum
que consequuntur se adinvicem convertibiliter sicut
principium et causa / quedam vero non solum convertuntur ut
sunt idem subiecto / sed etiam sunt unum secundum rationem sicut
vestis et indumentum / unum autem et ens significant
unam naturam secundum diversas rationes. unde sic se ha-
bent sicut principium et causa / sed non sicut tunica
et vestis / que sunt nomina penitus synonima
tamen differunt aliquo modo. Et si sibi accipiantur ea
que dixi sicut illa que sunt unum subiecto et ratione
Sed hoc erit magis proprie vel magis utile
ad hoc quod intendit. Intendit enim probare quod
unum et ens cadunt sub eadem ratione / et quod huius-
modi species correspondent quod manifestum probare
Si unum et ens essent idem re et ratione / quod si sunt
idem re et non ratione. Quod autem sunt idem re probat
iii rationibus quarum prima ponitur ibi. Idem enim signi-
ficatur est. quecumque duo addita uni nullam di-
versitatem afferunt sunt penitus idem. Sed unum et
ens addita homini vel cuicumque alii nullam di-
versitatem afferunt. ergo sunt penitus idem. Minor
patet. Idem enim est dicere homo et unus homo et similiter
idem est dicere ens homo vel quod est homo / et non demonstratur
aliquid alterum cum secundum dictionem replicatur
dicendo est homo et homo / et unus homo / quod declarat probat
Idem enim est generari hominem et generari id quod est
homo / et corrumpi hominem et id quod est homo. quod
ex hoc patet quia generacio est via ad esse et corruptio
mutatio ab esse. unde numquam generatur homo /

quin generetur ens homo. nec umquam corrumpitur homo
quin corrumpatur ens. Que autem simul generantur
et corrumpuntur sunt unum. et sic dictum est quod ens
et homo non separantur generacione et corrupcione.
Similiter apparet de uno [illegible] quia cum generatur homo
generatur unus homo et cum corrumpitur similiter. Unde
manifestum est quod appositio in istis ostendit idem. et per hoc quod addi-
tur unum vel ens non intelligitur addi aliqua alia
natura supra hominem. Ex quo manifeste apparet quod
unum non est aliud preter ens. quod quecumque unum et
eiusdem sunt eadem sunt inter se eadem. patet autem ex predicta
ratione non solum quod sunt unum re sed quod differunt
ratione [illegible] quia si non differrent ratione essent
penitus synonima et sic nugacio esset cum
dicitur ens homo vel unus homo. Sciendum est enim quod hoc nomen
homo imponitur ad quidditatem sive naturam hominis
et hoc nomen res imponitur a quidditate tantum.
hoc vero nomen ens imponitur ab actu essendi /
hoc nomen unum ab ordine / est enim unum ens indivi-
sum et ideo autem est quod habet essenciam et quidditatem per essentiam
illam / et quod est in se divisum. vel ista tria res ens
unum significant omnino idem / sed secundum diversas rationes
Amplius autem et est. hic ponit secundam rationem ad idem
que talis est. quecumque duo predicantur de substancia ali-
cuius rei per se et non per accidens / illa sunt idem secundum rem
sed ita se habent unum per se et non per accidens / similiter
et substancia cuiuslibet rei talis est unum et ens. substancia enim
cuiuslibet rei est unum per se et non per accidens illa autem
idem secundum rem autem ens. Quod autem unum significet idem secundum rem
ostendit quia ens et unum predicantur de substantia cuiuslibet rei per
se et non per accidens sic potest probari. Si enim predicaretur de
substantia per aliquod accidens ei additum de illo iterum
necesse esset predicari quod unumquodque est unum et
ens. aut ergo iterum de hoc predicantur per se aut per
aliquod aliud additum. Si per aliud additum iterum esset questio de
illo addito et sic erit procedere usque ad
infinitum. Hoc autem est impossibile. ergo necesse est stare
in primo. scilicet quod substantia rei sit una et ens per se ipsam
et non per aliquod additum. Sciendum est autem quod circa hoc diversimode
Avicenna sensit. Dixit enim quod unum et ens non significant
substantiam rei sed significant aliquid additum / et de ente
quidem hoc dicebat quia in qualibet re que habet esse ab
alio aliud est esse rei et substantia sive essentia eius. hoc autem
nomen ens significat ipsum esse. significat ergo ut videtur
aliquid additum essentie / de uno autem hoc dicebat
quia estimabat quod id unum quod convertitur cum ente
sit idem quod unum quod est principium numeri. unum autem quod
est principium numeri necesse est significare quandam
naturam additam substantie. alioquin cum numerus
ex unitatibus constituatur non esset numerus species

quantitatis quae est accidens, ut superadditum
dicebatur. Quod hoc unum convertitur cum ente
non quod significat ipsam rei substantiam vel entis, sed significat
accidens quod inhaeret enti, sicut risibile convertitur
cum homine. Sed in primo quidem non videtur recte dixisse.
Esse enim rei quamvis sit aliud ab eius essentia, non tamen est
intelligendum quod sit aliquod superadditum ad modum accidentis,
sed quasi constituitur per principia essentiae. Et ideo hoc
nomen ens quod imponitur ab ipso esse, significat idem
cum nomine quod imponitur ab ipsa essentia. Similiter
etiam non videtur esse verum quod sit idem quod convertitur cum
ente et quod est principium numeri. Nam unum quod est in
determinato genere, videtur consequi omnia
entia. Unde unum quod determinatur ad speciale
genus entis, scilicet ad genus quantitatis discretae,
non videtur posse cum ente universali converti. Si enim
unum est principium et pars accidentis entis, oportet
quod ex principiis causetur entis inquantum ens
sit, quibus accidens ipsum causatur ex principiis suis.
Sed nullum ex principiis quod in omnibus entibus in
communi est ens, non intelligitur. Tamen
ad praedeclarandum eius sufficienter unum non
potest esse quod est ad determinatum genus
et speciem sit accidens omnis entis. Unum igitur quod est
principium numeri aliud est ab eo quod cum ente convertitur.
Unum enim quod cum ente convertitur
ipsum ens designat superaddens rationem indivisionis
quae cum sit negatio vel privatio non ponit ali-
quam naturam enti additam. Et sic in nullo
differt ab ente secundum rem, sed solum ratione.
Nam negatio et privatio non est ens naturae, sed
rationis, sicut dictum est. Unum vero quod est princi-
pium numeri addit super substantiam rationem mensurae quae
est propria passio quantitatis, et primo invenitur in unitate.
Et dicitur per privationem vel negationem divisionis quae
est secundum quantitatem continuam. Nam numerus ex
divisione continui causatur. Et ideo numerus ad
scientiam mathematicam pertinet, cuius subiectum extra
materiam esse non possunt, quamvis sine materia
sensibili considerentur. Hoc autem non esset, si unum
quod est principium numeri secundum esse a materia separaretur in
rebus immaterialibus existens, quasi cum ente
conversum. Et quot etc. Hic ostendit quod philosophi
est considerare de partibus unius sicut de partibus en-
tis. Et dicit quod sicut partes substantiae sunt, tot sunt partes
philosophiae, ubi et dicit ergo quod sicut ex
quo unum et ens idem significant, et eiusdem sunt
species eaedem, quod tot sunt species entis, quot
sunt species unius, et sibi invicem respondentes.

sicut ergo partes entis sunt substantia et quantitas et
qualitas et cetera, ita et partes unius sunt idem et aequale et simile. Idem enim est
unum in substantia, simile unum in qualitate, aequale unum in
quantitate. Et secundum alias partes entis possent sumi
aliae partes unius, si essent nomina posita. Et
sicut ad unam scientiam scilicet ad philosophiam pertinet con-
sideratio de omnibus partibus entis, ita et de omnibus
partibus unius, scilicet de eodem et simili et his. Et ad hoc prin-
cipium scilicet unum reducuntur omnia contraria fere. Et
hoc addit, quia in quibusdam non est ita manifestum,
et tamen hoc esse necesse est, quia cum in omnibus contrariis alterum
habeat privationem inclusam, oportet fieri reductionem
ad prima privativa, inter quae praecipue est unum
et eius multitudo quae ex uno causatur, quae est causa di-
versitatis, differentiae et contrarietatis, ut infra dicetur.
Et hoc dicit esse consideratum in eglogis vel electio-
ne contrariorum, idest in tractatu qui est pars electa
ad tractandum de contrariis, scilicet in X huius scientiae. Et
tot partes etc. Hic ostendit quod partes philosophiae distinguun-
tur secundum partes entis et unius. Et dicit quod tot
sunt partes philosophiae, quot sunt partes substantiae, de qua principa-
liter dicitur ens et unum, et de qua est principaliter huius scientiae con-
sideratio et intentio. Et quia partes substantiae sunt ordi-
natae ad invicem. Nam substantia immaterialis est prior substantia
sensibili, ideo necesse est inter partes philosophiae esse
quandam primam. Illa tamen quae est de substantia sensibili est
prima ordine doctrinae, quia a notioribus nobis
oportet incipere disciplinam, et de hac determinatur
in VII et VIII huius. Illa vero quae est de substantia im-
materiali est prior dignitate et intentione huius scientiae,
quae traditur in XII huius. Et tamen quaecumque sint priores, necesse est quod
sint continuae aliis partibus, quia omnes partes ha-
bent unum et ens pro genere. Unde in consideratione unius
et entis diversae partes huius scientiae uniuntur, quamvis
sint de diversis partibus substantiae, ut sit una scientia,
inquantum praedictae partes consequentes sunt hoc, idest unum
et ens, sicut communia substantiae. Et in hoc philosophus est similis
mathematico. Nam mathematica habet diversas partes, et quandam
principalem, sicut arithmetica, et quandam secundariam, sicut
geometria, et alias consequenter se habentes his, sicut
perspectiva, astrologia et musica. Quoniam vero unius etc.
Hic ostendit quod considerare de oppositis pertinet ad sci-
entiam unam. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod pertinet
eius considerare de negatione et privatione. Secundo de contra-
riis ibi, sed et universaliter opposita. Dicit ergo quod cum
ad unam scientiam pertineat considerare opposita,
sicut ad medicinam considerare sanum et aegrum,
et ad grammaticam congruum et incongruum, unum autem
opponitur multitudini, necesse est quod unius scientiae sit
speculari negationem et privationem, cuius est speculari

[margin: Restringit dupl. negationem]
[margin: Differentia inter privationem et negationem]
[margin: Sex negationum uno opposito est privatio]

unu et multitudine . ap q utraq e qsidare
unu . i . exntq3 depends unu qsidato ...
n . e e nego et priuato . sa sic dem e un
u e ens n diuisu . dio a ad multi petinz q
uni oppo . un e est qsidare uniu e et qsid
are negonu ul priuaconu . nego a e dup .
pq absolute dr q b non una ine illi . alia z
nego ingue pq absolute . ad n negatur
b is metas aut genus . sic cetu dr q n b
unu n tn oe n hnt unu . b uit gen aut
q natu e hre unu et h ade dria hnt
q dico unu pt q e in negone i . p . q
diffe anegone q nego dr tn absentia
aut remotoni sine h q detinet sbm
un ab nego p uiflcati tam de ente
q n e nat hre affuem . q de ente q
est nat hre et n ht . non indeut up d
ta chymia q lap . q et ho . b inpuone e
qda na . r . sba detmata de q dr puo .
n . n . oe no indeius potest d cetu b solu
q e natu hre unu et sic pz q tn nego
in sbo . anat no eus ymu d posseo q . unu
diffe anegone simp et magis chet se
ad um puonis ut . j . x . b het . sca e . n .
q qius unu ipttet puom iplicitas . n tn
est dd q ipttet puom multitudinis . q
tn puo sit posterioz nat eo cui e puo se
qret q unu eet posteri nat multi ne .
se q multi ponetur indiffone uni .
na puo diffiniri n potest n plura op
poitu . ut q e tetitas puo unius un e
indiffone multitudinis ponat uni
na multitudo e aggregato unitatum
seqt q sic tct b idiffinibz et io dd q in
pcat puom dionis . n qde dionis q e
r quantitate . na ista dio detiat adun
n pticlare gen entis et n posb ead
idiffue uni b dionis formis q sit p
oppo e p radix e oppo affirmacoms
et negonis . na illa dicunt adunce
q ita se hnt q h no e . p . g ntellr ip
eus et ex qniti n ens et p qnt dio et qns
uni q dione puat et p qnt multitudo
i e rone cadit dio . sic i rone uni idio
qius aliq diuisa in pdco rom multitu
dinis hre n possit n prius cuilz dusoz
io uni attribuat . uni a multi . d . h f
q phi e qsidare . gria . uni . multi . oppo
ut dem e . oppo a e uni scie qsida
re . e g ista scia qsidet unu id eqle .

et sile . necce e q qsidet oppo hnt . s . multu
aliu . sine diuisu . dissile et ieqle . et qz
alia reducunt ad ista sn et adunu et pli
tate et mo ista unu e qrietas . na qri
etas e qda dria eoz . s . q maxime diffunt
ieod gne . dria uo e qda aliitas su
diuisitas ut . x . h hetur q qrietas p
tinz ad qsidatone h scie . Ex re qm m .
x e . h tdit mod q phs de hnt dz detia
re et do q tn oia pdca detient ab uno
et unu multip dicat et oia ista necce e
multip d . s . id et diuisi et alia hi . b tn
qius multip dicunt oia . tn q sigt
p q b hoz nomi e cognoscere uni scie
. s . phie . no . n . e q n ad dr in . q p h
sic alti scie l diuise . diuisa . n . signa si
unz dicunt . h uni rone . s . uni ... rz
rone diuisa refunt . sic ianolo . et se
q sit alti . i . diuse scie h qsidare . l
uni pciens . sic celeste hyd q tanic . co
sidat . astro . nt a tame marinu et ex
extre . h a oia refunt adunu puci .
sic . n . q sigt ph nom uni b sunt di
uisa reducunt tn i unu pucil . sigtu
sint est dd de hnt nobz . id . diuisu . qri
u et hi . et ita tc unuqq istoz phs duo
dz face . videl p dic qt modis dr uni
quoqz . et h dio qnr assigtur i unoqq
pdicato . i . i unoqq istoz nomi de plibz
pdicato ad q pmu dicat . sic q e pmu
sigtu b nom id . p . diuisu . ut sermo ad p
pmu oia alia refunt . ad q i q m ht id
ad pmu . ad i q m facto id . l p alios hi mos
examinatum q x e . induct qclone ex oi
bz pcedentibz . q h scie e ronari de
hnt tmbz et de sba et h fuit unu qstio
nt qones i . m . disputatas . Et phi x e
h oc prones toes q de oibz pdcis phs
dz qsidare . et p o c . Pro . ibi induct qclo
ne . intenta ibi q qmd . g . uni scie c
pmu duo . p o c . ppositu . Po exdeit mitto
q da correlariu . ibi . et pr h n e geome
tre et c . o c a pmu tbz ronibz . sa . ibi si
gnu q x e tcia ibi . ant qriora x e
p io tal e . oet dubones q possent mo
in tu i aliq scia soluende . g de pdcis
qnbz mouent q da qfuet . sic de eod
et de diuso mo . j . q o ut sit id soz et soz
tedens . et de qrius mo ista qo ut uni
uni sit qtm . et qt modis dr . g oz q

in aliqua scientia ista solvatur quae considerat de eodem
et contrario et aliis praedictis, et quod hoc pertineat ad
philosophum et ad ultimum alium, sic probat. Cuius est consid-
erare primas passiones entis eius est considera-
re ens secundum quod est ens. Sed praedicta omnia sunt per se ac-
cidentia entis et unius secundum quod huiusmodi. Sicut enim
numerus inquantum huiusmodi habet proprias passiones ut super-
fluum, paritas(?), commensuratio et huiusmodi, quorum quaedam
insunt absolute numero ut par impar, quaedam
vero per comparationem ad alterum ut superfluum. Et
corpus et alia habent similiter aequale, et alia habent
proprias passiones ut superfluum et corpus et ali-
a huiusmodi. Similiter et ens inquantum ens habet propria quae sunt om-
nia praedicta. Igitur consideratio eorum pertinet ad
philosophum, et ideo errabant philosophi non pecca-
verunt de his tractando tamquam non probantes,
id est tamquam ista non pertineant ad considerationem
philosophiae, sed quia de his tractabant de substantia non cu-
rantes, quia neque omnino obliviscuntur, cum tamen ipsa
sit principium inter illa de quibus philosophus debet con-
siderare. Signum autem et cetera. Hic ponit rationem ro-
nem ad idem ostendendum, quod quidem est philosophi, quia talis est:
dyalectici et sophistae induunt figuram eandem
philosophi, quia similitudinem cum eo habentes, sed dyalectici
et sophistae disputant de praedictis, ergo et philosophus
ea considerare. Ad manifestationem autem primae
dicit quomodo sophistae et dialectici cum philosophia habe-
ant similitudinem et quomodo ab ea differunt.
Convenit autem in hoc quod dialecticae est disputare de omnibus;
hoc autem esse non posset nisi consideraret omnia secundum quod in aliquo
uno conveniunt, quia unius scientiae unum subiectum est
et unius artis una est materia circa quam operatur. Cum igitur
omnes res non conveniant nisi in ente, manifestum est quod
dyalecticae materia est ens, et ea quae sunt entis, de quibus et
philosophus considerat. Similiter et sophistica habet quandam simili-
tudinem philosophiae. ~~[struck]~~ Sophistica est visa sive
apparens sapientia non existens, quod autem habet apparen-
tiam alicuius rei oportet quod aliquam similitudinem cum
illa habeat. Et ideo oportet quod circa eadem considerent philosophus,
dyalecticus et sophista. Differunt autem ab invicem,
philosophus quidem a dyalectico secundum potestatem, ~~[struck]~~ quia maioris
virtutis est consideratio philosophi quam consideratio dyalectici.
Philosophus enim de praedictis communibus procedit demonstrative,
et ideo eius est habere scientiam de praedictis, et est cognos-
citivus eorum per certitudinem. Nam certa cognitio
sive scientia est effectus demonstrationis. Dyalecticus autem circa
omnia praedicta procedit ex probabilibus, unde non facit
scientiam sed solum quandam opinionem. Et hoc ideo est
quia ens est duplex, scilicet ens rationis et ens naturae. Ens
autem rationis dicitur proprie de illis intentionibus

¶ Quod philosophi est habere scientiam, dialectici opinionem

quas ratio adinvenit in rebus consideratis, sicut intentio
generis, speciei et similium, quae quidem non ~~[struck]~~ inveniuntur
in rerum natura, sed considerationem rationis consequuntur.
Et huiusmodi, scilicet ens rationis, est proprie subiectum logicae. Huiusmodi autem
intentiones intelligibiles entibus naturae aequiparantur, eo quod
omnia entia naturae sub consideratione rationis cadunt.
Et ideo subiectum logicae ad omnia se extendit de
quibus ens naturae praedicatur. Unde concludit quod subiectum logicae aequiparatur
subiecto philosophiae, quod est ens naturae. Philosophus igitur ex principiis
ipsius procedit ad probandum ea quae sunt consideranda circa
huiusmodi communia accidentia entis. Dialecticus autem procedit
ad ea consideranda ex intentionibus rationis quae
sunt extraneae a natura rerum. Et ideo dicitur quod dyalectica est ten-
tativa, quia tentare proprium est ex principiis
extraneis procedere. A sophista vero differt philosophus prohaeresi [vitae]
id est electione sive voluntate, id est desiderio vitae,
ad quam scilicet ordinat vitam suam et actiones
philosophus et sophista. Philosophus quidem ad sciendum veritatem,
sophista vero ad hoc quod videatur scire quamvis nesciat.
Licet autem dicatur quod philosophia est sciens, non autem dyalectica et sophistica,
non tamen per hoc removetur quin dyalectica et sophistica sit
scientia. Dyalectica enim potest considerari secundum quod est
docens et secundum quod est utens. Secundum quidem quod est docens
habet considerationem de istis intentionibus, instituens
modum quo per eas procedi possit ad conclusio-
nes in singulis scientiis probabiliter ostendendas, et
hoc demonstrative facit, et secundum hoc est scientia. Utens vero est
secundum quod modo adinvento utitur ad concludendum
aliquid probabiliter in singulis scientiis, et sic recedit a
modo scientiae. Et similiter dicendum est de sophistica, quia prout
est docens tradit per necessarias et demonstrativas ratio-
nes modum argumentandi apparenter. Secundum vero quod
est utens deficit a processu verae argumentationis. Sed in
parte logicae quae dicitur demonstrativa solum doctrina
pertinet ad logicam, usus vero ad philosophiam et
ad alias particulares scientias quae sunt de rebus
naturae. Et hoc ideo quia usus demonstrativae consistit
utendo principiis rerum de quibus fit demonstratio,
quae ad scientias reales pertinet, non utendo in-
tentionibus logicis. Et sic apparet quod quaedam
partes logicae habent scientiam logicam et doctrinam
et usum, sicut dyalectica tentativa et sophistica, quaedam
autem doctrinam et non usum, sicut demonstrativa.
Amplius contrariorum. Hic ponit tertiam rationem
quae talis est. Quaecumque reducuntur in unum et
debent considerari ab illo cuius est considerare
unum et ens. Sed omnia contraria reducuntur ad
unum et ens. Ergo omnia contraria sunt de consideratio-
ne philosophi, cuius est considerare unum et ens.
Quod autem contraria reducantur ad unum et ens, ostendit

¶ Quod ens est proprie subiectum logicae

¶ Quare dicitur dialectica tentativa

¶ Differunt philosophus et sophista

¶ Quod omnia contraria reducuntur ad ens et unum

quod est prima ad ens et non ens. Item duo contraria quae ali-
qui principia posuerunt, ut supra tactum est, scilicet unum
quod est actus completus et ei coordinatum est,
ut patet in privatione, quod ex his patet quod semper alterum contrariorum
est imperfectum respectu alterius, ut patet in privatione, quae
est quaedam negatio, ut dictum est, et ita est non ens;
et sic patet quod omnia contraria reducuntur in ens et non
ens. Similiter etiam ostendit quod reducuntur in unum et multi-
tudinem per quaedam exempla. Status enim sive quies red-
ucitur in unitatem. Id enim quiescere dicitur quod
uno modo se habet nunc et prius, ut in VI Physicorum
dicitur. Motus autem ad multitudinem pertinet, quia
quod movetur diversimode se habet nunc et prius, quod
multitudinem importat. Deinde ostendit alio
modo quod contraria reducuntur ad ens, quia prin-
cipia et principiata sunt unius considerationis.
Principia autem entium in quibus conveniunt philosophi esse
contraria. Omnes enim dicebant et sciebant entia ex contra-
riis composita, ut patet in primo Physicorum et in primo huius.
Conveniunt in hoc quod entium principia sunt contra-
ria; differunt tamen quantum ad contraria quae posuerunt. Quidam enim
par et impar, sicut Pythagorici; alii ca-
lorem et frigus, sicut Parmenides; quidam finitum et in-
finitum, idest terminatum et interminatum, sicut
iidem Pythagorici. Nam par et impar, finitum et infini-
tum attribuebant, ut supra tactum est; alii con-
cordiam et discordiam, sicut Anax. Patet ergo quod
contraria reducuntur in considerationem entis.
Deinde iterum dicit quod sicut praedicta contraria
reducuntur ad ens, ita videntur redu-
ci ad unum et multitudinem, quod quidem appa-
ret. Nam impar ad unitatis habet se secundum
suam rationem; par autem ad naturam mul-
titudinis pertinet propter suam divisionem. Sic
autem finis sive terminus sive finitum ad uni-
tatem pertinet, quae est terminus omnis resolutionis;
infinitum autem pertinet ad multitudinem,
quae in infinitum augentur. Concordia etiam uni-
tatis est manifeste, discordia vero multitudinis.
Calor etiam ad unitatem pertinet, inquantum habet u-
nire homogenea; frigus autem ad multitudinem,
inquantum habet ea separare. Non solum ita contraria
reducuntur in unum et multitudinem, sed
etiam et alia, licet ista reductio sive inductio
ad unum et multitudinem accipiatur sive
sumatur, idest supponatur nunc a nobis, quia longum
non esset per singula contraria hoc discutere. De-
inde ostendit quod omnia contraria reducuntur
ad unum et ens. Ostendit enim quod omnia contraria

principia, quoniam quae sunt de ambitu, idest principiata, ita
dividuntur in unum et ens tamquam in genera, non quod sint
vere genera, sed ratione suae communitatis quandam similitudi-
nem generis habent. Si ergo omnia contraria sunt principia
vel ex principiis, oportet quod ad unum et ens redu-
cantur. Sic ergo patet quod duplex ostenditur reduci ad
ens: primo per rationem communis, secundo per hoc quod contraria sunt
principia. Ostendit vero reduci ad unum, ostendit per
exemplum et per quandam inductionem finaliter. Una
ratione ostendit quod reducuntur ad unum et ens in-
quantum sunt genera. Manifestum ergo. Hic ostendit quod
sciat, scilicet quod ista scientia considerat ens, quod considerat
praedicta tali ratione. Omnia entia reducuntur
ad contraria, quia vel sunt contraria vel sunt ex contrariis. Contraria
vero reducuntur ad unum et multitudinem, quia unum
et multitudo sunt principia contrariorum. Unum autem et multitudo
sunt unius scientiae, scilicet philosophiae. Ergo et eius est considerare ens
secundum quod est ens. Sciendum est tamen quod praedicta omnia in unius
scientiae considerationem cadunt, sive dicantur secundum
unum, idest univoce, sive non, sicut forte verum est.
Sed tamen quamvis unum dicatur multipliciter, omnia tamen alia,
idest omnes significationes, reducuntur ad unam primam si-
gnificationem, et similiter est de contrariis, quod dato
quod haec omnes significationes ad unam primam reducuntur,
et si hoc sit quod unum et ens non est unum universale
quod genus existens, ut supra ponebatur, sive dicatur
quod universale sit unum in omnibus secundum opinionem Platonis, si-
ve quod sit ad separatum aliquibus secundum opinionem Plato-
nis, forte sicut non est, verumptamen dicitur secundum prius et posterius,
et aliae significationes referuntur ad unum primum, et
aliae se habent consequenter vel ulterius primum. Verum tamen
absque dubitandi quod non [illegible] supponetur
quod infra probabuntur. Sciendum tamen est quod hic dixit omnia
entia esse contraria vel ex contrariis, non posuit secundum
suam opinionem, sed accepit quod opinionem philosophorum
antiquorum. Entia enim immobilia non sunt contraria nec
ex contrariis. Unde et ideo Plato, qui ponebat immobiles,
posuit contrarietatem; fecit enim unitatem ex parte
formae, contrarietatem ex parte materiae. Antiqui vero philo-
sophi non ponebant in quibus necesse est contrarietatem esse
sicut quod immobiles sunt. Deinde cum dicit Propter hoc
non est et cetera. Inducit quoddam correlarium ex prae-
dictis, dicens quod geometrae non est speculari de
praedictis quae sunt accidentia entis inquantum est ens, scilicet
quid est contrarium aut quid est perfectum et huiusmodi; sed si considerat,
et hoc erit ex conditione vel ex suppositione, quod sup-
ponens ab aliquo priori philosopho accipit quod est necessarium
ad suam materiam. Et hoc quod dicit de geometria,
similiter est intelligendum in qualibet alia particulari scientia

privationis

¶ Secundo quod unum et ens dicantur esse genera

Deinde cum dicit Quod quidem et cetera. colligit quae supra ostensa sunt dicens manifestum esse quod ad unam scientiam pertinet considerare ens inquantum est ens et ea quae per se insunt illi. Et per hoc patet quod una scientia non solum est considerativa substantiarum sed etiam accidentium, cum de utrisque ens dicatur. Et est etiam considerativa eorum quae dicta sunt, scilicet eiusdem et diversi, similis et dissimilis, aequalis et inaequalis, negationis et privationis, et contrariorum, quae supra diximus esse per se entis accidentia. Et non solum est considerativa istorum de quibus omnium est singulariter per rationes quae cadunt in considerationem huius scientiae, sed etiam considerat de priori et posteriori, genere et specie, toto et parte et aliis huiusmodi pro ratione quia haec etiam sunt accidentia entis inquantum est ens. Dicendum autem utrum unius et cetera. Hic solvit aliam quaestionem in tertio motam, scilicet utrum ad istam scientiam pertineat considerare prima principia demonstrationis et dividitur in duas. Primo ostendit quod eius est considerare universaliter de omnibus huiusmodi principiis. Secundo specialiter de primo eorum ibi Convenit autem maxime et cetera. Circa primum tria facit. Primo movet quaestionem quae est utrum unius scientiae sit considerare de substantia et de principiis quae in scientiis mathematicis vocantur dignitates, utrum eiusdem aut alterius scientiae considerare. Vocantur autem ista principia maxime in mathematicis scientiis quia certissimas demonstrationes habent et manifestissima illis principia per se nota existunt, omnes suas demonstrationes in huiusmodi principia resolventes. Secundo solvit ibi Palam autem et cetera, quod quidem solius est et unius scientiae intendere de utrisque praedictis. Et haec est philosophia (?) [illegible] Omnibus enim insunt et cetera. probat solutionem propositam, et circa hoc duo facit. Primo probat propositum. Secundo conclusionem principaliter inducit ibi Quoniam quidem vero et cetera. Probat autem solutionem propositam. Primo per rationem. Secundo per signum ibi Unde nullus secundum partem et cetera. Ratio talis est. Quae insunt omnibus entibus et non solum alicui generi entium seorsum ab aliis, haec pertinent ad considerationem philosophi. Sed praedicta principia sunt huiusmodi, ergo pertinent ad considerationem philosophi. Minorem sic probat. Illa quibus utuntur omnes scientiae sunt entis inquantum huiusmodi. Sed prima principia sunt huiusmodi, ergo pertinent ad ens inquantum est ens. Rationem autem quare omnes scientiae eis utuntur assignat, quia unumquodque genus subiectum alicuius scientiae recipit praedicationem entis. Utuntur autem praedictis principiis scientiae particulares non secundum suam communitatem prout se extendunt ad omnia entia, sed quantum sufficit eis, et hoc est secundum continentiam generis quod in scientia subiicitur, de quo ipsa scientia demonstrationem facit. Sicut philosophia naturalis utitur eis secundum quod se extendunt ad entia mobilia et non ultra. Deinde cum dicit Unde nullus et cetera probat quod dixerat per signum. Et hoc inducit per exclusionem. Et excludit [illegible] quorundam errorem ibi Sed physicorum quidam et cetera. Dicit ergo primo quod nullus intendens tradere scientiam aliquam particularem conatus fuit ad dicendum de primis principiis vera sint vel non, neque geometer neque arithmeticus, quamvis istis principiis plurimum utantur ut dictum est. Unde patet quod consideratio talium principiorum ad hanc scientiam pertinet. Deinde cum dicit Sed physicorum quidam et cetera. excludit errorem quorundam. Et circa hoc duo facit. Primo excludit errorem eorum qui de praedictis se intromittebant cum ad eos non pertineret. Secundo eorum qui de eis aliquo modo volebant tractare quod de eis hic tractatum est, ibi Quicumque autem intendunt (?) et cetera. Dicit ergo primo quod cum nulla scientiarum particularium de praedictis principiis se intromittere debeat, quidam tamen naturalium de his se intromiserunt et hoc non sine ratione. Antiqui enim nullam substantiam aliquam esse praeter substantiam corpoream mobilem, de qua physicus tractat, et ideo creditum est quod soli ipsi determinent de tota natura et per consequens de ente, et ita etiam de primis principiis quae sunt simul consideranda cum ente. Hoc autem falsum est, quia adhuc est quaedam scientia superior naturali. Ipsa enim natura, id est res habens in se principium motus, in se ipsa est unum aliquod genus entis universalis. Non enim omne ens est huiusmodi, cum probatum sit in octavo physicorum esse aliquod ens immobile. Hoc autem ens immobile est superius et nobilius ente mobili de quo considerat naturalis. Et quia ad illam scientiam pertinet consideratio entis communis, ad quam pertinet consideratio primi entis, ideo ad aliam scientiam quam naturalem pertinet consideratio entis communis. Et eius etiam erit considerare huiusmodi principia communia. Physica enim est pars quaedam philosophiae, sed non prima quae considerat ens commune et ea quae sunt entis inquantum huiusmodi. Deinde cum dicit Quaecumque autem, excludit errorem circa modum tractandi huiusmodi principia. Quidam enim tractabant de istis principiis volentes ea demonstrare et quorum multi dixerunt de veritate propositionum principiorum quomodo oporteat eas recipere, unde demonstrationis, et quomodo oporteat contingere veritatem. Solum istis ita se habere, sed hoc ignorantia. Et hoc ex imperitia analeticorum, ubi principia (?) logice scientia artis demonstrandi tractatur. Et oportet scientes de his venire, id est omnes scientias per demonstrationem acceptas ex his principiis

Que sit propositio nota

Ad huius autem evidentiam sciendum quod propositiones per se note sunt que statim notis terminis cognoscuntur, ut dicitur primo Posteriorum. Hoc autem contingit in illis propositionibus in quibus predicatum ponitur in diffinitione subiecti, vel predicatum est idem subiecto. Sed contingit aliquam propositionem quantum in se est esse per se notam, non tamen esse per se notam omnibus qui ignorant diffinitionem predicati et subiecti. Unde Boetius dicit in libro de ebdomadibus quod quedam sunt per se nota sapientibus que non sunt per se nota omnibus. Illa autem sunt per se nota omnibus quorum termini in conceptione omnium cadunt, sed huiusmodi sunt communia, eo quod nostra cognitio a communibus ad propria pervenit, ut dicitur in primo Physicorum. Et ideo iste propositiones sunt prime demonstrationum principia, que componuntur ex terminis communibus, sicut totum et pars, ut omne totum est maius sua parte; et sicut equale et inequale, ut que uni et eidem sunt equalia sibi invicem sunt equalia, et eadem ratione de similibus. Et quia huiusmodi communes termini pertinent ad considerationem philosophi, ideo et huiusmodi principia de consideratione philosophi sunt. Determinat autem ea philosophus non demonstrando, sed rationes terminorum tradendo, ut quid totum et quid pars, et sic de aliis. Hoc autem cognito, veritas predictorum principiorum manifesta relinquitur. Contingit autem maxime. Hic ostendit quod principia ad primum philosophum pertinet considerare de demonstrationis principiis. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod eius est considerare. Secundo de ipso certissime incipit, ibi, principium autem quod ad omnia habet. Circa primum tria facit. Primo ostendit quod huius scientie est considerare de demonstrationis principiis. Secundo ostendit quod sit primum notissimum autem principium. Tertio excludit quosdam errores circa primum principium, ibi, Sunt autem quidam etc. Utitur autem ad primum tali ratione. In unoquoque genere ille est maxime cognoscitivus qui certissima cognoscit principia, quia certitudo cognitionis ex certitudine principiorum dependet. Sed primus philosophus est maxime cognoscitivus et certissimus in sua cognitione. Hec enim erat una de conditionibus sapientis, ut in prohemio huius libri patuit, scilicet quod esset certissimus causarum. Ergo philosophus debet considerare certissima et firmissima principia circa entia, de quibus ipse considerat sicut de genere sibi subiecto. Et firmissimum autem. Hic ostendit quod sit firmissimum seu certissimum principium. Et circa hoc duo facit. Primo dicit que sunt conditiones certissimi principii. Deinde adaptat eas uni principio, ibi, quod non sit et est. Ponit ergo primo tres conditiones firmissimi principii. Prima est quod circa id non possit aliquis mentiri sive errare. Et hoc patet, quia cum homines non decipiantur nisi circa ea que ignorant, ideo circa quod non potest aliquis decipi oportet esse notissimum. Secunda conditio est ut sit non conditionale, id est non propter suppositionem habitum, sicut illa que ex quadam convenientia ponuntur. Unde alia translatio habet et non subiiciant. Et non subiiciant ea que sunt certissima principia, et hoc ideo quia illud quod necessarium est habere intelligentem quecumque entium, hoc non est conditionale et non est suppositum. Sed oportet esse per se notum. Et hoc ideo quia quod necesse est habere ad intelligendum quecumque, oportet quod adveniat cognoscenti ipsum cognoscentem. Tertia conditio est ut non acquiratur per demonstrationem vel alio simili modo, sed adveniat quasi per naturam habenti ipsum, ut naturaliter cognoscatur et non per acquisitionem. Ex ipso enim lumine naturali intellectus agentis prima principia fiunt cognita, nec acquiruntur per ratiocinationes, sed solum per hoc quod eorum termini innotescunt. Quod quidem fit per hoc quod a sensibilibus accipitur memoria, et a memoria experimentum, et ab experimento illorum terminorum cognitio, quibus cognitis cognoscuntur huiusmodi propositiones communes que sunt artium et scientiarum principia. Manifestum est ergo quod certissimum principium sive firmissimum tale debet esse ut circa id non possit errari, et quod non sit suppositum, et quod adveniat naturaliter. Deinde cum dicit: Quod non est. Ostendit cui principio predicta diffinitio conveniat, et dicit quod huic principio convenit tamquam firmissimo, quod est impossibile simul eidem inesse et non inesse idem. Sed addendum est et secundum idem, et alia que hic sunt determinanda circa hoc principium, que determinari oportet ad logicas difficultates quibus videtur contradictio non esse. Et quia huic principio predicta conveniunt. Secunda: impossibile est enim quod aliquis suscipere sive opinari quod idem sit simul et non sit, quamvis quidam arbitrentur Heraclitum hoc opinatum fuisse. Verum est autem quod Heraclitus hoc dixit, non tamen hoc potuit opinari. Non enim necessarium est quod quicquid aliquis dicit hoc mente suscipiat vel opinetur. Si autem aliquis diceret quod contingeret aliquem opinari idem simul esse et non esse, sequitur hoc inconveniens, quod contraria simul inessent eidem. Et hoc declarent nobis, id est ostendant, quadam propositione consueta et in logicis declarata. Ostensum est enim in fine Peryarmenias quod opiniones que sunt contrarie non sunt que sunt contrariorum, sed que sunt contradictionis per se loquendo. Hee enim non sunt contrarie opiniones per se, ut unus opinetur Sortem esse album, alius opinetur Sortem esse nigrum, sed quod unus opinetur Sortem esse album et alius opinetur Sortem non esse album. Quia igitur si opinetur aliquis duo contradictoria simul esse vera, opinando simul idem esse et non esse, habebit simul contrarias opiniones, et ita contraria simul inerunt eidem, quod est impossibile. Non igitur

contingit aliquem credere hoc intellectu mentiri et idem opi-
nari simul idem esse et non esse. Et propter hoc omnes demonstrantes
reducunt suas demonstrationes in hanc propo-
sitionem sicut in ultimam opinionem [illegible] omnibus communem. Ipsa enim est
naturaliter principium et dignitas omnium dignitatum. Et sic pa-
tent hic due conditiones quae quidem in hanc redu-
cunt demonstrantes omnia sicut in ultimum resolvendo.
Patet quod non habetur ex suppositione. Inquantum vero est naturaliter princi-
pium, sic patet quod advenit habenti et non habetur per acquisitionem.
Ad huius autem evidentiam sciendum est quod cum duplex sit op-
eratio intellectus: una qua cognoscit quod quid est, quae vo-
catur indivisibilium intelligentia; alia qua componit
et dividit. In utroque est aliquod primum. In prima quidem operatione
est aliquod primum quod cadit in conceptione intellectus, scilicet hoc quod di-
co ens. Nec aliquid hac operatione potest mente concipi nisi
intelligatur ens. Et quia hoc principium, impossibile est esse et
non esse simul, dependet ex intellectu entis, sicut hoc
principium, omne totum est maius sua parte, ex in-
tellectu totius et partis, ideo et hoc principium est naturaliter primum
in secunda operatione intellectus, scilicet componentis et dividentis.
Nec aliquis potest secundum hanc operationem intellectus aliquid intelligere
nisi hoc principio intellecto. Sicut enim totum et partes non intelligun-
tur nisi intellecto ente, ita nec hoc principium, omne
totum est maius, nisi intellecto praedicto principio firmissi-
mo. Deinde cum dicit *Sunt autem quidam* etc., ostendit quomodo
principium ab aliquibus est erratum. Et circa hoc duo
facit. Primo tangit errorem illorum qui contradicebant
praedicto principio. Secundo errorem eorum qui ipsum demonstrare vole-
bant, ibi, *Dignitatem autem* etc. Dicit ergo, sicut dictum est, quod
quidam sunt, sicut dictum est de Eraclito, dicebant quod
contingit idem esse et non esse, et etiam quod contingit hoc existimare. Et hac
positione utuntur multi naturales, ut infra patebit. Sed nos
nunc accepimus supponendo praedictum principium esse
verum, scilicet quod impossibile sit idem esse et non esse. Ex cuius veri-
tate ostendimus quod est certissimum. Ex hoc enim quod impossibile
est esse et non esse, sequitur quod impossibile sit contraria simul inesse
eidem, ut infra dicetur. Et ex hoc quod contraria non possunt simul
inesse eidem, sequitur quod homo non possit simul habere contrarias
opiniones, et per consequens quod non possit opinari contra-
dictoria simul esse vera, ut ostensum est. Deinde
cum dicit *Dignitatem autem* etc., tangit errorem
quorundam qui praedictum principium demonstrare vo-
lebant. Et circa hoc duo facit. Primo dicit quod non potest
demonstrari simpliciter. Secundo quod aliquo modo potest demonstrari,
ibi, *Est autem et hoc* etc. Dicit ergo primo quod quidam
dignum ducunt sive volunt demonstrare praedic-
tum principium. Et hoc propter apaedeusiam, id est ineru-
ditionem. [illegible] Est enim in-

De duplici operatione intellectus

Volunt aut[em]

eruditio quod homo nesciat quorum oporteat quaerere demon-
strationem et quorum non. Non enim omnia possunt demonstrari.
Si enim omnia demonstrarentur, cum idem per se ipsum non demon-
stretur sed per aliud, oporteret esse circulum in demonstrationibus, quod
esse non potest, quia sic idem esset notius et minus no-
tum, ut patet in primo Posteriorum. Vel oporteret procedere in in-
finitum. Sed si in infinitum procederetur, non esset
demonstratio, quia omnis demonstrationis conclusio redditur
certa per reductionem eius in primum demonstrationis princi-
pium, quod non esset si in infinitum demonstratio in sur-
sum procederet. Patet ergo quod non omnia sunt demonstrabi-
lia. Et si aliqua sunt non demonstrabilia, non po-
terunt dicere quod sit magis indemonstrabile quam praedictum.
Est autem demonstrare etc. Hic ostendit quod aliquo modo
potest praedictum principium demonstrari, dicens quod
contingit praedictum principium demonstrare ar-
gumentative [illegible] elenchice,
quia melius tunc fit argumentum. Syllogismus elenchi-
cus est syllogismus ad contradicendum, unde reducitur ad
redarguendum aliquem falsa opinantem.
Et propter hoc illo modo ostendi potest quod impossibile sit idem
esse et non esse, si solum ille qui ex aliqua dubitatio-
ne negat illud principium dicat aliquid, id est
aliquo nomine significet. Si vero nihil dicat, deri-
sibile est quaerere aliquam rationem ad eum qui nulla utitur
ratione loquendo. Talis enim in hac parte dispositione
qui nihil significat similis erit plantae. Alia enim a-
nimalia significant et ad proferenda signa.
Differt autem demonstrare principium praedictum et de-
monstrare argumentative sive elenchice, quia si aliquis
vellet demonstrare simpliciter praedictum principium,
videretur petere principium, quia non posset ad fi-
nem ad eius demonstrationem nisi aliquid quod ex
veritate huius principii dependeret, ut ex praece-
dentibus patet. Sed quando demonstratio non erit talis, scilicet
simpliciter, tunc erit argumentatio sive elen-
chus et non demonstratio. Alia translatio sic habet
et melius: alterius autem hic causa sit argumenta-
tio erit et non demonstratio. Id est cum hic petitio a
minus notis ad hoc magis notum principium fiat
causa alterius hominis qui hoc negat, tunc poterit esse
argumentatio sive elenchus et non demonstra-
tio, scilicet syllogismus contradicens, ei potest esse quod
est minus notum simpliciter erit concessum ab
adversario, et sic poterit procedi ad praedictum
principium ostendendum quoad ipsum, licet non simpliciter.
Principium vero etc. Hic incipit elenchice
disputare contra negantes praedictum principium.

¶ [illegible] sit ineruditio.
¶ Quod non sit omnium demonstratio.

quod sunt

[illegible] quod maxime

et dicit etc. Postea disputat contra eos qui dicunt contradic-
tionem simul esse veram. Secundo contra illos qui dicunt quod contingit
eam simul esse falsam ibi: Sed nec medium contradictionis etc. Circa
primum duo facit. Primo disputat contra ponentes ea-
dem in communi. Secundo ostendit quod opinio Protagore inci-
dit cum predicta positione ibi: Est autem ab eadem
positione etc. Circa primum ponit vii rationes. Secunda
ibi: Omnino vero destruunt. Tertia ibi: Amplius si contradic-
tiones. iiii ibi: Amplius quod et omnia ita se habent.
v ibi: Amplius quod dicit. vi ibi: Vii et maxime
manifestum est. Circa primum duo facit. Primo ostendit ex
quo principio oporteat procedere contra negantem
primum principium. Secundo ex illo principio procedit
ibi: Primum quidem igitur etc. Et est dicendum quod omnia talia
inopinabilia non est accipere pro principio
aliquam propositionem quae asserat aliquid esse vel non esse
ab ea, scilicet ut esset aliquid principium, idest primum
demonstrationis, sed oportet accipere pro principio quod nomen
significet aliquid et ipsi qui profert et sibi loquenti
et intelligenti, et alii qui eum audit.
Si autem hoc non concedat, tunc talis non habebit ratio-
nem, neque secum neque cum alio, unde frustra
erit cum eo disputare. Sed si hoc dederit, iam
erit demonstratio contra eum. Iam enim
invenitur aliquid diffinitum idest declaratum quod
per nomen significatur distinctum ab alio quod
contradictorio suo, sicut patebit. Sed tamen hoc non
erit demonstrans predictum principium simpliciter,
sed tamen erit ratio sustinens contra negan-
tes, scilicet quia destruunt rationem et sermonem
sive dicendo quod nomen nichil significet, oportet quod sustineat
quod hoc ipso quod negat profert ut potest
loquendo et aliquid significando. Deinde
cum dicit: Primo quidem etc., procedit ex dicto sup-
positione ad propositum ostendendum, et primo singulariter in
uno. Secundo generaliter in omnibus ibi: Amplius si
homo etc. Dicit quod primo quod si nomen aliquid signi-
ficet, primo hoc erit verum quod hoc nomen est verum et eius
contradictoria quae negatur est falsa, et sic ad
minus hoc habetur quod non omnis affirmatio erit
vera cum sua negatione. Deinde cum
dicit: Amplius si homo etc., ostendit universaliter de omnibus
scilicet quod contradictoria non est simul vera, et circa hoc
iii facit. Primo ponit quaedam quae sunt necessaria
ad propositum concludendum. Secundo excludit propositum
ibi: Non ergo contingit etc. Tertio
probat quaedam quae supposuerat ibi: Quamvis

esse hominem etc. Quarto excludit quan-
dam cavillationem ibi: Si respondet interrogan-
ti. Circa primum ita facit. Primo ostendit quod nomen unum si-
gnificet. Secundo ex hoc ostendit incidens quod hoc nomen homo significat
id quod est hominem esse non autem id quod est non
esse ibi: Non ergo contingit etc. Tertio ostendit quod homo
et non homo significant unum ibi: Si autem non significat etc.
Dicit quod primo quod si homo significat unum, sit hoc
unum animal bipes, hoc unum dico nomen sig-
nificare quod est diffinitio rei significate per nomen,
ut si est homo esse animal bipes, idest si hoc est quod quid
est homo, hoc erit significatum per hoc nomen homo. Si autem
dicat quod nomen plura significat, aut significa-
bit finita aut infinita. Si autem finita,
nichil differt quantum ad cavillationem a beo quod possit
significare rem, quia significabit multas rationes di-
versarum rerum finitarum singulariter eorum possunt
adaptari diversa nomina, ut si homo signi-
ficet multa, et unum eorum sit ratio animal bi-
pes, poneretur unum nomen habens ratio-
nem quae est homo, et sic de pluribus. Alie rationes
ponentur quod plura nomina, dummodo rationes
ille sint finite, et sic redibit primum quod
nomen significet unum. Si autem non non signi-
ficat finitas rationes sed infinitas, manifestum
est quod nulla erit ratio sive locutio
sive disputatio, quod sic patet quia non significare
unum nichil significare, et
hoc sic probatur: nomina significant intellectus, si
igitur nichil intelligitur nichil significatur, sed si
non intelligitur unum nichil intelligitur, quia
oportet quod intellectus hoc quod intelligit ab aliis distin-
guat. Igitur si non significat unum nichil significat. Sed si no-
mina non significant tolletur disputatio et
que est secundum veritatem et que est ad hominem. Igitur patet
quod si nomina infinita significarent non erit
ratio sive disputatio. Sed si contingit in-
telligere unum imponatur ei nomen, et sic
teneatur quod nomen significet aliquid et quod
significet. Deinde cum dicit: Non est hic
contingit etc. Ostendit quod hoc nomen homo
non significat id quod est hominem non esse, nomen enim signi-
ficans unum non solum significat unum subiecto
quod idem dicitur unum quod de uno, sed id quod est unum
simpliciter et ratione, idest si nollemus dicere quod
nomen significat unum quod significat ea quae verificantur
de uno, sic sequeretur quod musicum

vii . ibi apparet si / et maxime

aliquid

et album et homo unum significarent. quare omnia unum
erunt. et univoca, et ex hoc sequeretur quod omnia essent
unum. quia si album dicitur de homine et tamen hoc est unum
cum eo, et dicatur et de lapide erit unum cum
lapide. et que uni et eidem sunt eadem et invicem sunt
eadem. unde sequitur quod homo et lapis sint unum
et unius rationis. et sic sequitur quod omnia nomina
sint univoca. id est unius rationis vel synonyma secundum
aliam literam. id est omnia idem significantia re et ratione. quod
nullus dicere potest. esse et non esse verificantur de eodem secundum
negantes principium primum. tamen oportet quod ad hoc quod
est esse hominem, et hoc quod est non esse, sicut ad
rationem albi et hominis quamvis de eodem verificentur.
sed patet quod esse et non esse non erunt idem ratione
et re, que uno nomine significantur unum. Secundo
est ad quod esse hominem vel esse hominis. sive hominis
hic accipitur pro quod quid erat hominis. ex hoc
concluditur quod hoc quod dico homo non significat
hoc quod est hominem non esse sicut predicta ratione.
sed quia dixerat supra quod idem nomen potest
plura significare secundum diversas rationes ideo
ostendit non per equivocationem ad destruendum
quod homo univoce non significat esse hominem
et non esse hominem. sed equivoce potest utrumque
significare, ut si id quod nos vocamus hominem
in una lingua vocent alii non hominem
in alia lingua. Non enim est nostra
disputatio si idem secundum nomen contingat esse
et non esse. sed si idem secundum rem. Deinde cum dicit
Si autem non significat. probat tertio. scilicet quod homo et
non homo non significant idem tali ratione. homo significat
hoc quod est esse hominem et quod quid est homo, non homo
autem significat non esse hominem vel quod quid est non homo. si igitur
homo et non homo non significant aliud diversum et
id quod est esse hominem non est diversum ab hoc quod non est
esse hominem vel non esse hominem, et ita unum eorum
predicabitur de altero et erunt unum secundum rationem
unum. cum enim dicimus aliqua unum significare in-
telligimus quod significent rationem unam, sicut
vestis et indumentum. sic igitur esse hominem
et non esse hominem erunt unum, scilicet secundum ratio-
nem unum et idem erunt quod significabit
id quod est esse hominem et id quod est non esse
hominem. sed datum est vel monstratum quod
diversum nomen est quod significat utrumque. ostensum
enim est quod hoc nomen significat esse hominem et
non significat non esse hominem. Ergo patet quod esse hominem
et non esse hominem non sunt unum secundum rationem. et sic patet
propositum quod homo et non homo diversum significant.
Deinde cum dicit Necesse igitur etc. ostendit principale
propositum ex predictis suppositis tali ratione.
necesse est quod sit animal bipes quod principale propositum
explicat. hoc enim est ratio quam hoc nomen significat. sed
quod necesse est esse non contingit non esse. hoc enim significat
necessarium, scilicet non possibile non esse, vel non contingit non esse
vel impossibile non esse. ergo impossibile est simul non contingens, vel non
possibile hominem non esse animal bipes. sic patet ergo quod non
contingit utrumque verum esse de homine affirmationem
et negationem, scilicet quod sit animal bipes vel quod non sit
animal bipes. et eadem ratio ex significationibus nominum similiter
potest accipi de non homine, quia necesse est
non hominem non esse animal bipes, cum hoc significet
nomen. ergo impossibile est esse animal bipes. ea autem
que sunt monstrata valent ad propositum
quia si contingeret quod homo et non homo idem significa-
rent, vel quod hoc nomen homo significaret esse ho-
minem et non esse hominem, possent adversarii
negare istud necesse est hominem esse animal bi-
pes. possent enim dicere quod non magis necessarium
est dicere hominem esse animal bipes quam non esse animal
bipes. sed hec nomina homo et non homo idem significarent,
vel si hoc nomen homo utrumque significaret, scilicet id
quod est esse hominem et id quod est non esse hominem.
Deinde cum dicit Non igitur esse hominem etc.
hic probat quoddam quod supposuerat, ad proban-
dum quod, quod hoc nomen homo non significat id quod
est non esse hominem, aliquis posset quod id quod est esse
hominem et id quod est non esse hominem sunt di-
versa, quamvis verificentur de eodem. et hoc in-
tendit hic probare tali ratione. magis
opponuntur esse hominem et non esse
hominem quam homo et album. sed homo et album
sunt diversa secundum rationem, licet sint idem subiecto. ergo et esse
hominem et non esse hominem sunt diversa secundum
rationem. maiorem sic probat. si enim omnia que
dicuntur de eodem unum sunt secundum rationem, que significantur
uno nomine, sequeretur quod omnia sunt unum sicut
supra dictum est et expositum. si igitur hoc non con-
tingit, contingeret illud quod dictum est, scilicet quod
esse hominem et non esse hominem sunt diversa
et per consequens sequitur ultima conclusio supra dicta, scilicet quod
homo sit animal bipes et impossibile est ipsum esse
non animal bipes. Deinde cum dicit Et si detur
et interrogatio etc. excludit quandam
cavillationem per quam protervi
possent impediri. possent enim adversarii



interrogatur an verum sit hominem esse animal bipes, non respondere affirmationem vel negationem, sed dicere verum est hominem esse animal bipes et non est animal bipes. Hic excludit hic philosophus dictum predictum contradictionem sequi dicentium. Nam vellet respondere ad interrogatum sumptum simpliciter, si ad interrogatum sumpserit de affirmatione, veniet ad negationem infinita respondere, ut dictum est, si non ad interrogatum respondet, quod sic probat. Contingit enim unam et eandem rem esse hominem et album et mille alia; hiis tamen, si queratur utrum homo sit albus, respondendum est tantum id quod uno nomine significatur, et non sunt addenda omnia alia. Ergo si queratur utrum hic sit homo, respondendum est simpliciter quod est homo, et non est addendum quod est homo et albus et magnus et similia, quia oportet omnia que ei accidunt adicere simul. Respondet autem dicens: Omnia sic non possunt, cum sint infinita. Infinita enim eius accidunt, ad unum scilicet relationes, ad infinita convenientia et sequentia, et infinita non est pertransire in respondendo; ergo nullum eorum que accidunt alicui est respondendum, sed solum quod quid est, sed si supponamus liceat quod sit idem homo et non homo, cum tamen queritur de homine non est respondendum de non homine, nisi respondeantur et omnia que possunt homini accidere; si enim hoc fieret, non esset disputandum, quia numquam compleretur, cum impossibile sit infinita pertransire. Deinde cum dicit: Omnino vero destruunt etc., ponit secundam rationem que sumitur ex ratione predicati substantialis et accidentalis, que talis est. Si affirmatio et negatio verificantur de eodem, sequitur quod non predicabitur aliquid sive substantialiter, sed solum per accidens, et sic in predicationibus per accidens erit procedere in infinitum; sed hoc est impossibile; ergo et primum. Circa hanc rationem duo facit: primo ponit conditionalem; secundo probat destructionem consequentis, ibi: Si vero omnia sic accidentia etc. Circa primum sic procedit: ... quod illi qui dicunt hec scilicet affirmationem et negationem ... esse verum, omnino destruunt substantiam, id est substantiale predicatum, quod quid erat esse, id est quod predicatur in eo quod quid. Unde verum est ergo eis dicere quod omnia accidunt, id est per accidens predicantur, et quod non sit hominem esse aut animal esse, id est non sit quod significet quod est homo aut quod est animal, quod sic probat: si enim aliquid est quod est hominem esse, id est quod quid est homo substantialiter, scilicet de homine predicatum, illud non erit non esse hominem, nec erit esse non hominem. Hec autem que est esse hominem sunt predicare due negationes,

scilicet non esse hominem vel esse non hominem. Patet ergo quod si aliquid sit quod non est homo vel est homo, quod affirmatio vel negatio non verificantur de eodem, quia scilicet de eo quod est esse hominem verificantur non esse non hominem vel non esse hominem. Conditionalem autem probat, scilicet quod si aliquid sit quod quid est homo, quod illud non sit non esse hominem vel esse non hominem, sic probat: positum est supra et probatum quod hoc quod significat nomen est unum; et iterum positum est quod illud quod significat nomen est substantia rei, quod quid est rei. Unde patet quod aliquid significat substantiam rei, et quod id quod est significatum non sit aliquid aliud. Si enim id quod est esse hominem sit quod quid est homo fuerit, vel non esse hominem vel esse non hominem, constat quod erit quid aliud ab eo. Unde oportet dicere quod non sit diffinitio significans quod quid est esse rei, sed sequitur ex hoc quod omnia predicentur per accidens. In hoc enim distinguitur substantia ab accidente, id est predicatum substantiale ab accidentali, quia unumquodque est vere id quod predicatur substantialiter de eo, et ita non potest id quod predicatur substantialiter esse non unum, quia aliqua res non est nisi una; sed homo dicitur albus quia albedo vel album accidit ei, non quia ita quod sit id quod vere est album vel albedo. Unde non oportet quod id quod predicatur per accidens sit unum tantum, sed multa possunt per accidens predicari. Substantiale vero predicatum est unum tantum, et sic patet quod ita est esse hominem et non est non esse hominem. Si autem utrumque sunt, iam substantiale predicatum non erit unum tantum, et sic non erit substantiale, sed accidentale. Deinde cum dicit: Si vero omnia secundum accidens etc., destruit consequens ostendens hoc esse impossibile, quod aliquid non predicetur substantialiter, sed omnia accidentaliter, quia si omnia per accidens predicentur, non erit aliquid primo universale. Dicitur autem hic primum universale sicut in Posterioribus, scilicet quod predicatur de aliquo per se et secundum quod ipsum est. Hoc autem est impossibile, quia si semper aliquid predicatur de alio per accidens, oportet quod accidentalis predicatio procedat in infinitum, quod est impossibile. Hec autem ratione predicatio accidentalis non complectitur nisi duos modos. Unus modus est secundum quod accidens de accidente predicatur per accidens, et hoc ideo quia ambo accidunt eidem subiecto, sicut album predicatur de musico et econverso, quia ambo accidunt homini. Alius modus est quo accidens predicatur de subiecto, sicut Sortes dicitur musicus, non quia ambo accidunt alicui alii subiecto, sed quia unum eorum accidit alteri. Cum ergo sint duo modi predicationis per accidens, in neutro contingit esse predicationem infinitam. Non contingit enim in illo modo quo accidens predicatur de accidente abire in infinitum, quia oportet devenire ad subiectum. Iam enim dictum est

Secundo eius accidentia sunt infinita.

Secundo distinguit predicatum substantiale et accidentale

Duo modi predicandi per accidens

Quod in predicatione per accidens non contingit abire in infinitum

quod hec est ratio predicationis huius quod albo predicatur de musico secundum quod fit descendendo a priori ad idem quod invenitur primo in ipsum idem. Sed illo modo predicantur accidentia per se de albo ut cum dicitur Sortes est albus non quod sit in infinitum in superius ascendendo albo ad predicata ita ut dicatur quod Sorti accidit albus et quod Sorti albo accidit aliquod aliud, scilicet non possunt esse nisi duobus modis. Uno modo quia ex albo et Sorte fieret unum; et sic sicut Sortes est unum secundum albedinis ita Sortes albus esset idem aliquid accidentalis; sed hoc non potest esse, quia non fit aliquid unum ex omnibus quibuscumque predicatis; ex albo enim et accidente non fit unum simpliciter, sicut fit unum ex genere et differentia.

Quod ex albo et accidente non fit unum simpliciter

Unde non potest dici quod Sortes albus sit unum secundum, alius modus esset quod sicut Sortes est idem albi, ita ipsi albo insit aliquid aliud accidens ut musicum. Sed hoc etiam non potest propter duo. Primo quia non erit aliqua ratio quare magis musicum dicitur accidere albo quam econverso. Unde non erit ordo inter album et musicum. Sed econverso respicientur se ad invicem; secundo quia simul cum hoc distinctum est supra de predicatis, quod iste est alius modus predicandi per accidens, in quo accidens predicatur de accidente, ab illo modo quo accidens predicatur de albo ut musicum de Sorte. Similiter cum de quo nunc loquimur non dicitur predicatio accidentalis quia accidens predicatur. Sed in illo modo de quo prius locuti sumus. Sic igitur manifestum est quod in accidentalibus predicatione non est abire in infinitum. Quare patet quod non omnia predicantur secundum accidens, et ulterius quod erit aliquid significans substantiam, et ulterius quod contradictio non verificatur de eodem. Secunda que est secundum primam rationem quod licet accidens non sit idem alteri et sic non sit ordo accidentis ad accidens quantum ad rationem subiciendi est tamen ordo quantum ad rationem cause et causati. Nam unum accidens est causa alterius sicut calidum et humidum dulce- et sicut superficies coloris. Secundum unum philosophum quod secundum unum accidens est susceptivum alterius.

Deinde cum dicit: Amplius si contradictiones et cetera. Ponit tertiam que sumitur ex primo et dicto et est ratio talis: si affirmatio et negatio verificantur simul de eodem omnia erunt unum. Sed hoc est falsum. Ergo et primum. Et hanc rationem tam facit. Primo ponit conditionalem et exemplificat, quia scilicet sequitur si contradictiones simul verificantur de eodem quod idem esset trieris, id est navis huius tres ordines remorum, et murus et homo. Secundo cum dicit: Quemadmodum est necesse, ostendit quod illa conditionalis sequitur ad duas alias positiones. Primo ad opinionem Protagore

qui dicebat quod cuilibet alicui videtur quod homo non sit trieris non erit trieris. Et si alicui videtur quod sit trieris erit trieris, erit et contradictoria vera. Secundo ad opinionem Anaxagore, qui dicebat omnes res simul esse, quia nihil sit vere unum ab aliis determinatum sed omnia erant unum in quadam confusione. Dicebat quod quolibet sit in quolibet. Sic igitur philosophorum consensus est quod non accidebat Anaxagore quia ipse videtur loqui de ente, tamen de indeterminato, id est quod non est determinatum in actu. Et cum putaret loqui de ente perfecto, loquebatur de non ente, loquebatur enim de ente in potentia sicut infra patebit. Quod autem est in potentia et non entelechia vel actu est indeterminatum. Potentia enim non finitur nisi per actum; et cum dicit: Sed dicendum est eis et probat conditionalem predictam propositionem esse veram et primo quantum ad hoc quod omnia affirmativa dicta unum erunt. Secundo quantum ad hoc quod affirmationes a suis negationibus non distinguuntur in veritate et falsitate ibi: Et quod non est necesse et cetera. Dicit ergo primo quod ideo primum est ab eis supponendum ex quo ponunt affirmationem et negationem simul verificari de eodem, quod de quolibet est affirmatio aut negatio vera. Constat enim quod de unoquoque magis videtur predicari negatio alterius rei quam negatio propria. Si igitur inesset alicui inesset sua negatio et non inesset negatio alterius, per quam significatur quod illa res non inest ei. Sicut si verum est dicere quod homo non est homo, multo magis est dicere homo non est trieris. Patet ergo quod de quolibet necessarium est predicari negationem necesse quod autem patet de eo affirmatio. Et ita persequens predicabitur negatio cum negatio et affirmatio sunt simul vera. Aut si non patet affirmatio predicabitur negatio illius magis quam negatio propria. Sic si trieris simpliciter de homine patet de eo non trieris multo magis quam non homo; sed ipsa negatio propria patet, quia homo est non homo. Ergo et negatio trieris predicabitur de eo ut dicamus quod homo non est trieris. Sed si per affirmationem predicabitur negatio cum sit sibi inherente. Ergo necesse est quod homo sit trieris, et eadem ratione quolibet aliud. Et sic omnia erunt unum. Et ergo contingit dicentibus hanc positionem scilicet quod contradictio verificatur de eodem.

Quod Anaxagoras posuit omnia simul esse in quadam confusione

Deinde cum dicit: Et quod non est. Deducit ad aliud inconveniens, scilicet quod non distinguatur negatio ab affirmatione in veritate et falsitate. Sed verum sit falsa. Dicit ergo quod non solum predicatur contradictoria.

sequitur ad predictam positionem sed et sequitur quod
non sit necessarium affirmare et negare, idest quod
non sit necessarium affirmationem vel negationem esse ver-
am. Si contingit utramque esse falsam
sic non erit distantia inter verum et falsum
quod sic probat: si verum sit quod aliquid sit homo et non
homo, verum est quod id non erit homo non erit non homo
et hoc sic patet: horum enim duorum que sunt homo et non
homo sunt due negationes, scilicet non homo et non non
homo. Si autem ex primis duobus fiat una pro-
positio ut dicamus corpus non est homo nec non homo
sic sequitur quod nec affirmatio nec negatio sit
vera sed utraque falsa. Deinde cum dicit
amplius erunt autem etc. ponit quartam rationem
que sumitur ex certitudine cognitionis
et est talis: si affirmatio et negatio sic
inveniuntur aut ita est in omnibus aut est ita
in quibusdam et in quibusdam non. Si autem non erit verum
in omnibus, ille in quibus non est verum erunt
confesse, idest simpliciter et absolute concedende vel
erunt certe, idest certitudinaliter vel secundum aliam
translationem in eis erit vera ne-
gatio quod affirmatio erit falsa vel econverso. Si autem
hoc est in omnibus quod contradictio invenitur de eis
hoc contingit dupliciter. Uno quod de quibuscumque sunt vere aff-
irmationes sunt vere negationes et econverso.
Alio modo ut de quibuscumque inveniuntur
affirmationes verificentur negationes et non
econverso. Et si hoc sic sit, verum scilicet hoc inconveniens
quod aliqua sunt vel certitudinaliter erunt
non entia et ita erit firma opinio quia scilicet
est de negatione et hoc ideo quod negatio
semper est vera eo quod quandocumque est affirmatio vera est et
negatio vera, non autem affirmatio. Semper erit verius
quod positum est quod non de quocumque est vera negatio
sit vera affirmatio, et ita negatio erit fir-
mior et certior quam affirmatio quod modo esse
falsum, quod dato quod non esse sit certum et
notum tamen semper erit notior affirmatio
quam negatio ei opposita quia intellectus negationis semper
dependet ex veritate alicuius affirmationis.
Unde nulla conclusio negativa infertur
nisi in premissis sit aliqua affirmativa. Con-
clusio non affirmativa non probatur ex negativa.
Si autem dicatur primo modo scilicet quod sicut de quibuscumque est
affirmare ita de eis est negare
similiter de quibus est negare de eis est et aff-
irmare, ut scilicet affirmatio et negatio contradictionum

Sed intellectus negationis dependet ex veritate alicuius affirmationis.

tur, hoc contingit dupliciter, quod semper affirmatio et ne-
gatio sunt vera, aut erit divisim dicere dictio quod
quod sit vera, verbi gratia quod sit divisim dicere quod hoc est verum
homo est albus, et iterum hoc est verum homo non est albus. Aut
non est divisim utramque dicere veram sed solum con-
iunctim ut dicamus quod hec copulativa sit vera:
homo est albus et homo non est albus, et siquidem dicamus hoc
secundo modo ut scilicet non sit utraque illa divisim sed so-
lum coniunctim, tunc sequuntur duo inconvenientia quorum
primum est quod non dicet ea, idest non aliter nec affirmationem
nec negationem, et quod ambe erunt nichil, idest quod
ambe sunt false, vel secundum aliam translationem et non est
nichil, idest scilicet quod nichil sit verum nec affirmatio nec negatio.
Et si nichil est verum, non poterit dici nec intelligi
quomodo enim aliquis pronuntiabit et intelliget non ens
quod nullo modo. Secundum inconveniens est quod scilicet quod omnia sunt
unum quod superiori ratione est deductum, scilicet enim quod
sit idem homo et deus et trieris et contradictiones
eorum, scilicet quod non homo et non deus et non trieris, quod sic
patet: quod si affirmatio et negatio sit divisim de uno
quoque tunc nichil differt unum ab alio. Si enim
unum ab alio differt oportet quod aliquid dicetur
de uno quod non dicetur de alio et sic sequeretur
quod aliquid esset verum determinate et proprium huic rei
quod non conveniret alteri, et sic non de quolibet verificaretur
affirmatio vel negatio. Constat autem quod ea que
nullo modo differunt sunt unum, et ita sequitur
omnia unum esse. Si autem dicatur primo modo scilicet quod non solum
coniunctim est verum dicere affirmationem et negationem sed
et divisim, sequuntur iiii inconvenientia quorum [illegible]
est unum quod hec positio falsificat ipsam dictionem, idest determinat
hoc esse verum quod immediate est dictum. Unde translatio
alia habet accidit quod dictum est scilicet quod omnia
sunt unum, quod sic et similiter affirmationes et negationes
de unoquoque dicentur et non erit differentia unius
ad alterum. Secundum est quod omnes verum dicerent quod
quibus vel dicit affirmationem vel negationem et utrique
est verum et omnes mentientur, et quod contradictorium
eius quod quisque dicit erit verum, et idem etiam homo
secundum ipsum dicere falsum confitetur, quod cum dicit ne-
gationem esse veram dicit se falsum dixisse cum
dicit affirmationem. Tertium est quod manifestum
est quod ad hunc non potest esse perscrutatio
vel disputatio, non enim potest disputari
cum aliquo qui nichil concedit. Iste enim nichil
dicit quod non dicit absolute quod est ita, nec dicit quod
non est ita, sed dicit quod est ita et non est ita, et iterum
ambo ea negat dicens quod nec ita nec

non ita / sicut ex predicta ratione apparet / sed .n.
non omnia ista neget. Secundo quod neque nomine ad
determinare quid verum quod est quod positum vel est quod alia
cavillatio habet et plurimus. Iam utique erit
determinatum. Consequenter secundum positionem veri
et falsi verum .n. est cum dicitur esse quod est. vel non esse quod non
est. falsum autem est cum dicitur non esse quod est. aut esse quod non
est. Ex quo patet per positionem veri et falsi quod quando affir-
matio est vera tunc negatio est falsa.
tunc dicit non esse de eo quod est et si negatio
est vera tunc affirmatio est falsa tunc .n.
dicitur esse de eo quod non est. non ergo contingit verum
idem affirmare et negare. Sed forte adversa-
rius ad hoc ultimum posset dicere quod hic est
petitio principii. quia .n. ponit contradictionem
simul esse veram non recipit hanc diffiniti-
onem falsi quod est falsum dicere quod non est esse vel quod est non
esse. Amplius autem aut in medio suscipiens hic po-
nit quintam rationem que sumitur ex ratione intermedii
quia talis est definitio est quod affirmatio et negatio
simul vera ponuntur. Ergo ille qui suscipit sive
opinatur sic se habere .i. affirmationem tamen
aut non sic se habere .i. ille qui opinatur ne-
gationem simul esse veram tamen / verum vero est quia non
opinatur ambo simul, dicit verum tamen ergo verum
sit quod ita est sive sic est in opinione, ut
sicut significatur voce. Secundo quod ipsum quod dico
erit ad declaratum moribus que scilicet natura
eventuum talis erit quasi dicitur / ut si ponatur
affirmationem et negationem simul .i. parti-
culam quod talis est eventum naturam que dicitur. ex
hoc quia ideo quod dicit est declarare verum secundo quod res
habeat naturam talem. Si enim dicatur
quod ille qui estimat simul affirmationem
et negationem non opinatur verum sed magis
ille qui estimat illo modo quod .i. tantum affirmatio
vel tantum negatio sit vera / ad hoc magis falsum quod
entia se habebunt contra .i. aliquis modo
determinate / verum aliqua cavillatio habet planum
quodam et hic erit verum determinate et non
erit simul non verum ex quo sola affirmatio vel negatio
est vera. Sed si omnes predicti .s. illi qui dicunt
utrumque partem contradictionis et illi qui dicunt al-
terum tantum mentiuntur et omnes et verum dicunt
tamen / quia hic ponit non esse disputandum sed ad
quod iste disputetur cum eo .i. secundo argumentum cavilla-
tur hic neque asserit aliquid ut affirmat sic
.n. alia cavillatio dicit nec asserere non dicere

quod hic est. quia simul utrumque et dicit et
negat. et si neque sunt simul. affirmat
et negat ex aliquo. ita et simul nichil opina-
tur et non opinatur et melius suscipit quia de-
terminat verum in nullo modo differt a plantis
quia et bruta alia habent determinatas con-
ceptiones. alia cavillatio habet ab aptitudine
naturali. et est istud quod talis qui non recipit non
differt in hoc quod actu ad cogitandum ab illis
qui apti nati sunt cogitare et non dum co-
gitant actu qui .n. apti nati sunt cogi-
tare de aliqua questione neutrum partem assu-
munt et simul verum [illegible] tamen
dicit verum et maxime manifestum est. ponit
sextam rationem que sumitur ab electione et fuga
et contra hos duo facit. Primo ponit rationem. secundo
excludit quandam cavillosam responsionem .i.
et si non scientes et cetera. dicit ergo primo quod quia homo
qui melius suscipit melius differt a plantis
et omnis homo differt a plantis manifestum est quod nullus
homo sic dispositus ut credat affirmationem
et negationem simul. Vitificanti / unde illi qui
hanc positionem ponunt tamen tantum cum si .n.
idem esset ire domum et non ire / quare ad iret
domum et non quiesceret si putaret quod hic ipsum
quiescere esset ire domum, patet ergo quod ex quo
ad vadit et non quiescit quod aliud pu-
tat ire et non ire / et similiter si ad incedit
per aliquam viam quam forte directe vadit
ad puteum vel ad torrentem nec recte
incedit per viam illam sed videtur tunc cavere
precipitium aut torrentem / et hoc ideo quod in-
cidere in torrentem vel puteum non putat esse
similiter bonum et non bonum / sed alterum pu-
tat esse non bonum. Si enim putaret esse bonum
simul et non bonum / non magis vitaret quam
eligeret. cum ergo vitet et non eligat
palam est quod neque suscipit simul opinari
quod unum sit melius .s. non incidere puteum
et hoc nomine non melius / et si hoc est in bo-
no et bonus. Similiter necesse est esse in aliis
ut videlicet quod sit homo et idem non homo / et hoc sit
dulce et idem non dulce / quia ex hoc patet quod
non omnia equaliter querit et opinatur / cum neque
putet melius aquam bibere dulcem quam
non dulcem / et melius videre hominem quam
non hominem / et ex ista diversa opinione
secundo quod determinare querit unum et non ad

oporteret aliquid quod sit utrumque quereret scilicet dul-
ce et non dulce hominem et non hominem
Si etiam uerum quod essent eadem contradictoria
sed sicut dictum est nullus est qui non iudicat
hoc tenue et illud non tenue et sic hoc ipsum quod
homo afficitur diuersimode ad diuersa dum
quedam timet et quedam desiderat / oportet quod non existi-
met idem esse quod hoc et non esse / sic ergo patet quod
omnes opinantur se habere ueritatem scilicet
in affirmatiua tantum uel in negatiua / et non in utraque
simul / et hoc non in omnibus saltem in bonis et malis
uel in melioribus et peioribus / ex hac [illegible]
prouenit quod quedam queruntur et quedam ti-
mentur Secundum ibi quod dicit et non scientem
excludit quandam cauillationem possibilem
enim aliquis dicere quod homines quedam desiderant
tamquam bona et alia fugiunt tamquam
non bona non quasi scientes ueritatem
sed quasi opinantes quod non idem sit bonum
et non bonum sed idem sit secundum rei ueritatem sed si
hoc est uerum quod homines non sunt scientes sed
opinantes multo magis debent cura-
re ut addiscant ueritatem quod sic patet quia
infirmus magis curat de sanitate quam sa-
nus ille enim qui opinatur non uerum dispositus similiter
ter ad ueritatem in comparatione ad scientem
habet enim se ad scientem sicut infirmus
ad sanum. defectus enim scientie est opinio falsa
Quod defectus scientie est opinio falsa | sicut egritudo sanitatis et sic patet quod
homines debent curare de ueritate in-
ueniendum. quod non esset si nichil esset uerum de-
terminate sed similiter esset ad uerum et non uerum Tertium
ibi cum dicit Amplius si quam maxime ponit
unam rationem quam sumit ex diuersis gradibus
falsitatis dicens ergo quod etsi quam maxime uerum
sit quod omnia sic esse habeant et non sic id est
quod affirmatio et negatio sint simul uera et falsa
sed tamen in natura entium non oportet quod ad sit magis
et minus inest. constat enim quod non similiter se habet
aduersitatem dicere quod duo sunt paria et di-
cere tria esse paria non equaliter se habent ad mendacium dicere quod
quatuor esse quinque et quod sint mille si enim
falsa similiter manifestum est quod alterum est minus falsum scilicet
dicere quatuor esse quinque quam dicere quatuor esse mille quod
autem est minus falsum est uerum magis uel propinquius
uero / sicut et minus nigrum est quod est albo pro-
pinquius patet ergo quod alterum eorum magis dicit
uerum et magis approximat ueritati scilicet ille

qui dicit quatuor esse quinque. sed non esset ad aliquid
uero uel propinquius non esset ad terminum uerum certum pro-
pinquius uel affirmatiuum esset magis uerum et minus
falsum relinquitur ergo quod oportet ponere aliquid esse abso-
lute uerum et non omnia uera et falsa / quia sequitur ex hoc quod
contradictiones sint simul uera et propter dictam rationem non
sequitur quod sit absolute uerum iam certum habetur
quod aliquid est uerius et firmius siue certius alio
et sic non eodem modo se habet ad ueritatem secun-
dum affirmationem et negationem et ita per hanc rationem
et priores procedentes erimus liberati et remo-
ti a ratione scilicet opinione non mixta id est non bene
temperata unde alia translatio habet diffic-
perata tamen enim opinio est bene contemperata
quando oppositum non repugnat ideo cum quod
opinio implicat opposita tunc non bene contempera-
ta quia est propter dictam positionem quod dicit contradictionem ue-
rificari. hec per multos ne mittitur ad possibilem
diffinire uel declarare. Secundo enim ratio distincti-
onis consideratur in affirmatione et negatione unde
qui affirmationem et negationem unum esse dicit
omnem declarationem siue distinctionem ex-
cludit Tertium ibi cum dicit Cum quod ab
eadem opinione procedat et cetera. ostendit quod opinio picta-
gore reducitur in eandem sententiam cum
predicta positione dicebat enim pictagoras quod omnia
que uidentur alicui esse uera omnia sunt uera
et si aliquid horum positorum est uerum necesse est primam positionem
esse ueram scilicet quod affirmatio et negatio sint simul uera
et per consequens quod omnia sint simul uera et falsa sic ex
hac positione sequitur ut e conuerso et quod sic ostendit mul-
ti enim homines opinantur ut inuicem contraria
et putant quod illi qui non eadem opinantur
que ipsi opinantur quod ipsi mentiantur et econuerso
Si ergo quicquid uidetur hoc est uerum sequitur quod
utrique mentiantur et uerum dicant quod idem
sit et non sit ad opinionem pictagore. Secundo
quod contradictiones sint simul uere. Similiter et si hoc est uerum quod
contradictiones sint simul uere necesse est opinionem picta-
gore ueram scilicet quod omnia que uidentur aliquibus esse
ueraciter ita. constat enim quod illi qui habent diui-
sas opiniones quedam sunt mentientes et
quidam uerum dicentes opinantur sibi
inuicem opposita. Si ergo omnia opposita sint uera
quod sequitur si contradictoria sint simul uera necesse est
quod omnes dicant uerum et quod aliquid uideatur ali-
cui sit uerum et sic patet eadem sententia uel intellectus
uel ratio est utriusque positionis quod ad unum sequitur

ana denecite est a' id modo et e(st) p(re)ter de
terminavit ph(ilosoph)s et posuit ro(ne)s nes (con)negan
tes p(ri)m(u)m p(r)incipiu(m) / h(ic) o(stendi)t quo diminuo de
e(st) procedend(um) q(uan)tum (contra) dinisos q(ui) ex divisis volut in
p(re)dicam errore(m) devenerunt / et dividit(ur) i(n) duas
p(ri)o dicit q(uod) diminuo de p(ro)ced(end)um e(st) q(uia) dinisos
s(ecund)o incipit p(ro)cedere a(n)no in (contr)a s(ecund)a ibi
venit ex dubitantib(us) / d(icit) (ergo) p(ri)mo q(uod) no(n)
e(st) id(em) modus hemicle i. popularis allo
cutio(n)is s(cilicet) vel bone (con)s(er)vacionis p(er) ar-
tusia i. ex dinate disputatio
nis vel intercessionis sicut
i(n) g(ra)to h(ec) i. (per)suasionis ad o(mn)es
p(re)d(i)c(t)as ro(ne)s s(cilicet) de unitate (contra)dictio
nis et de unitate eo(rum) qui apparent / dup(liciter)
n(am) alii incidunt i(n) p(re)d(i)c(t)as ro(ne)s q(ui)da(m)
n(am) ex dubio(n)e / cu(m) n(on) occurrerit eis ali
q(ue) sophistic(e) ro(ne)s ex q(ui)b(us) videbant se
qui p(re)d(i)c(t)as ro(ne)s et eas nesciverunt sol
vere (con)cesserunt (con)cl(usi)o(n)e(m) / vn(de) ho(rum) ignorancia
e(st) facile curabilis. q(ui)da(m) n(am) obviand(um) e(st)
eis l(ice)t occurrend(o) ad ro(ne)s q(ua)s ponunt
s(ed) ad m(en)tem s(cilicet) dubio(n)es solucio(n)a dem(onstr)a
tib(us) eo(rum) (pro)p(ter) q(uas) i(n) h(as) p(ro)pones incidunt
et ex ab istis ro(n)ib(us) recedunt / alii v(er)o
p(re)d(i)c(t)as ro(ne)s p(ro)sequuntur n(on) (pro)p(ter) aliq(ua)s dubio
nes eos ad h(oc) inducentes s(ed) solu(m) c(aus)a
oro(n)is i. ex q(ua)da(m) p(ro)tervia volentes h(as)
ro(ne)s ip(s)o(rum) sustinere (pro)p(ter) se ip(s)as q(uia) (contra)
ria ho(rum) demonstrari no(n) poss(unt) / et ho(rum) me
dela e(st) argu(men)t(u)m l(ice)t argu(mentu)m (contra) me(n)tem in voce
oro(n)is i. (pro)p(ter) h(oc) q(uod) ip(s)a vox oro(n)is ad
significa(n)d(um) ... a ro(n)is assigna(ti)o
no(n)is dep(e)nd(et) et sic oportebit ad h(oc)
p(r)incipiu(m) redire q(uod) no(m)i(n)a ad signifi
cent sic sup(ra) ph(ilosoph)s usus e(st) ... deinde tra(n)s(it)
venit ex dubi(tantibus) et e(st) q(uod) sup(ra) obvia
vit s(ed) h(ic) ex signo ne noni. h(ic) i(n)cip(it) obvi
are dubi(tantibus) solvendo eo(rum) dubio(n)es
respondendo non constat quod negat. Non negat
autem aliquid esse vel quod interrogatum est ipsa
negatio non est esse quod est negatio relinquitur ergo quod re-
spondens ad questionem vel necesse habet concedere affirmativam
vel proferre negativam et ita inter hec duo non est me-
dium. ¶ Deinde cum dicit *evenit autem quibusdam*
ostendit quare quidam habent opinionem predictam
et dicit hec ita facit sicut non quare quidam habent opinione
positionem secundo modo dicit quod eos ibi principaliter
autem quidam hos dicit et quod ad quas opiniones philosophorum
predicte opiniones sequuntur ibi *ut autem eraclici*

ex aliquo extremo ||
non ||
potest ||
[illegible]
ala [illegible]

¶ Vn̄ ip̄e h̄r demr̄ ral q̄r fl̄a opio //

(D)icit q̄o p̄ q̄ p̄dc̄a opio euenit q̄bzd̄
sic̄ 7 aue opiones iop̄inabiliū ex dis̄p
tā. q̄z p̄ ē q̄ aliq̄ nō poss̄ solue orōnē
q̄tencōsas .i. rōnes litigiosas siue so
phisticas .l. factas eis ab aliis. et aie ip
sis q̄tenuit rōi p̄banti. et q̄cedunt
q̄clōnes dicentes vm̄ eē q̄ silogiza
tū ē. et vl̄ri ip̄m intuit̄ q̄t v̄re aliq̄s
aliās rōnes ad iuueniendū. h̄ ē q̄ h̄ q̄
q̄dā uolunt iq̄re rōm p̄bante de oībz
7 iō illa q̄ p̄bari nō possūt uolunt q̄
cede. h̄ p̄ negant p̄ncip̄ q̄ ūt oīū q̄cep
cōnes q̄r p̄bari nō poss̄. 7 iō eas ne
gant p̄ h̄ incōueniēs iop̄i incidentes

(D)einde cū dicit. p̄ncipiū aūt ē. ex q̄
p̄nci debeat p̄cedi q̄ tales op̄ināte
tes. 7 dicit q̄ ex diffinicōne. vl̄. r. sīu
l'anax aliorū nōiū sic̄ ex hoc dāt p̄z
rōnibz. Q̄ etiē ē .n. eis q̄cede diffō
nes rerū. si ponūt q̄ noīa ad sig
ficent. q̄a rō q̄ noīn siḡ ē diffō
rei. si aūt nō q̄cedūt noīa siḡre ūt
nō diffiniūt aplantis sic̄ sup dcm̄ ē

(D)einde cū dicit. vr̄ aūt eraclti opio
d aliq̄s opiones p̄dc̄e ponis q̄n̄r 7 d
q̄ ad ip̄m eraclti q̄ dicebat oīa mo
ui sic 7 p̄ q̄n̄s eē 7 n̄ eē 7 q̄ id q̄ mo
h̄t nō eē admixtū ē [illegible] eē. h̄ q̄ oīa
ūt vā. ad p̄om uo anax q̄ ad sic me
diū q̄dcōnis. Ip̄e .n. ponebat q̄ q̄z mi
scent iq̄z. ūt h̄ q̄ q̄z sic ex vtīs. 7 ex
mixto aūt neutr̄ ex mixtoz pōt dici. sic
colores mediū ūz ūt albe[..] ūz niḡdo
vn̄ i q̄ ē mixtū ūz ē boni ūz n̄ boni
ūz albū ūz n̄ albū 7 sic ē ad medi
ū q̄dcōnis 7 p̄ q̄n̄s ūt oīa eē fl̄a. r.
.n. s̄ q̄ēm opiona ponūi n̄ affirmacōi
7 negōm vn̄ n̄ affirmo 7 nego ūt fl̄a
h̄ oīa falsa eē. (D)einde cū dicit h̄ n̄
aūt diffinitis. disputat q̄ q̄ q̄dā pō
nes q̄ ap̄dc̄as q̄sequunt. 7 p̄ q̄ q̄dā q̄
destruunt p̄nci. logice. p̄o q̄ q̄dā q̄ des̄t
ruunt p̄nci phice ibi palā aūt q̄ n̄ q̄
oīa 7 ē. phie .n. p̄mi dz disputare q̄
negantes p̄nci sinḡlariz sciaz. q̄ oīa
p̄ncipia firmant ūt h̄ p̄m. q̄ affirmo 7 ne
gatō nō ūt sic ūa. 7 q̄ meh̄ ē mediū
ūt ea. Ista aūt ūt p̄mitissima h̄ phie cū
seq̄nt rōm entis. q̄ ē h̄ phie p̄m sbm

Vm aūt 7 fl̄m p̄tineat ip̄e ad q̄sidera
cōm logici. q̄seq̄nt̄ .n. eas inōne
de q̄ q̄sidat logicus. Nam vm̄ 7
fl̄m ūt in mēte ut vi. h̄ ūt. Mot
aūt 7 q̄es ūt ip̄e de q̄sideratōne natalis
ph̄i .n. natā diffinit̄ q̄ ē p̄nci mot
7 q̄etis. ad errorē aūt q̄ accidit q̄ eē
7 n̄ eē. q̄ sē error circa vm̄ 7 fl̄m. q̄a
pōe 7 nō eē. Vm̄ 7 fl̄m diffinit̄ ut q̄
h̄itū ē. (N)ā vm̄ ēe tū dr̄ eē q̄ ē.
l n̄ eē q̄ n̄ ē. fl̄m aūt eq̄. Sili aūt ex er
rore q̄ ē aūt eē 7 nō eē. sē error
q̄ ē aūt moīn 7 q̄esc̄e. (N)ā q̄ mō n̄
aūt hȳ n̄ dū ē. q̄ aūt q̄escat eis. 7 iō de
structis erroribz aūt eē 7 n̄ eē. ex q̄
sequitū destruunt̄ errores aūt vm̄ 7
fl̄m q̄etē 7 motū. (C)irca p̄m aūt duo
facit. p̄ ponit opiones fl̄as aūt vm̄
7 fl̄m. p̄o ip̄bat eas ibi amp̄ aūt pa
lā. dicit q̄ q̄ diffinitis .i. detinatis
p̄dc̄is q̄ erant dc̄a q̄ p̄dc̄ar iop̄i les opio
nes maīfm̄ ē q̄ ip̄o le ē q̄ q̄dā dix
unt q̄ vm̄ .i. vno n̄ sināndē de
oībz. ut dicam̄ oīa sili eē fl̄a. vl
eūi eē va. q̄dā .n. dixunt n̄ eē
vm̄ h̄ oīa eē fl̄a. 7 q̄ multis phibz
q̄n dicam̄ sic oīa eē fl̄a. sic̄ ista ē
fl̄a. dyamet. ē q̄mēsurabil' lateri q̄d
ra q̄ ē fl̄m. alii uo dixunt q̄ oīa
ūt va 7 hee orōnes q̄sequūt ad
op̄iom eraclti sic̄ dcm̄ ē. Ip̄e .n. dix
q̄ sic eē 7 n̄ eē. ex q̄ h̄ oīa eē va. 7
ne forte aūt diceret q̄ p̄t has duas
opiones ē 7 tcia q̄ dicit q̄ oīa
ūt sil' ūa 7 fl̄a. q̄ tacite obiectōm
exclūdit dicit. q̄ q̄ h̄ ponit utrāq3
p̄dc̄az ponit vn̄ si due p̄ pōnes ūt
ip̄e. les Illā tcia oz eē mp̄o. (D)einde
cū dicit amp̄ aūt palā. ponit opiōes
q̄ p̄dc̄ar rōnes. q̄z p̄ talē ē. q̄nta
q̄dā eē. q̄dcōnes q̄r mp̄o le ē sil eē
vas n̄ sil fl̄as sic̄ vm̄ 7 n̄ vm̄ eus
7 n̄ eus. 7 h̄ mag p̄t sciri ex dc̄is
si q̄ hāz q̄dcōnū nccē ē altā eē
vā 7 altā fl̄am. n̄ oīa ūt v. ut oīa
ūt fl̄a. (S)c̄dam rōm ponit ibi. h̄ ad
ones tales. dicēt q̄ ad istas rōnes
.i. pōnes n̄ oz q̄rere .i. petē. q̄cedi
ad eē .v. n̄ eē irebus. q̄ adm q̄ dcm̄ ē.

¶ q̄ ip̄e ē de q̄sideracōne
ph̄i logici 7 naturāl //

quia hic videtur petere principium. Sed hic petitur quod detur nomina aliquid significare. Quo non dato disputatio tollitur. Sed quo dato oportet ponere dissonantes habere iam quod certum est; et ideo ex dictionibus quas eos disputare oportet, et praecipue in proposito accipiendo dictionem veri et falsi. Si enim non est aliud verum quam affirmare id quod falsum est negare, et e converso, et similiter negare falsum non est aliud quam affirmare id quod negare est verum, et e converso, sequitur quod impossibile sit omnia esse falsa, quia necesse est vel affirmationem vel negationem esse veram. Patet enim quod verum nichil aliud est quam dicere esse quod est, vel non esse quod non est. Falsum autem dicere non esse quod est, vel esse quod non est. Et ideo patet quod verum est dicere id esse quod falsum est non esse, vel non esse quod falsum est esse. Et falsum est dicere id esse quod verum est non esse, vel non esse quod verum est esse. Et ita ex dictione veri et falsi patet quod non sunt omnia falsa. Et ratione eadem patet quod non omnia sunt vera. Secundam rationem ponit ibi: Amplius si omne aut dicere aut negare. Et est quae talis est. Constat ex praedictis quod necesse est quodlibet aut affirmare vel negare, et nichil sit medium in contradictione. Ergo est impossibile omnia falsa esse. Et eadem ratione probatur quod impossibile est omnia esse vera, propter hoc quod oppositum est quod nichil est simul affirmare et negare. Tertiam rationem ponit ibi: Contingit et quod est famatum. Quae talis est. Ad omnes praedictas orationes vel positiones sequitur hoc inconveniens, quod se ipsas destruunt. Et hoc est famatum vel famosum ab omnibus dictum verum alia [illegible] habet. Accidit quod idem singulare quod sic probatur. Ille enim qui dicit omnia esse vera dicit contrariam suae opinionis esse veram. Sed contraria suae opinionis est quod sua opinio non sit vera. Ergo qui dicit omnia esse vera dicit suam opinionem non esse veram, et ita destruit suam opinionem esse. Et similiter manifestum est quod qui dicit omnia esse falsa dicit et se ipsum dicere falsum. Et si quis velit aut dicere quod dicens omnia vera excipiat vel auferat ab illa universitate suam contrariam, et similiter qui dicit omnia esse falsa excipiat suam opinionem, secundo hanc exclusionem excludit. Et dicit quod si ille qui dicit omnia esse vera excipiat suam contrariam dicens solam eam non esse veram, et dicens omnia esse falsa excipiat suam opinionem dicens quod ipsa sola non est falsa, nichilominus sequitur quod

contingat eis quaerere vel repetere infinitas esse orationes veras quae ponentes omnia esse falsa, et infinitas falsas quae ponentes omnia esse vera. Si enim detur una opinio vera, sequitur quod infinitas esse veras. Et si detur una opinio falsa, sequitur infinitas esse falsas. Si enim haec positio vel opinio vera: Sortes sedet, ergo et haec erit vera: Sortem sedere est verum. Et si haec est vera, ulterius ista erit vera: esse verum Sortem sedere est verum. Et sic in infinitum. Semper enim qui dicit de oratione vera quod sit vera, verum est. Et qui dicit de oratione falsa quod sit vera, falsum est. Et hoc potest procedere in infinitum. Deinde cum dicit Palam autem quod nec omnia quiescunt etc., disputat contra opiniones destruentes principia naturae, scilicet motum et quietem. Et circa hoc duo facit. Primo tangit diversitatem harum opinionum, dicens quod ex praedictis est manifestum quod non est vera opinio dicentium omnia moveri, nec opinio dicentium omnia quiescere vera esse. Secundo ostendit has positiones esse falsas, ibi: At vero nec quiescunt. Et primo ostendit quod opinio sit falsa quae ponit omnia quiescere, quia si omnia quiescunt, tunc nichil removetur a dispositione in qua aliquando est, et ideo quod aliquando est verum semper erit verum, ~~semper erit verum~~, et quod aliquando est falsum semper erit falsum. Sed hoc videtur inconveniens; transmutantur enim veritas et falsitas propositionis et opinionis. Non enim hoc est manifestum, quia hic qui opinatur vel qui profert propositionem aliquando non erat, postmodum fuit, et iterum non erit. Secundo ostendit opinionem esse falsam quae ponit omnia moveri duabus rationibus. Quarum primam ponit ibi: Si vero omnia. Quae talis est. Si omnia moventur et nichil est quiescens, nichil erit verum in rebus, quia quod est verum iam est, quod movetur nondum est. Ergo oportet omnia esse falsa, quod est impossibile, ut ostensum est. Secundam ponit ibi: Amplius autem ens permutari. Quae talis est. Omne quod mutatur est ens, quia omne quod permutatur ex aliquo in aliquid permutatur, et id ex quo permutatur inest ei quod permutatur. Unde oportet dicere quod non quaelibet ens permutari [illegible] materie, sed aliquid manent, et ita non omnia moventur. Etiam ibi Sed non omnia etc. excludit quandam falsam opinionem quae posset occasionari ex praedictis. Posset enim aliquis credere, quia non omnia moventur, non omnia quiescunt, quod ideo omnia quandoque moventur et quandoque quiescunt. Et hoc removet, dicens quod non est verum quod omnia quandoque quiescunt et quandoque moveantur, et nichil sit quod semper moveatur vel quod semper moveatur. Sunt enim quaedam mobilia

lib. quintus

que semper moventur, scilicet corpora celestia, et est quoddam movens, scilicet primum, quod semper est immobile et semper eodem modo se habet, ut probatum est viii physicorum.

Principium et cetera. In precedenti libro determinavit philosophus quid pertineat ad consideracionem huius scientie. Hic incipit determinare de rebus quas scientia ista considerat. Et quia ea que in hac scientia considerantur sunt omnibus entibus communia, que non dicuntur univoce, sed secundum prius et posterius de diversis, ut in quarto libro est habitum, ideo primo distinguit intentiones nominum que in huius scientie consideratione cadunt. Secundo incipit determinare de rebus que sub consideratione huius scientie cadunt in vi libro, qui incipit ibi: Principia et cause queruntur. Quia vero huius scientie est considerare simpliciter ens et passiones et causas, et ideo iste quintus liber dividitur in tres partes. Primo determinat distinctiones nominum que significant causas. Secundo nominum que significant subiectum huius scientie vel partes eius, ibi: Unum dicitur aliud secundum accidens. Tertio nominum que significant passiones entis inquantum est ens, ibi: Perfectum vero dicitur et cetera. Prima in duas. Primo distinguit nomina significantia causam. Secundo quoddam nomen quod consequitur ad causam, scilicet necessarium. Necessarium enim est ad quod de necessitate sequitur aliquid, ibi: Necessarium dicitur sine quo non contingit. Prima dividitur in duas. Primo distinguit nomina significantia causas generaliter. Secundo distinguit quoddam nomen quod significat quandam causam in speciali, scilicet naturam, ibi: Naturam vero dicitur et cetera. Prima dividitur in tres. Primo distinguit hoc nomen principium. Secundo hoc nomen causa, ibi: Causa vero dicitur et cetera. Tertio hoc nomen elementum, ibi: Elementum vero dicitur et cetera. Procedit autem hoc ordine (ordo libri), quia principium communius est quam causa; aliquid enim est principium quod non est causa, sicut principium motus dicitur terminus a quo; et iterum causa est in plus quam elementum, sola enim causa intrinseca potest dici elementum. Circa primum duo facit. Primo ponit significationes huius nominis principium. Secundo reducit omnes ad unum commune, ibi: Omnium igitur principiorum. Sciendum est autem quod principium et causa licet sint idem subiecto, differunt tamen ratione. Nam hoc nomen principium ordinem quendam importat, hoc nomen vero causa importat influxum quendam ad esse causati. Ordo autem prioris et posterioris invenitur in diversis, sed secundum id quod est nobis notum notum est ordo inventus in motu locali, eo quod iste

est motus sensui manifestior. Et iterum trium rerum ordines sese consequentes, scilicet magnitudinis, motus et temporis. Nam secundum prius et posterius in magnitudine est prius et posterius in motu, et secundum prius et posterius in motu est prius et posterius in tempore, ut habetur in iiii physicorum. Et quia principium dicitur quod est primum in aliquo ordine, et ordo qui attenditur secundum prius et posterius in magnitudine est prius nobis notus, secundum quod res que sunt nobis magis note, sicut hic a nobis nominantur, ideo hoc nomen principium secundum propriam sui impositionem significat id quod est primum in magnitudine super quam transit motus, et ideo dicit quod principium dicitur illud unde aliquis rem primo moverit, id est illa pars magnitudinis a qua incipit motus localis. Secundum autem aliam litteram: Unde aliquid rei movebitur primum, id est ex qua parte rei aliquid incipit primo moveri, sicut in longitudine et in via, quarum ex illa parte est principium unde incipit motus, ex parte vero opposita contraria est divisum per alterum, id est finis vel terminus. Secundus est qui ad hunc modum pertinet principium motus et principium temporis ratione iam dicta. Quia vero motus non semper incipit a principio magnitudinis, sed ab ea parte unde est unicuique promptum maxime inchoare, ideo ponit secundum modum dicens quod alio modo dicitur principium motus unde unumquodque fit maxime optime, id est unde unumquodque incipit moveri, et hoc manifestat per exemplum in disciplinis, in quibus non semper incipit aliquis addiscere ab eo quod est principium simpliciter et secundum naturam, sed ab eo unde aliquis facilius et optime valet addiscere, id est ab illis que sunt magis nota quo ad nos, que quandoque sunt posteriora quo ad naturam. Differt autem hic modus a priori. Nam in primo modo ex principio magnitudinis designatur principium motus; hic autem ex principio motus designatur principium in magnitudine. Et ideo etiam in illis motibus qui sunt super magnitudines circulares non habentes principium accipitur aliquod principium, quo optime mobile secundum suam naturam fit: in motu primi mobilis principium est ab oriente. In motibus etiam nostris non semper incipit homo moveri a principio vie, sed quandoque a medio vel a quocumque termino unde est ei optimum primo moveri. Ex ordine autem qui consideratur in motu locali fit etiam nobis notus ordo in aliis motibus, et ideo sequuntur significationes principii

secundum quod tria rerum ordines sese consequentes

optime

[illegible marginal note]

Secundum principium in generatione

[illegible marginal note]

que sumitur secundum processum in generatione vel fieri rei.
Quod quidem dicitur principium dupliciter secundum quod vel est
inexistens id est intrinsecum vel est non inexistens id est
extrinsecum. Dicitur ergo uno modo principium illa
pars rei a qua primo generatur et a qua generatio rei in-
cipit. Sicut in navi prima sedile vel carina
que est quasi navis fundamentum super quod omnia ligna
navis compaginantur. Similiter quod parietem domus
quod est fundamentum. In animalibus vero secundum quosdam cor,
quidam autem ponunt cerebrum. Aliud autem me-
mbrum ... distinguitur. Animal autem sensu
et motu principiatur; et motus apparet esse ex
corde. Operationes autem sensus maxime manifestantur
in cerebro, et ideo qui consideraverunt ad ex parte
motus posuerunt cor principium motus esse
in generatione animalis. Qui autem consideraverunt ad solum
ex parte sensus consideraverunt cerebrum esse principium,
posuerunt; et ipsi sensus primum principium sit in corde et
si operationes sensus perficiantur in cerebro.
Qui autem consideraverunt ad ipsum agere vel aliquid
eius operationes posuerunt membrum adap-
tatum illi operationi ut epar, vel aliquid hu-
ius esse primam partem generatam in animali. Sed autem
philosophi sententia prima pars est cor, quia a corde omnes
virtutes anime per corpus diffunduntur.

Alio autem modo dicitur principium unde incipit rei gene-
ratio quod tamen est extra rem. Et hoc quod manifestatur in
tribus. Primo quidem in rebus naturalibus in quibus principium
dicitur generationis unde primum natum est esse motus
incipere, vel ipsius qui facit per motum, sicut
ipsius qui acquirit motum per alterationem, vel per
aliquem alium huiusmodi motum, sicut dicitur homo fieri in
agenitus vel albus. Vel unde incipit permutatio
non sicut ipsius qui non per motum sed per solam
fiunt mutationem ut patet in relatione
secundum quam sicut puer est ex patre et matre quia sunt
eius principia, et bellum ex convicio incipit
quod concitat animos hominum ad bellum. Secundo
manifestatur in rebus agibilibus sive mo-
ralibus aut politicis, ~~in quibus dicitur principium~~
in quibus dicitur principium id ex cuius voluntate
vel proposito moventur et mutantur alia. Et
sic dicuntur principatus in civitatibus. Illi qui
obtinent potestates et imperia et tyra-
nnides in ipsis. Nam ex eorum voluntate fiunt
et moventur omnia in civitatibus. Dicuntur
autem potestates habere qui in particularibus officiis
in civitatibus preponuntur sicut iudi-
ces et huiusmodi. Imperia autem illi qui universaliter
imperant ut reges. Tyrannides autem obti-
nent qui per violentiam et preter iuris ordinem
ad suam utilitatem civitates regimen
detinent. Tertio ... ponit in artificialibus
quia artes etiam simili modo principia esse dicuntur artifi-
ciatorum, quia ab arte incipit motus ad ar-
tificii constructionem. Et inter has maxime di-
cuntur principia artes architectonice que a principio
nomen habent id est principales artes dicuntur. Unde ar-
tes architectonice dicuntur que aliis artibus subservi-
entibus imperant. Sicut gubernator navis
factive et militaris equestri. Ad similitudinem
autem ordinis qui in motibus exterioribus consi-
deratur attenditur etiam quidam ordo in rerum cognitione,
et secundum quod intellectus ... quandam simili-
tudinem motus habet discurrens a principiis ad
conclusiones. Et ideo alio modo dicitur principium
unde res primo innotescit. Sicut dicimus principia
demonstrationum esse suppositiones id est dignita-
tes et petitiones. Huiusmodi autem et cause
dicuntur. Nam omnes cause sunt quedam principia. Ex
causa enim incipit motus ad esse rei. Sed non eadem
ratione causa dicitur et principium, ut demonstratum est.
~~...~~ Deinde cum dicit. Omnium quidem etc. reducit
omnes predictos modos ad aliquid commune. Et dicit quod
hoc in omnibus dictis modis est commune ut dicatur princi-
pium id quod est primum aut in esse rei sicut
prima pars rei dicitur principium, aut in fieri rei sicut
primum movens dicitur principium, aut in rei cogni-
tione. Sed cum omnia principia in hoc ut dictum est
conveniant, differunt tamen quia quedam sunt intrinse-
ca, quedam extrinseca ut ex predictis patet.
Et ideo et natura potest esse principium et elementum
que sunt intrinseca. Natura quidem sicut id a quo in-
cipit motus. Elementum autem sicut prima pars in generatione
rei. Et mens id est intellectus et principalis id est
propositum dicuntur principia que extrinseca. Et
iterum que intrinseca dicitur principium. Substantia rei
id est forma que est principium in essendo, cum per eam res
sit in esse. Et secundum predicta finis cuius causa fit aliquid
dicitur esse principium. Bonum enim quod habet rationem fi-
nis in prosequendo, et malum in vitando
in multis sunt principia cognitionis et motus. Sicut
in omnibus que aguntur propter finem in naturalibus
et moralibus et artificialibus et specialiter
principia demonstrationum ex fine sumuntur.

Causa vero dicitur etc. Hic distinguit quot
modis dicitur causa. Et circa hoc duo facit.
Primo assignat species causarum. Secundo ~~...~~

[illegible marginal note]

modos eorum ibi: modi vero causarum. Dicit primo quod
facit per enumerationem species causarum. Secundo reducit eas
ad quatuor ibi: omnes vero cause dicte. Circa primum duo
facit. Primo enumerat diversas species causarum. Secundo manifestat
quedam que speciebus predictis accidunt ibi: accidit autem
multotiens et cetera. Dicit ergo primo quod uno
modo dicitur causa id ex quo fit aliquid et est ei ex-
istens, id est inexistens, quod quidem dicitur ad differentiam
privationis vel contrarii. Nam ex contrario vel ex priva-
tione dicitur aliquid fieri sicut ex non inexistente,
ut album ex nigro vel album ex non albo.
Statua autem fit ex ere et fiala ex arg-
ento sicut ex inexistente. Nam cum sta-
tua fit non tollitur ratio eris, nec cum phi-
ala tollitur ratio argenti. Et ideo es statue
et argentum phiale sunt causa per modum mate-
rie. Genera autem horum materie etiam aliqua eius ma-
teria sunt, sicut si materia statue est es, erit eius materia
metallum et mixtum et corpus. Et sic de aliis.
·2· Alio autem modo dicitur causa species et exemplar, id est exem-
plar, et hec est causa formalis, que dupliciter comparatur ad rem:
uno modo sicut forma intrinseca rei, et hec dicitur spe-
cies; alio autem modo sicut extrinseca a re, ad cuius
tamen similitudinem res fieri dicitur, et secundum hoc exemplar rei
dicitur forma, per quem modum ponebat Plato ydeas
esse rerum formas. Et quia unumquodque consequitur naturam
vel generis vel speciei per formam suam, natura autem
generis vel speciei est quod significat diffinitio dicens quid est
res, ideo forma est ratio ipsius quod quid erat esse, id est diffinitio per
quam scitur quid est res. Quamvis enim in diffinitione ponantur
aliqua partes materiales, tamen id quod est principale in diffinitio-
ne oportet quod sit ex parte forme. Et ideo hec est ratio quare
forma est causa, quia perficit rationem quiditatis rei. Et
sicut id quod est genus materie est materia rei, ita et genera forma-
rum sunt forme rerum, sicut forma consonantie
dyapason est proportio duorum ad unum. Cum enim
duo soni se habent ad invicem in dupla proportio-
ne, est inter eos consonantia dyapason. Unde
dualitas est forma eius. Nam proportio dupla ex du-
alitate rationem habet. Et quia numerus est genus duali-
tatis, ideo ut universaliter loquamur et numerus est forma
dyapason, ut dicamus quod dyapason est secundum pro-
portionem numeri ad unum. Et non solum tota diffinitio
comparatur ad diffinitum ut forma, sed et partes diffini-
tionis, que scilicet ponuntur in diffinitione in recto. Sicut animal bi-
pes est forma hominis, ita animal et gressibile et
bipes ponuntur autem in recto et non in diffinitione sed in obli-
quo, ut cum dicitur quod anima est actus corporis organici
·3· phisici et cetera. Tertio modo dicitur causa unde primum est

principium permutationis et quietis, et hec dicitur
causa movens vel efficiens. Dicit autem motus aut
et quietis, quia motus naturalis et quies naturalis in eandem
causam reducuntur, et similiter quies violenta
et motus violentus. Ex eadem enim causa ex
qua movetur aliquid ad locum quiescit in loco. Sicut con-
siliator est causa. Nam ex consiliatore incipit
motus, ideo quia secundum consilium agit ad rei con-
[?]nationem. Et similiter pater est causa filii. In quibus
duobus exemplis duo principia motus tetigit ex
quibus omnia fiunt, scilicet propositum in consiliatore
et naturam in patre. Et universaliter omne faciens est causa
facti per hunc modum et permutans permutati.
Sciendum est autem quod quatuor sunt modi cause effi-
cientis, scilicet perficiens, disponens, adiu-
vans et consilians. Perficiens autem dicitur causa effi-
ciens que ultimam rei perfectionem causat, sicut id
quod inducit formam substantialem in rebus naturalibus
vel artificialem in artificialibus, ut edifi-
cator domus. Disponens autem quod non inducit
ultimam formam perfectivam, sed tantum preparat
materiam ad formam, sicut ille qui dolat ligna et
lapides dicitur domum facere, et hic non proprie dicitur effi-
ciens domus, quia id quod ipse facit non est domus
nisi dispositive. Magis tamen proprie erit causa efficiens
si inducit ultimam dispositionem ad quam ex
de necessitate forma sequitur, sicut homo generat hominem
non causans intellectum qui est ab extrinseco.
Adiuvans autem dicitur causa secundum quod operatur ad
principalem effectum. In hoc tamen differt ab agente
principali, quia principale agens agit ad finem
suum, adiuvans autem ad finem alienum, sicut
qui adiuvat regem in bello operatur ad
finem regis. Et hec est dispositio cause [?] se habentis
ad primam. Nam causa secunda operatur propter finem
prime cause in omnibus agentibus ordinatis,
sicut militaris propter finem civilis. Consili-
ans autem differt ab efficiente principali
quia dat ei finem et formam agendi, et
hoc est secundum primum agentem per intellectum
ad omne agens, sive sit naturale sive intel-
lectuale. Nam primum agens intellectuale
omnibus dat finem et formam agendi, secundo
agentia, sicut architector navis opera-
ti. Et primus intellectus toti nature. Ad hoc ge-
nus autem reducitur quecumque facit aliquid quocumque mo-
do, non solum secundum esse substantiale sed secundum accidentale
quod consistit in motu. Et ideo non solum dicitur
quod faciens sit causa facti sed et mutans mutati.

Nota quod quatuor sunt modi cause efficientis, scilicet perficiens, disponens, adiuvans et consilians

Quarto ponit dicens causa finis, scilicet quod est causa ad
sit sicut sanitas est causa ambulandi et quia de
fine videbatur minus quod esset causa propter hoc quod
ultimum in esse venit et ab aliis posterioribus philosophis
hec causa est pretermissa ut in fine phisicorum est
ideo specialiter probat de fine quod sit causa. Nam
hec questio querit propter quid querit de causa. Cum enim querimus
quare vel propter quid ambulat, convenienter respondemus
dicentes ut sanetur et sic respondentes
opinamur reddere causam. Unde patet quod finis
est causa non solum autem ultimum propter quod efficiens
operatur dicitur finis respectu precedentium et eodem
modo dicitur causa unum principium motus sed et
omnia intermedia que sunt inter primum agens et ul-
timum finem dicuntur finis respectu sequentium sicut
est medicina que est primum agens in hoc ordi-
ne et sanitatem que est ultimus finis. Et
ista media scilicet attenuatio que est proxima
quasi sanitati in hiis qui superhabundant
in humoribus et purgatio per quam acquiritur
attenuatio et farmacia idest medici-
na laxativa ex qua purgatio causatur et orga-
na idest instrumenta quibus farmacia preparatur
et ministratur. Hec enim omnia sunt propter finem et
tamen unum eorum est finis alterius. Nam atte-
nuatio est finis purgationis et purgatio fi-
nis farmacie. Hec autem intermedia predicta
differunt adinvicem in hoc quod quedam eorum sunt
organa sicut instrumenta quibus medicina preparatur
et ministratur et ipsa medicina
ministrata qua natura utitur ut instrumento.
Quedam vero sunt opera idest operationes sive
actiones ut purgatio et attenuatio
concludit ergo quod sufficienter dicuntur idest
tot modis et addit fere propter modos
causarum quos inferius ponet. Vel et ideo quia iste
causarum species non eadem ratione in omnibus inve-
niuntur. Deinde cum dicit Accidit autem et
cetera. Ponit quedam que consequuntur ad causas ex
predictis et sunt tria quorum primum est quod causa multi-
plex modis dicitur contingit causas esse unius
rei non per accidens sed per se quia non per accidens
multe sunt cause unius. Hoc difficile non in-
debatur quod rei que est causa per se aliquis effectus
multas posset accidere quia omnia multos effectus
possunt causa per accidens dici. Sed quod cause per se
sunt multe unius hoc fit mirum. Sed ex
hoc quod cause multipliciter dicuntur. Statue enim cause
per se et non per accidens est forma statue et es
sed non eodem modo hoc enim est impossibile quod eidem
secundum idem genus sint multe cause per se eiusdem
ordinis. Licet possint plures esse cause hoc modo quod
una sit proxima alia remota. Vel ita
quod neutra sit causa sufficiens sed utraque
coniunctim. Sicut patet in multis qui trahunt
navem. Sed in proposito diversis modis
ista duo sunt causa statue est quod ut materia
artifex vero ut efficiens. Secundum
ponit ibi: Et adinvicem cause sunt. Dicens
quod etiam hoc contingit quod aliqua duo adinvicem
sunt cause quod impossibile est in eodem genere esse. Manifestum
enim non fit multiplex dicitur causa. Sicut dolor
ex incisione vulneris est causa sanitatis
ut efficiens sive principium motus.
Sanitas autem est causa illius doloris ut finis.
Secundum enim idem genus cause aliquid esse causa et
causatum est impossibile. Alia littera habet melius
laborare causa est evexie idest bone dis-
positionis que causatur ex labore moderato qui
ad digestionem confert idest superfluos
humores consumit. Sciendum est autem quod cum sint
quattuor cause supradicte, earum due sibi invicem
correspondent et alie due similiter. Nam effi-
ciens et finis sibi correspondent invicem quia
efficiens est principium motus. Finis autem
terminus. Et similiter materia et forma. Nam forma dat esse
materia autem recipit. Est igitur efficiens causa finis
et finis causa efficientis. Efficiens autem causa
finis quantum ad esse in quibusdam quia movendo
perducit efficiens ad hoc quod sit finis.
Finis autem est causa efficientis non quantum ad esse sed
quantum ad rationem causalitatis. Nam efficiens
est causa inquantum agit, non autem agit nisi causa fi-
nis. Unde ex fine habet suam causalitatem
efficiens. Forma autem et materia sibi invicem
sunt causa quantum ad esse. Forma quidem materie inquantum dat
ei esse actu. Materia vero forme inquantum sustentat
ipsam. Dico autem utrumque horum vel esse
causam essendi vel simpliciter vel secundum quid. Nam forma
substantialis dat esse materie simpliciter. Forma autem accidentalis
secundum quid prout et forma est in materia. Et aliquando non sustentat
formam secundum esse simpliciter sed secundum quod est forma
huius habens esse ibi. Sicut se habet corpus hu-
manum ad animam rationalem. Tertium ponit
ibi: Simpliciter autem idem et cetera. Dicens quod idem
contrariorum contingit esse causam quod quidem difficile
videbatur vel impossibile. Ei similiter ad u-
trumque referatur. Sed dissimiliter est causa utriusque

Id enim quod per suam presenciam causa est alicuius quando
absens causatur contrarium, scilicet accusamus ipsum de contrario
id est dicimus ipsum esse causam contrarii sicut patet quod
gubernator navis per suam presenciam est causa
salutis navis. dicimus enim eius absenciam
esse causam periclitationis/ Ne autem putetur quod hec
sint referenda ad diversa genera causarum sed
tantum ad priora duo, ideo subiungit quod utraque
istorum reducitur ad idem genus cause scilicet ad
causam moventem. eodem enim modo oppositum est causa
oppositi. quo hoc est causa huius. Deinde cum dicit
Omnes hee cause. Reducit omnes causas in quattuor
modos causarum predictos dicens quod omnia que dicuntur
cause incidunt in predictos quattuor modos. dicuntur enim
elementa id est littere cause sillabarum et materia artifi
cialium dicuntur esse cause factorum per artem. et
ignis et terra et huiusmodi omnia simplicia corpora
dicuntur esse cause corporum mixtorum. et partes
dicuntur esse causa totius. et suppositiones id est propositiones
premisse ex quibus propositum sillogi
zatur dicuntur esse causa conclusionis et in omnibus
istis est una ratio cause. secundum quod dicitur causa id ex quo
fit aliquid quod est ratio cause materialis. Sciendum est autem quod
propositiones dicuntur esse materia conclusionis. non quidem
secundum quod sic totaliter existunt vel secundum virtutem
earum sic enim magis se habent in ratione cause ef
ficientis. sed quantum ad terminos ex quibus compo
nitur. Nam ex terminis premissarum componitur conclusio
scilicet ex maiori et minori extremitate/ In vel terre
istis autem quedam sunt ex quibus res integratur ad se
habent per modum subiecti sicut partes et alia que predicta
sunt. alia vero se habent ut quod quid erat esse
scilicet totum et compositio et species que pertinent ad
rationem forme. secundum quam quidditas rei completur
Sciendum est enim quod quandoque una res simplex est ma
teria et forma sicut argentum phiale et tamen
forma correspondens tali materie potest dici species.
quandoque autem plures adinvicem coadunate sunt
materia alicuius rei. et quod id quod continet complicite. quandoque
enim coadunantur secundum ordinem tantum sicut homines
in exercitu vel domus in civitate et sic pro
forma respondet totum quod designatur nomine ex
ercitus vel civitatis. quandoque autem non solum ad
unitatem ordine sed contactu et colligatio
ne sicut apparet in partibus domus et tunc
respondet pro forma compositio. quandoque autem super hec additur
alteratio componentium quod constat in mixtione
et tunc forma est ipsa mixtio que tamen est quedam
compositionis species. ex aliis autem tum hoc sumitur

quod quidditas est rei scilicet ex compositione et huiusmodi sicut
apparet si diffiniretur exercitus. domus
et phiola. Sic igitur habemus duos modos
cause/ sed secundum aliam rationem dicitur causa sperma
et medicus et consiliator et universaliter omne
faciens ex eo scilicet quod inde principium motus
et quietis vel mutationis. hec iam est ad genus cause efficientis
pertinens. aliquorum rationem finis. ponit autem sper
ma in hoc genere cause quia secundum eius sententiam
sperma virtutem habet activam. menstruum
autem mulieris cedit in materiam concepti
Quarta vero ratio cause est secundum quod alia dicun
tur cause per modum finis et boni vel aliorum/
Id enim cuius causa fit aliquid est optimum inter
alia et vult esse id est habet aptitudinem
ut sit aliorum finis. quia vero posset aliquis
obicere quod non semper bonum est finis. tamen
quandoque aliqui inordinate agentes
malum finem sibi constituant. ideo respondet
quod nichil ad presens refert dicere quod simpliciter
sit bonum vel apparens bonum/ quia nullus
agit propter id quod est apparens bonum a
gere proprie loquendo propter bonum. hoc enim in
tendit. peccator autem propter malum sequitur
accidit ei quod existimat bonum esse
illud. nullus enim agit propter aliquid inten
dens malum. Sciendum autem est quod licet finis
sit ultimum in esse in quibusdam. in causalita
te tamen est prior semper. unde dicitur causa causarum. quia
est causa causalitatis in omnibus causis. est enim causa
causalitatis efficientis ut iam dictum est.
efficiens autem est causa causalitatis et materie et
forme. Nam facit per suum motum materiam materiam
esse susceptivam forme et formam inesse
materie. et per consequens etiam est causa causalitatis et
materie et forme. et ideo potissime demonstra
tiones sumuntur a fine in illis in quibus
agitur aliquid propter finem. sicut in naturalibus et in
moralibus et artificialibus. Concludit igitur quot
predicti sunt cause et quot cause. sed tot species
distinguuntur. Deinde cum dicit Mo
di vero causarum. distinguit modos causarum
et autem distinctio cause per species et per modos
Nam distinctio per species est penes diver
sas rationes causandi et ideo est quasi divisio per
differentias essentiales species constituentes.
Modi autem per modos est penes diversas habi
tudines cause ad causatum et ideo est
in hiis que habent eandem rationem causandi sicut

proprie et per accidens. remotum et propinquum. unde est quod predicantur actualiter non dum habitualiter tantum. dicit igitur quod multi sunt modi causarum. sed pauciores inveniuntur. quasi capitulatim. i. in quadam comprehensione comprehenduntur. proprie. n. et per accidens sunt duo modi tamen reducuntur ad unum capitulum. Sed quod eadem consideratio de utroque et similiter est de aliis modis oppositis //

Cause. n. multis modis dicuntur non solum quantum ad diversas species esse sed et quantum ad causas eorum specialem. i. que reducuntur ad unam speciem cause. dicitur. n. una prior et alia posterior. prius autem et posterius in causis inveniuntur dupliciter. uno modo in causis diversis modo ad invicem ordinatis quarum una est prior et alia secunda proxima tamen sicut in causis efficientibus homo generat hominem ut causa propinqua. sol autem ut causa prior et remota. et similiter potest considerari in aliis speciebus causarum. alio modo in una et eadem causa non secundum ordinem rationis quod est inter universale et particulare. Quia universale naturaliter est prius. particulare posterius. Secundum autem primum modum et accipitur secundum quod in proposito non immediate effectus ab utraque tamen extremo. s. priori et posteriori. quod non secundum non quantum. Unde dicit quod sanitatis causa est medicus et artifex in genere cause efficientis. artifex quidem ut universale et prius. medicus non ut particulare sive speciale et posterius. Secundum et in causis formalibus. duplum est causa formalis dyapason ut speciale et posterius. numerus autem ut id prius. idem ad minimum uel ad unum ut universale et prius. et ita semper ea que continent singularia. s. universalia. dicuntur cause priores. Alia divisio est causarum. Secundum quod aliquid dicitur esse causa per se et per accidens et hec causa per se dividitur in universale et particulare sive in prius et posterius ita et causa per accidens unde non solum per se cause accidentales dicuntur cause per accidens. Sed et ipsarum genera ut statue factor. Statue causa est per se. policletus autem per accidens est causa in quantum accidit factori statue. et sicut policletus est causa per accidens statue ita omnia universalia continentia accidens [illegible] i. causam per accidens dicuntur per accidens cause sicut homo et animal. que non continent policletum. quod est homo et animal et hec causarum per se quedam sunt propinqua. quedam remote ut dictum est. Ita et in causis per accidens

[Qu]am policletus est causa statue magis propinqua quam album et musicum. magis enim remotus modus predicationis per accidens. cum accidens non predicatur de accidente nisi quia ambo predicantur de subiecto. Unde magis remotum est ut attribuatur uni accidenti quod est ulterius sicut musico quod est edificatoris. quam quod attribuatur subiecto quod est accidens sicut policleto quod est edificatoris. Secundum est quod quod ad potest dici causa per accidens dicuntur dupliciter. uno modo ex parte cause. quia s. id quod agit cause dicitur causa per accidens. sicut si album dicatur causa domus. alio modo ex parte effectus ut s. quod dicitur causa per accidens alicuius quod eo accidit ei quod est effectus per se quod quod potest esse tripliciter. uno modo quia ordinem necessarium ad effectum per se sicut removens impediens sicut ordinem necessarium ad effectum unde removentes prohibentes dicuntur moventes per accidens sicut id prohibens sit contrarium. sicut tolla prohibens frigiditatem unde scamonea dicitur infrigidare per accidens non quia causat frigiditatem sed quia tollit impedimentum frigiditatis quod est ei contrarium sicut tolerandum. sive et non sit. contrarium. sicut columpna impedit motum lapidis unde removens columpnam dicitur per accidens movere lapidem superpositum. alio modo quando accidens habet ordinem ad effectum non tamen necessarium nec ut in pluribus. sed in paucioribus. sicut inventio thesauri ad fossionem terre et hec modo fortuna et casus dicuntur cause per accidens. tercio quando nullum ordinem nisi forte secundum estimationem sicut si aliquis dicat se esse causam terremotus quia eo intrante domum accidit terremotus

Tertia distinctio est secundum quod in omnibus hiis respicere oportet. secundum quod dicuntur cause per se sive per se et per accidens. quedam sunt causa in potentia. quedam ut agentia. i. in actu. sicut edificandi causa est edificator in potentia. sed non sonat in habitu. vel officium. et edificans in actu. et eidem modus quibus dividuntur cause possunt dici causata.

iqibz .l. quorum cause est cause . pt .n. di
indi cantam pprius et posterius . in pri
et vle . sicut si dicamus quod statue
factor est causa huius statue que posterius aut
statue que est prius et vlius . aut ymi
agimus quod est ad huc vlius et simi
ter est causa fator l' hic erit aut erit quod est
vlius . aut me quod est adhuc vlius et similiter
pot dici iqcetibz .i. i effectibus per
accns . Nam statue factor quod est causa sta
tue et causa grius et albi .l. rubei
quod accidit ex parte me et non est ab
hoc agente causa . vltius ponit quod
cum distinctionem cause que est simplex . et i
gpositam ut simplex causa dicatur per
quod accipit causa statue per se solum
ut statuam factor sui per accns tm .l.
pol(ic)lt(us) gposita ex . s quod utrumque sil
accipit . ut dicatur statue causa polh
cletus statue factor . Est et alius mo
dus cause posse dici gpoitte per quod plures
cause gcurrunt ad unum rei gsti
tucionem . sicut plures homines ad trahe
re navem . plures lapides ut sint
materia domus . Sed hic pretermisit quod ultim
istorum est causa sed per se cause . Hunc et mo
dus positis colligit istorum modorum
numerum dicens quod isti modi cause sunt
vi . et variantur dupliciter et ita efficiuntur
xii . et hii modi .n. sex sunt ut sin
gulare genus quod scitus dixit prius
et posterius et tamen per se et per accidens ad
que 4 reducuntur genus actus . Nam
genus actus est cum per accidens et tantum g
plexum et simplex . hii ergo sex modi
vlterius dividuntur per potentiam et actum et
fiunt xii . Ideo et oportet omnes istos modos
per potentiam et actum dividere quod potentia et actus
diversificant habitudinem cause ad
effectum . Nam cause in actu particulares
sunt . simul et tolluntur cum suis effectibus . sicut
hic medicans cum hoc qualescente et hic
edificans cum hoc edificato .n. non .n. pot
ad in actu edificantem non sit aut in
actu edificatum . Sed cause per potentiam non simul
removentur cum effectibus . sicut domus
et edificator non simul corrumpuntur
singularibus de tm gt quod remota actione
efficientis tollitur ipsa effectus

Sicut iniquitas quia esse est inficere . l. cui tamen
non solum est effectum tm fiendi . sed es
sendi . unde remotio illuminatione solis
ab aere tollitur lumen . dicit et tantum si
singulares quod actus singularium sunt
ut in primo huius habitum est

Elementum vero et c. Hic distin
guit hic nomen elementi . et
circa facit per aliquot divisiones m
odos elementi . secundo ostendit quod in omnibus sit gne ibi
omnino et cause . Circa primum duo facit . primo
ostendit quid elementum proprie dicatur . secundo quomodo dicatur
transumptive . ibi . transferentes et elementum
ponit et primo quandam elementi descriptio
nem ex qua colligi potest quod sunt iste de
ratione elementi quorum primum est ut sit causa sicut
ex qua per quod pz quod elementum potest ignem cause
materialis . secundum est quod sit primum ex quo ad fiat
compositum .n. est ex quo fit statua non tamen
est elementum . quia habet aliquam aliam materiam
ex qua fit . tertium quod sit inexistens sive
inclusum per quod differt elementum ab omni
eo ex quo fit ad sicut ex transeunte
sicut sit puero aut gtrarium . sicut materia gtrie
tati et puero ipsa que est materia gtinens
ut cum dicitur quod homo musicus fit ex
homine non musico . l. musicum ex non musi
co . elementa .n. oportet manere in his quorum
sunt elementa . Quartum est quod habeat
aliquam speciem que non dividatur in divi
sas species per quod differt elementum aut per quam
nullam speciem habet et que ab omnibus
materiis que in divisas species resolui
possunt . sicut ligna et huiusmodi . Et hic dicit quod
elementum est ex quo ad gpositum quantum ad primum
per quod ad secundum inexistente . quantum ad ter
tium . indivisibilis specie . in aliam speciem quantum
ad quartum . hunc ergo diffinitionem manifestat
in singularibus in quibus utitur nomine elementi . dicit
.n. ipsarum sicut esse elementa vocis . quia
ex eis omnes voces componuntur et per quod ex
hiis pz . quod omnes voces in eas resol
vuntur sicut in ultima . quia .n. est ultimum
in resolutione oportet esse primum in compositione
sicut et in resolutione vltimis in
quas voces secundum divisionem . Sed si a(u)t(em)
non dividantur particule . igitur fit divisio et utrumque
gformes .i. unius speciei sicut omnes partes
aque aqua . dicitur et littera per specia

gualescete

prolationis prout sillaba longa dicitur habere duo tempora, brevis vero unum. Non tamen partes in quas sic dividuntur sillabe sunt diverse secundum speciem vocis, non enim est vox una de sillaba. Ille enim partes sunt diverse secundum speciem. Alio modo secundum elementum est secundum speciem quod facit vocalem et consonantem ex quibus sillaba componitur. Similiter etiam ponunt in corporibus naturalibus in quibus et quedam dicuntur elementa corporum. Illa enim que dicuntur corpora elementa, illa corpora dicuntur esse elementa in que ultimo resolvuntur omnia corpora mixta et per consequens ea que sunt ex quibus sunt composita hec corpora. Ipsa autem corpora que elementa dicuntur non dividuntur in alia corpora specie differentia sed in partes consimiles, sicut quelibet pars aque est aqua. Et quamvis possint tale corpus esse unum, scilicet secundum quod omnia resolvantur et ipsum non resolvatur in alia, dixerunt unum esse elementum, quidam namque aquam, quidam autem aerem, quidam autem ignem; quidam autem posuerunt plura talia corpora, dixerunt et esse plura elementa. Sciendum est autem quod cum in divisione elementi posuit quod non dividitur in diversa secundum speciem, non est intelligendum de partibus in quas adducitur divisione quantitatis. Sic enim et lignum esset elementum, quia quelibet pars ligni est lignum. Sed de divisione que fit per alterationem, sicut corpora mixta resolvuntur in simplicia. Tertium exemplum ponit in demonstrationibus, in quibus et utuntur nomine elementi, sicut dicitur liber elementorum Euclidis, et dicit quod in libris et prima dicuntur dici elementa que sunt dyagrammatum, id est descriptionum geometricarum elementa, et non solum hec sed potest dici in generali et in omnibus demonstrationibus. Ille enim demonstrationes prime que existunt in pluribus demonstrationibus dicuntur esse elementa earum. Ille enim ex quibus componuntur alie demonstrationes et in eas resolvuntur, quod sic patet. Sillogismus enim demonstrativus accipit per principia [illegible] prime demonstrationes [illegible] tres terminos tantum [illegible] medium quod facit prime demonstrationis et sit sua demonstratio erunt ex illis tres per ex tribus terminis, tertia vero ex b., quarta ex sex et

quibus demonstratio unum tantum addit in quantum minimum est demonstrationes primas in posteriores includi. Ut si sit hec demonstratio prima: omne b est a, omne c est b, ergo omne c est a. Hec includetur in hanc: omne c est a, omne d est c, ergo omne d est a. Et ultima in quarta concludit: omne e est a, ut quasi videatur esse ad hanc ultimam conclusionem unius sillogismi ex pluribus sillogismis compositus plura media habens, ut dicatur sic: omne b est a, et omne c est b, omne d est c, et omne e est d, ergo omne e est a. Prima ergo demonstratio que habebat unum medium et solum tres terminos est simplex et non resolvitur in aliam demonstrationem, sed omnes alie resolvuntur in ipsam. Et ideo sillogismi primi qui fiunt ex tribus terminis per unum medium elementa dicuntur.

Deinde cum dicit Transferentes, id est quomodo elementum dicatur transsumptive, dicens quod ex premissa ratione et significatione elementi transtulerunt hoc nomen elementum ad significandum id quod est unum et parvum ad multa utile. Ex eo enim quod elementum est indivisibile in diversas species acceperunt quod sit unum. Ex eo vero quod primum acceperunt quod sit simplex. Ex eo autem quod ex elemento alia componuntur quod sit ad multa utile. Unde hanc rationem elementi constituunt ut elementum dicatur esse id quod est parvum, ut elementa dicuntur esse id quod est parvum in quantitate et simplex quod ex aliis non componitur et indivisibile. Hac ratione autem elementi constituta per transsumptionem contingebat eis ut duos modos elementorum adinvenirent. Quorum primus est ut ea que maxime sunt universalia dicerentur elementa. Universale enim est unum et simplex ratione, quia est diversorum compositum, et sic est ad multa utile, sive est in omnibus sicut unum et idem in pluribus sicut genera. Procedendo vero hac ratione contingebat eis secundo quod punctum et unitatem dicerent esse principia vel elementa, quia utrumque eorum est unum et simplex et ad multa utile. Sed in hac assignatione elementi defecerunt, quia universalia non sunt elementa ex quibus componantur particularia. Sed ponebant eorum [illegible] genus, et punctum non est in linea [illegible] nec ex punctis componitur. Hac autem transsumptiva elementi ratione constituta patet solutio cuiusdam questionis tertio libro disputate, scilicet quid sit magis elementum, utrum genera vel species, et utrum genera magis quam differentia. Patet

n. consequens quod genera sunt magis eadem quam
genera sunt magis una et indivisibilia
non .n. est ratio eorum .i. diffinitio quod omnis compositum
ex genere et differentia. sed differentie que di
cuntur de speciebus et si alique generum diffi
niti non diffiniuntur idem est genus. sed idem est spe
cies et ideo species dicitur indivisa et propter hoc
non habet rationem eius. genus quod non dicitur in
divisa et ideo dixit genera esse eadem in
agis quam species alia consulatio habet.
una .n. est eorum ratio .i. indivisibilis. quia genera
et si non habeant diffinitionem tamen id quod si
gnatur per nomen generis est quedam conceptio in
tellectus simplex que ideo dici potest. et sic genus
magis est eadem quam species. quia est simpli
cius. vel magis quam differentia sed ipsa sunt
simplices. quia genus est universalius quam ex hiis patet quia
eius idem differentia idem genus cum plures differentie non
consequendant genus. non tamen omnis quod ad
esse id sunt differentia est quoniam genus
ultio autem dicit quod omnibus predicatur modo
eius. hec est que esse primum in unoquoque
Natura vero et cetera. hic distinguit et est
hoc nomen natura et quod consideratio hec
non videatur ad primum philosophum sed magis
propter inordinantiam aliquam in ordinationi humoris in ipso aliquo non est aliquid potens pati propter hoc quod privatur aliquo quod posset repugnare passioni. Sicut si homo diceretur potens infirmari propter subtractionem fortitudinis virtutis naturalis. Et hi duo modi conveniunt in quodam potente pati simpliciter, ad patiendum est in eo scilicet quod est receptivum dispositionis ut forte quia passionem inducit tamen est debilitas virtutis in paciente ad resistendum passioni agentis. Hii autem duo modi potentie patiendi possunt reduci in unum, quia privatio potest significari ut habitus et sic secundum quod privari sit habere privationem et talis veluti modus erit in uno ad alium. Quod autem privatio possit significari ut habitus et ut ad habitum, ex hoc ostendit quod ens equivoce dicitur et secundum unum modum est privatio et negatio dicitur ens ut habitum est in principio quarti. Sic ergo quod negatio et privatio possunt significari ut habitus, ideo potest tunc istud dicere quod aliquid potest pati propter hoc quod est habitus in se quendam habitum et quoddam principium passionis, etiam est privari sit aliquid habere, si contingat privationem habere. Tertium modum ponit ibi, aliquo non in non male et cetera. Et dicit quod tertio modo potentie secundum quod potentia dicebatur in esse aliquid quod non potest corrumpi vel impetui vel mutari. Dicitur enim quod aliquo modo dicitur potentie vel potens in quantum non habet privationem vel principium aliquod ad hoc quod corrumpatur. Et hoc dico in aliquo in quantum est aliquid, quia secundum hoc aliquid dicitur potens et virtuosum quia a deteriori vinci non potest ut compatitur.

Quartum modum ponit ibi, amplius autem hec omnia et cetera. Et dicit quod tertio modo potentie secundum quod dicebatur potentia ad bene agendum vel patiendum. Dicit ergo quod per predictos modos quibus pertinet ad agere vel pati potest dici aliquid potens vel ex eo solum quod accidit ad fieri vel non fieri vel ex eo quod accidit esse bene fieri. Sic et dicitur potens agere quod potest bene et faciliter agere vel quod potest agere simpliciter. Et similiter potens pati et corrumpi quod de facili hoc pati potest. Et iste modus potentie invenitur et in rebus inanimatis ut in organis vel instrumentis musicis. Dicitur enim aliqua lira potest sonare quia bene sonat. Alia vero non potest sonare quia non bene sonat.

Deinde cum dicit, impotentia autem et cetera, ostendit quot modis dicitur impotentia. Et circa hoc duo facit. Primo distinguit hoc nomen impotentia. Secundo hoc nomen impossibile ibi, impossibilia vero et cetera. Circa primum duo facit. Primo ·n· ostendit quid sit ratio huius nominis impotentia. Secundo ostendit quot modis dicatur ibi, amplius autem et cetera. Dicit ergo primo quod impotentia est privatio potentie. Ad rationem autem privationis duo requiruntur quorum primum est remotio habitus oppositi. Id autem quod opponitur impotentie est potentia. Unde cum potencia sit quoddam principium, impotentia sit quaedam privatio talis principii qualis dictum est esse potentiam. Secundum est quod privatio requirit, sicut proprie dicta, determinatum subiectum et determinatum tempus. Supra autem sumitur absque determinatione subiecti et temporis. Non enim cecum proprie dicitur nisi quod est aptum natum habere visum. Dicitur remotio potentie aut omnino aut ut sic omnis remotio potentie impotentia dicitur, sicut lapis non aptus natus habere; sic non dicitur remotio potentie in eo quod est aptum natum habere quemque autem solum est quod aptum natum est habere. Sicut non accipitur similiter impotentia cum dicimus puerum impotentem generare et eum qui est vir et eunuchus. Similiter puer enim dicitur impotens generare quia solum est aptus ad generandum non tamen pro tempore illo. Vir autem eunuchus dicitur impotens ad generandum quia pro illo tempore est aptus. Unde hic magis salvatur ratio privationis omnis. Alius lapis dicitur impotens ad generandum nec est aptum, dummodo in illo existit.

Deinde cum dicit, amplius autem secundum utrasque et cetera, dat intelligere modos impotentie. Sicut enim potentia est duplex scilicet activa et passiva et secundum utramque aut ad agendum vel patiendum simpliciter, ita secundum utramque potentiam est impotentia opposita et solum modo vel bene modo, impotentia activa quae est ad movendum simpliciter vel bene movendum et impotentia passiva quae est ad moveri simpliciter vel bene moveri.

Deinde cum dicit, impossibilia vero et cetera, ostendit quot modis dicitur impossibile et possibile. Et circa hoc duo facit. Primo distinguit modos impossibilis. Secundo reddit omnes omnes modos possibilis et impossibilis ad unum ibi, quae vero secundum potentiam et cetera. Circa primum tria facit. Primo dicit quod uno modo dicuntur aliqua impossibilia secundum quod habent impotentiam predictam quae opponitur potentie et hic modus impossibilis et impossibile secundum aliter. Alia aliquo modo et cetera. Ponit alium modum quo dicuntur aliqua impossibilia non propter privationem alicuius potentie sed propter repugnantiam terminorum propositionis. Cum enim ponitur dicitur in ordine ad esse sicut ens dicitur non solum quod est in rerum natura sed secundum compositionem propositionis prout est in ea verum vel falsum, ita et possibile et impossibile dicitur non solum propter potentiam vel impotentiam rei sed propter veritatem vel falsitatem compositionis vel divisionis in propositionibus. Unde impossibile dicitur cuius contrarium est verum de necessitate ut diametrum quadrati esse commensurabilem lateri est impossibile, quia hoc est tale falsum cuius contrarium non solum est

vni. sed et necessarium quod quod non est commensurabi-
le esse. tunc hoc esse commensurabile est falsum de ne-
cessitate et hoc est impossibile. Deinde ibi Contrarium vero et
cetera. manifestat quod sit possibile oppositum impossibili. Secundo ni-
hil possibile vel oppositum impossibili. Secundo modo dicit sic distinctus
est. dicit quod possibile contrarium huic impossibili est id cuius
contrarium non de necessitate est falsum. sicut sedere hominem
est possibile. quia non sedere quod est eius oppositum non de ne-
cessitate est falsum. Tertio ponit quod iste modus possi-
bilis modis dicitur. dicit enim uno modo possibile quod
est falsum sed non ex necessitate. sicut hominem se-
dere dum non sedet. quia eius oppositum non est verum
ex necessitate. Alio modo dicitur possibile quod est verum sed non de
necessitate quia eius oppositum non est falsum de necessitate
ut sortem sedere dum sedet. Tertio modo dicitur possibile
quod licet non dum sit verum tamen contingit in proximo verum
esse. Deinde cum dicit Secundum metaphoram autem
et cetera. ostendit quomodo potentia sumatur metaphorice. et
dicit quod in geometria dicitur potentia secundum metaphoram. potentia
enim lineae in geometria dicitur quadratum lineae
alicuius. quia sicut ex eo quod possibile fit
id quod est in actu ita ex ductu alicuius li-
neae in se ipsam resultat quadratum
ipsius. sicut si dicimus quod ternarius potentia est nove-
narius. quia novenarius consurgit ex
ductu ternarii in se ipsum. Nam ter tria faciunt
novem. sicut et impossibile et possibile non accepta non
dicuntur secundum aliquam potentiam ita et modi possibilis vel
ultimo positi non dicuntur secundum aliquam potentiam vel secundum
similitudinem vel secundum modum veri et falsi. Deinde
cum dicit Quae vero et cetera. reducit omnes
modos potentiae et possibilis ad unum primum. et dicit quod
possibilia quae dicuntur secundum potentiam omnia dicuntur per re-
spectum ad unam primam potentiam quae est potentia ac-
tiva de qua superius dictum est. quod est principium trans-
mutationis in alio inquantum est aliud. omnia enim alia
possibilia dicuntur per respectum ad illam potentiam.
aliquid enim dicitur possibile. per hoc quod aliquid habet potentiam
activam in ipsum sicut quod dicitur possibile secundum potentiam
passivam. quaedam vero dicuntur possibilia in hoc
habendo quod aliquid tale potentiam in ipsa sicut quae
dicuntur possibilia quia non possunt corrumpi ab ex-
terioribus agentibus. Quaedam vero possibilia
sic habendo. id est illa quae habent potentiam ut bene
aut faciliter agant vel patiantur. et
sic omnia possibilia quae dicuntur secundum aliquam potentiam
reducuntur ad unam primam. reductum
autem ad aliquam potentiam primam quae est opposi-
ta per potentiam patet. quia prima diffinitio. potentiae secundum
quod dicitur est principium transmutationis

Sor

In alio inquantum est aliud quod est potentia activa.
Quantum dicitur et cetera. quia enim non
solum dicitur ipsum et actum sed etiam
in praedicamenta. praeter distinxit hoc
nomen potentia hic incipit distinguere no-
mina quae significant praedicamenta et primo nomen
quantitatis. secundo nomen qualitatis. ibi.
Quale autem et cetera. Circa primum duo facit. primo distinguit modos quan-
ti. ibi. Quantum autem dicitur alia vero praedi-
camenta praetermittit quia sunt determina-
ta quae ad genus refert. nisi ut patet per
principium de agere et pati et ubi et quando
et cetera facit. Primo ponit rationem quan-
titatis dicens quod quantum dicitur quod est divisibi-
le in ea quae insunt. Et quod dicit in ea quae insunt divisionem
mixtorum. Nam corpus mixtum resol-
vitur in elementa quae non sunt actu in mixto
sed virtute tantum. Unde non est ibi tantum divisio
quantitatis sed etiam quae assit aliqua alteratio
per quam mixtum resolvitur in elementa. et item
addit quod utrumque aut singulum est natum
esse unum aliquid et hoc ad demonstrandum et hoc dicit
ad removendum divisionem in partes essentiales
quae sunt materia et forma. Nam neutrum eorum aptum
est natum esse unum aliquid per se. Secundo ibi
Pluralitas igitur et cetera. ponit species quanti-
tatis. et dicit quod duae sunt species multitudo sive pluralitas et
magnitudo sive mensura. Utraque autem eorum habet
rationem quanti. quia multitudo numerabilis est. et ma-
gnitudo est mensurabilis. mensuratio enim proprie per-
tinet ad quantitatem continuam. Diffinitur autem multitudo
sic. Multitudo est quod est divisibile secundum potentiam in
partes non continuas. magnitudo autem quod est
divisibile in partes continuas. quod quidem contingit.
et secundum hoc sunt tres species magnitudinis.
Nam si sit divisibile secundum unam tantum dimen-
sionem in partes continuas erit longitudo.
si autem in duas latitudo. si autem in tres profun-
ditas. Deinde autem quod pluralitas finita multitudo
est finita dicitur numerus. longitudo autem finita dicitur
linea. latitudo autem finita superficies. profun-
ditas autem finita corpus. Si enim esset mul-
titudo infinita non esset numerus quia quod infinitum
est numerari non potest. Similiter si esset longitudo
infinita non esset linea. linea enim est lon-
gitudo mensurabilis. et propter hoc ratione li-
neae posuit quod terminatur duobus punctis
sicut et de superficie et corpore. Deinde ibi
Quantum autem dicitur et cetera. distinguit modos
quantitatis et circa hoc duo facit. Primo distinguit.

quantum in eo quod est quantum per se sicut linea. et in eo quod est quantum patiens sicut musicum. Deinde ibi: Eorum vero que per se sunt. distinguit quantum per se quod quidem dupliciter est. quedam enim significant per modum substantie et subiecti. sicut linea vel superficies. vel numerus quibus enim istorum ratione est quantum quod in diffinitione eius ponitur quantitas. Quedam linea est quantitas continua aliqua per longitudinem divisibilis finita et tale est de aliis. Quedam vero per se pertinent ad genus quantitatis et significant per modum habitus vel passionis talis substantie scilicet linee que est ratio quantitatis vel aliorum talium quantitatum sicut multum et paucum significant ut passiones numeri et productum et breve ut passiones linee et latum et strictum ut passiones superficiei. et profundum et humile sive altum ut passiones corporis et similiter grave et leve secundum opinionem illorum qui dicebant multitudinem superficierum vel athomorum esse causam gravitatis in corporibus. paucitatem vero corporis causam levitatis. sed secundum veritatem grave et leve non pertinent ad quantitatem. sed ad qualitatem ut in .4. physicorum et de celo et mundo determinatur. quedam et alia que sunt etiam quantitatis continue passiones sunt ut magnum et parvum. maius et minus sive dicuntur per se .i. absolute sive dicuntur ad invicem sicut ad aliquid. magnum et parvum referuntur ut in predicamentis habetur. Ista autem nomina que significant passiones quantitatis per se transferuntur et ad alia que ad quantitatem. dicitur enim et albedo magna vel parva et et alia huiusmodi. ratio autem est quia quantitas inter alia accidentia propinquior substantie unde et quedam quantitates substantie esse putantur scilicet numerus et linea et superficies et corpus. Quedam sola quantitas habet divisionem per se. propter quod potest substantia. albedo enim non per se dividitur et ponitur in nullo individuatur nisi per subiectum et inde est quod in solo quantitatis genere aliqua significant ut substantia, alia ut passiones. Deinde ibi: Secundum accidens vero et cetera. distinguit modos quantitatis per accidens. et ponit duos modos quorum unus est secundum quod aliqua dicuntur per accidens quanta ex hoc solo quod sunt accidentia alicuius quanti. sicut album et musicum. per hoc quod sunt accidentia alicuius ubi quod est quantum. Alio modo dicuntur alia quanta per accidens non ratione subiecti in quo sunt sed ex eo quod dividuntur quantitate ad divisionem alicuius quantitatis. sicut motus et tempus que dicuntur quedam quanta et continua propter hoc quod ea quorum sunt passiones sunt divisibilia. et ipsa divisio est ad divisiones eorum. tempus enim est divisibile continuum propter motum. motus autem propter magnitudinem. non quod propter magnitudinem eius quod movetur sed propter magnitudinem in qua ad motum. ex hoc enim quod illa magnitudo est quanta. et motus est quantus. et propter hoc quod motus est quantus sequitur tempus esse quantum. Verum et hoc non solum per accidens quantitatem dici potest. sed magis per posterius in quantum quantitatis divisionem ab aliquo priori recipiunt. Sed dicendum est quod philosophus in predicamentis ponit tempus quantitatem per se. cum hic ponat ipsum quantitatem per accidens. quod ibi distinxit species quantitatis secundum diversas rationes mensure. aliam vero rationem mensure habet tempus quod est mensura extrinseca. et magnitudo quod est mensura intrinseca. et ideo ponitur ibi ut alia species quantitatis. hic autem considerat species quantitatis quantum ad ipsum esse quantitatis. et ideo illa que non habent esse quantitatis nisi ex alio non ponit hic species quantitatis sed quanta per accidens ut motum tempus. motus autem non habet aliam rationem mensure quam tempus et magnitudo. et ideo nec hic nec ibi ponitur quantitatis species. locus autem ponitur ibi species quantitatis non hic quia habet aliam rationem mensure sed non ad esse quantitatis.

Quale autem et cetera. Hic distinguit nomen qualitatis et circa hoc duo facit. primo ponit quattuor modos qualitatis. secundo reducit eos ad duos ibi: Fere itaque secundum duos modos et cetera. Dicit ergo primo quod unus modus qualitatis est secundum quod qualitas dicitur differentia substantie id est differentia per quam aliquid ab alio substantialiter differt que includitur in diffinitione substantie. et propter hoc dicitur quod differentia predicatur in quale quid. ut si queratur quale animal est homo respondetur quod bipes. et quale animal est equus respondetur quod quadrupes. et quale figura est circulus respondetur quod agonion id est sine angulo. ac si ipsa differentia substantialis sit qualitas. Uno ergo modo ipsa differentia substantie qualitas dicitur. hunc autem modum qualitatis in predicamentis pretermisit quod non continetur sub predicamento qualitatis de quo ibi agebatur. hic autem agit de significationibus huius nominis qualitas. Deinde ponit secundum modum. Alio vero et cetera. dicens quod alio modo qualitates dicuntur sicut immobilia et mathematica dicuntur qualia. mathematica enim abstrahunt a motu. ut dicitur in .6. huius. dicuntur mathematica quod sunt numeri et magnitudines in utroque etiam nomine quales. dicuntur enim superficies esse quales.

Quale dicitur:
- differentia substantie per quam aliquid ab aliquo differt substantialiter ut bipes
- In mathematicis. dicuntur enim superficies esse quales in quantum sunt quadrate et triangulares et numeri in quantum sunt compositi et huiusmodi. et sic est in predicamentis
- passiones substantiarum mobilium secundum quas corpora alterantur ut calidum frigidum et huiusmodi. et sic est in predicamento
- secundum quod ad dispositionem virtutis et vitii vel quantum ad bonum et malum et hoc pertinet ad ...

multiplex est quadruplum vel triangulares. et similiter non in dicuntur quales multiplex est quadam comparatione dupli ad unum comparati que constant in quo modo multi ante eos. Sicut senarii et nouenarii in sancto ternario et non solum unitate comparationem habent sicut ad unum quendam similiter ad compositi vel primi in ista proportione dicuntur quemcumque non sumitur aliquis numerus quem non unitas sola. Dicuntur et numeri quales vel mutationem sufficientes et solidi vel corporis. Secundum quod mutationem sufficit cum idem numerus ducitur in numerum vel eundem vel alium scilicet ut est duo bis tria vel ter tria. et hoc est quod dicitur consequens quanti ibi non designatur quia una diuisio illius quod dicitur tria quia secunda diuisio illius quod dicitur bis tria vel ter tria ad mutationem secundum solidi quam eius dupliciter ductus vel eiusdem numeri in se ipsum vel duorum in eum ut cum dicitur ter tria ter vel bis tria bis vel bis tria quater et hoc est quod dicitur consequens consequens quanti sicut non considerant numero tres dimensiones ad modum solidi. Sicut quam minorum ordinationem ad quid ad per modum istae sicut hoc quod dico tria vel quod numerus iam ductus ad uno per modum quantitas sicut iste ductus unius numeri in alterum vel iste ipsum ut cum dico bis tria binarius significat per modum quantitatis continuantis. ternarii vero per modum istae id est quia substantia istius numeri per se ipsum quanti est numeri per se ipsum quanti quod est numerus ista dicitur qualitas eius ut hoc quod significat per hoc quod dicitur bis vel ter. alia littera habet secundum quantitatem et tunc substantia numeri dicitur iste numerus scilicet pluralitas ut quod dico tria. Differentia quod numerus secundum quod attenditur eius qualitas dicitur ipsa multiplicatio numeri in numerum et hinc concordat littera sequens quod dicitur quod substantia cuiuslibet numeri est id quod semel dicitur sicut substantia senarii est quod dicitur semel sex non quod dicitur bis tria vel ter duo. Sed hoc pertinet ad eius qualitatem. differentia vero numeri est superficiale vel solidum sicut quadratum aut cubitum significat. cum esse quale, hoc tertio modo qualitatis est circa species in praedicamentis posita. Quarto ponitur modus ibi. amplius quorum passiones et est dicens quod et qualitates dicuntur passiones substantiarum mobilium secundum quas corpora per alterationem mutantur ut calidum frigidum et huiusmodi et hic modus pertinet ad tertiam speciem qualitatis et ponitur penta. Quartum modum ponit ibi. amplius secundum uirtutem et cetera dicens quod qualitas secundum quam dicitur quod aliquid est dispositum per uirtutem et uitium vel quod aliquid est bonum et malum sicut scientiam et ignorantiam sanitatem et egritudinem et huiusmodi. et hoc est secundum speciem qualitatis in praedicamentis posita. Praetermittit autem iste hos modos scilicet quantitatis speciem quia magis comprehenditur ibi posita cum non significet nisi ut principium passionum resultent. Secundum speciale modum de nominandi posita ipsa in praedicamentis inter species qualitatis. Sed quia modum secundum magis continet est sub ipsa sicut et secundum ponitur. Deinde cum dicitur fere vero et cetera. Reducit quatuor positos modos ad duos dicens quod qualitas dicitur ad fere secundum duos modos in quos alii duo de iiii reducuntur ad alios duos. horum autem unus principalis sunt est primus modus. secundum quod differentia substantie dicitur qualitas. quod per eum ad significatur substantium et qualitatem. et ad hunc modum reducitur qualitas que est in numeris et mathematicis. aliqui sicut quedam per se. hoc non quantitate significat quedam differentia substantiarum mathematicarum. [illegible] ipsa. significat per modum ibi positas alia accidentia ut in capitulo de quantitate dictum est. Secundum autem hic quamlibet differentia substantiarum non motorum. cum non ibi est motus et hoc dico ut ostendat quod ad propositum non differt utrum mathematica sint quedam substantia per se existentes separate a motu separate. sed sicut illa habent modo per esse sed separate per rationem. per non intelligentes quantitates non motorum per se ac motorum. sed non ibi est motus. Secundus modus principalis est prout passiones motorum in quantum est motus. et differentia motum ponuntur qualitates. quia motus dicuntur differentia motuum quam alterationes differunt. sicut hic qualitates sicut calefieri et frigidari secundum calidum et frigidum et ad hunc modum reducitur ille modus secundum quod uirtus et uitium dicuntur qualitates. hic enim modus est quasi quedam pars illius. uirtus enim et uitium ostendunt quasdam differentias motus et actus secundum bene et male [illegible] sunt secundum se autem habere bene ad agendum et patiendum. uitium autem secundum quod male et sic est de aliis habitibus sicut intellectualibus ut scientia sicut corporalibus ut sanitas. Sed tamen bonum et malum maxime pertinet ad qualitatem in rebus animatis et praecipue in habentibus prohaeresim id est electionem. et hoc ideo quia bonum habet rationem finis. Ea vero que agunt per electionem agunt propter finem. agere autem propter finem maxime competit rebus animatis. res non

Relatiua secundum rem:
- secundum quantitatem unius per comparationem ad [illegible] et sic est primus modus sicut duplum ad dimidium et triplum ad tertiam partem
  - aut quantitate numeri
    - aut determinate ut emolium ad hemiolium
    - aut indeterminate ut supplex ad supplex partem
  - aut unitate absolute ut eadem similia et equalia
- secundum actiuam et passiuam et hic est secundus modus sicut ut calefactiuum quod calefactibile
  - uno modo secundum potentiam actiuam et passiuam ut calefactiuum et calefactibile
  - alio modo secundum actiones vel actus eorum ut calefaciens et passum
    - secundum praesens sicut quod fecit ad id quod factum est et secundum praeteritum
    - secundum futurum. facturus ad faciendum.
    - secundum priuationem. potens ut potest et impotens
- secundum esse prout scilicet esse unius dependet ab alio et hic est tertius modus sicut scibile et scientia mensura et mensurabile

Relatiua secundum rationem:
- secundum rationem generis et hoc non medicina dicitur ad aliquid quia scientia quae est genus suum dicitur ad aliquid
- abstractum ratione generis et hoc non equalitas quae est abstracta dicitur ad aliquid quia scientia quae est genus suum dicitur ad aliquid
- secundum rationem accidentis et hoc non homo vel album dicitur ad aliquid quia ei accidit album esse.

inaiate agunt . l' moue͡n͡t se p͡p fine͂ s͡z
tanq͡ cognoscerent fine͂ . s͡z tanq͡ se
agentes ad fine͂ . s͡z potius ab alio in
fine͂ acte q͡ eis na͞le͂ i͞clinatoi͞m ded͞
sic sagitta dirigit͞ i͞ fine͂ a sagitta͞
te . Res a͞ r͞onales aiate cog͞scu͞t
q͡d fine͂ q͡d appetitu͞ ip͡m appetitu
ali͞ & moue͡n͡t se ip͡a localit͞ ad fine͂
tanq͡ indiciu͞ h͞ntes de fine . s͡z appe
tit͞ finis & eo͞z q͡ s͡t p͡p fine͂ . dete͞r
m͞at eis ex͞ui inclinatoi͞ne ip͡a q͡ s͡t ma
gis acta q͡ agentia . vn͞ n͞ s͡ut indom
liby͡ . r͞onalia vo in q͡ibz solis e͞ electo
cog͞scu͞t fine͂ & p͡porc͞ne͂ eo͞z q͡ s͡t in
fine͂ ip͡m . & io͞ sic se ip͡a mouent ad
appetend͞ ea q͡ s͡t p͡p fine͂ ex q͡ e͞ ic͞te e
lecto͞ li͞ba . //

4 Ad ad dm͞ & c͞ . hic deter͞mat ph͞s de
ad ad & c͞ . s͡z duo fac͞ . p͡ ponit mo͞s
eo͞z q͡ s͡t ad ad s͡c se . s͡o eo͞z q͡ s͡t ad ad
r͞one alte͞us ibi . Illa vo q͡ s͡cd͞a gn͞a
& c͞ . c͞ p͞m duo facit . p͞o enu͞iat mo
dos eo͞z q͡ s͡c s͡t ad ad dm͞ . s͡o p͡se͞ de eis
ibi . dm͞ a͞ p͞o & c͞ . ponit g͞ t͞n mo͞s eo͞z
q͡ ad ad dm͞ . p͞m͞ p͞m e͞ s͡m nu͞m &
q͡ntitate͂ . sic duplu͞ & dimidiu͞ & q͡
ac etia͞ p͞te͂ & multiplicite͂ . i . mltip͡
ad p͞te͂ mltip͡ . i . ad s͡b mltip͡ & c͞ti
ne͂t & ad c͞tentu͞ . accipit͞ a͞ h͞ c͞ti
nens p͡o q͡ excedit s͡m q͡ntitate͂ . c͞ti
n͞ . excedit͞ s͡m q͡ntitate͂ . c͞ti͞nz i͞ se id
q͡ excedit͞ . e͞ . n͞ . h͞ ad h͞ amplius . sic
. v . c͞tinet i͞ se t͞n͞ . & subtriplu͞ c͞ti͞nz
i͞ se bis tantu͞ . Scd͞s mod͞ e͞ p͡ut aliq͡
dm͞ ad ad s͡m actoi͞m & passione͂ . vl
p͡ota͞m actiua͞ & passiua͞ . sic calefacti
uu͞ ad calefactibile q͡ p͡tinz ad acto
nes na͞les . sectiuu͞ ad sectibile q͡
p͡tinz ad actoi͞nes artificiales & vl͡r
ee͞ actiuu͞ ad passiuu͞ . Tercius mo͞
e͞ s͡m q͡ mensurabile d͞r ad mensura͞ . ac
cipit͞ a͞ h͞ mensura & mensurabile n͞ s͡m
q͡ntitate͂ . h͞ . n͞ . ad p͞m mod͞ p͡tinz
i͞ q͡ v͡bp ad v͡bp d͞r . s͡c q͡a duplu͞ d͞r
ad dimidiu͞ & dimidiu͞ ad duplu͞
s͡z s͡m mensurac͞o͞ne͂ ee͞ & v͡itatis . v͡itas
. n͞ . sc͞ie mensurat͞ a scibili . Ex eo . n͞ .
q͡ res e͞ v͡l no͞ e͞ oro͞ vera v͡l falsa
e͞ & no͞ e͞ . & sic e͞ de s͡n͞su & sen
su . & p͡p s͡z h͞ n͞ mutuo dm͞ mensura

ad mensurabile & e͞ sic mensu
s͡z solu͞ mensurabile ad mensura͞ . & d͞r
& ymago d͞r ad id c͞ e͞ ymago tanq͡
mensurabile ad mensura͞ . V͡itas . n͞ . yma
ginis mensurat͞ ex re c͞ e͞ ymago s͡z ro͞
q͡ iste͞ mo͞ s͡z e͞ . cu͞ . n͞ . r͞lo q͡ e͞ rel͞s
c͞sistat i͞ q͡da͞ ordine vni͞ rei ad alia͞
o͡z tot mo͞s h͞r r͞lo͞nes ee͞ q͡t mo͞s
q͡ v͡na͞ re͞ ad alia͞ ordinari . ordi
nat͞ a͞ v͡na res ad alia͞ v͡l s͡m ee͞ p͡ut
ee͞ vni͞ rei depend͞z ab al͞ & sic e͞ t͞c͞
mo͞ . v͡l . s͡m v͡tute͂ actiua͞ & passiua͞
s͡m q͡ v͡na res ab alia recipit v͡l atri
buit al͞ . & sic e͞ scd͞s mod͞ . v͡l . s͡m q͡ q͡n
titas vni͞ rei p͡t mensurari p͡ alia͞ & sic
e͞ p͞m mod͞ . q͡ntitas a͞ rei i͞q͡ h͞r n͞o respiciat
recipit n͞ so͞m i͞q͡ e͞ . v͡n p͡ p͡am v͡na
res no͞ ordinat͞ ad alia͞ . n͞ s͡m q͡ q͡
litas accipit ro͞m pot͞ passiue͂ v͡l acti
ue p͡ut e͞ p͡ncipiu͞ actoi͞nis v͡l passionis . v͡l
ro͞m q͡ntitatis . v͡t aliq͡d ad q͡ntitate͂
p͡tinentis . sic d͞r aliq͡d albi͞ alio &
sic d͞r sile q͡ h͞t v͡na͞ q͡litate͂ a͞a
v͡o g͞na mag͞ c͞seq͡nt͞ r͞lone͂ q͡ po
ssunt r͞lo͞m cae͞ . s͡z q͡a q͡n c͞sistit i͞
aliq͡ r͞lone rei ad temp͡ . vl͡ . s͡b ad
locu͞ . p͞o q͡ ordine͂ p͡e͞u͞ q͡ntitat . h͞t
a͞ r͞lo͞m h͞ntis ad h͞itu͞ . Deinde c͞ d͞r
dm͞ a͞ s͡m q͡d & c͞ . p͡se͞ t͞n mo͞s enu͞a
tos . & p͡se͞ p͞m . s͡o p͡se͞ s͡m . ibi . actiua
v͡o & passiua & c͞ . t͞ercio t͞ertiu͞ . i .
q͡ . s͡m nu͞m & c͞ . c͞ p͞m duo facit . s͡z
ponit r͞lo͞nes q͡ c͞seq͡nt͞ nu͞m . s͡o eas
q͡ c͞seq͡nt͞ vnitate͂ ab͞s͡ . ibi . ampl͞
eq͡le & c͞ . dic͞ . g͞ p͡ q͡ p͞m mod͞ r͞lo
nu͞ q͡ e͞ s͡m nu͞m dist͡guit͞ s͡z t͞n . q͡ .
v͡l e͞ s͡m c͞paratoi͞m nu͞i ad nu͞m . vl͡ s͡m
c͞paratoi͞m nu͞i ad vnu͞ & v͡ice v͡sa d͞ .
q͡ v͡l e͞ s͡m c͞paratoi͞m nu͞i determ͞ate ad nu͞m
a͞u ad vnu͞ . v͡l determ͞ate . & h͞ e͞ q͡ d͞r
q͡ s͡m q͡ dm͞ ad ad s͡m v͡su͞ . au͞ s͡m
simp͡ . i . vl͡r . s͡z . indeterm͞ate . au͞ determ͞a
te & v͡s͡ h͞ in ad eos . s͡z nu͞os . a͞u . ad
vnu͞ . i . vnitate͂ . v͡d͞ e͞ a͞ q͡ o͞is m͞
p͡rato q͡ e͞ i͞ q͡ntitatibz c͞tinuis aliq͡
m͞ d͞ r͞ alio . & io͞ r͞lones q͡ s͡t p͡p
q͡ntitates c͞tinuas attribuu͞t͞ nu͞o
s͡z d͞ e͞ a͞ q͡ p͡p p͡ter n͞ra͞ d͞r s͡m in
duas . i . eq͡litate͂ & i͞eq͡litate͂ . In
eq͡litatis a͞ . s͡t due sp͡es . s͡z excedens

et excessum vel maius et minus. Inequale vero et
excedens in v species dividitur. Similiter enim
maior vel minorum est multiplex, quando scilicet aliquis
continet ipsum. sicut sex continet duo ter. Et si quis
continet ipsum bis dicitur duplum, sicut duo
ad unum. vel iiii ad duo. Si ter triplum. Si
quater quadruplum et sic inde. Quando vero numerus
maior continet totum minorem semel et insuper
aliquam partem eius et tunc dicitur superparticularis. Et si quis con
tineat totum et mediam vocatur sexquialter
sicut tria ad duo. Si vero tertiam sexquitertius sicut
iiii ad tria. Si quartam sexquiquartus sicut v
ad quartum et sic inde. Quando numerus maior
continet minorem totum semel et insuper non solum
unam sed plures partes eius et tunc dicitur superpartiens
et si quis contineat duas partes dicitur superbi
partiens sicut v se habet ad tria. Si vero tres
dicitur supertripartiens sicut vii se habet ad iiii.
Si vero iiii sicut est superquadripartiens et sic se
habet novem ad v. Quando vero numerus maior
continet totum minorem pluries et insuper ali
quam partem eius et tunc dicitur multiplex superparticularis. Et
si quis contineat ipsum bis et mediam partem
eius dicitur multiplex sexquialter sicut v ad
duo. Si vero ter et mediam partem eius vocatur
triplum sexquialterum sicut se habet vii ad duo.
Si vero quater quadruplum sexquialterum sicut ix
ad duo. Postea et ex parte superparticularis
huius proportionis species idem ut dicitur du
plum sexquitertium quando maior numerus habet mino
rem bis et terciam partem eius sicut vii se habet
ad tria. vel duplum sexquiquartum sicut ix ad iiii
et sic inde. Quando vero numerus maior habet mino
rem totum pluries et plures partes eius et tunc
dicitur multiplex superpartiens. Et huius sunt proportiones predi
di secundum species multiplicis et secundum species superpartientis
ut dicitur duplum superbipartiens quando habet ma
ior numerus totum minorem bis et duas partes
eius sicut octo ad tria. vel triplum superbipartiens
sicut undecim ad tria. vel duplum supertriparti
ens sicut undecim ad iiii. Habet enim totum bis et
tres partes eius. Totidem species sunt inequalitatis
ex parte eius que excedit. Numerus minor
dicitur submultiplex, subsuperparticularis, subduplum
subsexquialterum et sic de aliis. Contra vero quod secundum
species proportionis sive multiplicitas consistit
in comparatione numeri ad unitatem quibus enim eius
species invenitur secundum talem numerum vel unitatis

duplum enim secundum invenitur in binario vel unitatis
et similiter proportio tripla in ternario vel unitatis et sic
de aliis. Primum vero tantum in quibus invenitur aliqua
proportio aut speciem ipsi proportionum. Unde in quibuscumque
aliis terminis continue inveniatur invenitur in
eis secundum rationem primorum minorum terminorum sicut proportio dupla
primo invenitur inter duo et unum. Unde ex hoc patet
proportio recipit rationem et nomen dicitur enim proportio
dupla proportio duorum ad unum et huius hoc est quod sicut
unus numerus vel alter non sit duplus tamen hoc est
secundum quod minor numerus accipit rationem unius et
maior rationem duorum. sex enim se habent in dupla
proportione ad tria. tamen quia tria se habent ad sex ut
unum ad duo et sic est tripla proportione et
omnibus aliis speciebus multiplicitatis. Et ideo dicitur
quod ista ratio dupli est prima quia numerus denominatur
scilicet duo respectu ad unum id est ad unitatem. Sed hoc
quod dico multiplex importat rationem numeri ad unum
sed non alicuius denominati numeri. Sed numeri in aliis
generibus denominatur numerus accipiatur ut binarius
vel ternarius. Iam esset una species multiplicita
tis ut dupla vel tripla. Sicut quod duplum se habet
ad duo et triplum ad tria quod est non denominata
ta multiplicitas ad multitudinem quae significat numerum
indeterminate. Alie vero proportiones non possunt atten
di secundum numerum ad unitatem scilicet neque superparticularis
proportio neque superpartiens neque multiplex superparticula
ris neque multiplex superpartiens. Dicitur enim hec propor
tionum species attendentur secundum quod maior numerus
continet minorem semel vel aliquotiens et insuper
unam vel plures partes eius. Unitas vero partem habe
re non potest et ideo nulla harum proportionum potest attendi
secundum comparationem numeri ad unitatem sed secundum comparationem
numeri ad numerum et sic est duplex quia vel secundum numerum
determinatum sicut est emiolium hoc est sexquialterum quod
sub emiolium id est autem sexquialterum. Proportio enim sex
quialtera primo consistit in hiis terminis scilicet ternario et bi
nario et secundum rationem eorum in omnibus aliis inve
nitur. Unde quod dicitur emiolium vel sexquialterum importat
rationem determinati numeri ad determinatum numerum
scilicet tria ad duo. Ex quo dicitur superparticulare re
spectu ad superparticularem non secundum determinatos numeros
et sic et multiplex respectu ad unum secundum
numerum indeterminatum. Primo enim species inequa
litatis superbis minute accipiuntur secundum in
determinatos numeros ut multiplex superparticulare
superpartiens et est species secundum [illegible] numerum acci
piuntur secundum numeros deter[illegible]minatos

ut duplum triplum sexquialterum sexquitertium et sic de aliis. quaedam enim aliquas quantitates continuas per se proportione ad unitatem sed non per aliquem numerum vel determinatum vel indeterminatum. Cum enim quantitatum finitorum est aliqua proportio non tamen omnis est proportio numeralis. quaedam enim duorum numerorum est una mensura communis scilicet unitas quae aliquotiens sumpta quemlibet numerum reddit. non autem quarumlibet quantitatum continuarum invenitur esse una mensura communis. sed sunt quaedam quantitates continue incommensurabiles sicut dyameter quadrati dicitur esse incommensurabilis lateri. et hoc ideo quia non est proportio eius ad latus sicut proportio numeri ad numerum vel numeri ad unum. Cum enim quaedam dicitur magnitudo quia hoc est maior illa vel se habet ad illam ut continens ad contentum non solum sed ideo non attenditur secundum aliquem determinatum speciem numeri sed non et determinatum quod sit per numerum quia omnis numerus est alteri commensurabilis. omnes enim numeri habent unam communem mensuram scilicet unitatem. Sed continens et contentum non dicitur per aliquam commensurationem in numerale continens enim ad contentum dicitur quod est tantum et adhuc amplius et hoc est indeterminatum utrum sit commensurabile vel non commensurabile. Consequitur enim quaedam ea piantur per equale vel inequale. unum enim non est equale sed quod sit inequale et continens et si non sit commensurabile. patet ergo quod omnia predicta dicuntur ad aliquid per numerum et per passiones numeri quae sunt commensuratio proportio et huiusmodi. Deinde cum dicit et amplius equale et est ponit relationem quae accipitur per unitatem et non per proportionem ad numerum et dicit quod alio modo dicuntur relative equale simile et idem sed non eodem per unitatem. Illa enim eadem sunt quorum substantia est una. similia quorum qualitas est una. equalia quorum quantitas est una cum autem unum sit principium numeri et mensura patet quod hec etiam dicuntur ad aliquid per numerum id est per ad genus numeri pertinentia non tamen eodem modo. hee vero relationes cum primis illarum priores relationes erant per numerum ad numerum vel per numerum ad unum. hee autem ultime per unum absolute. Deinde cum dicit activa vero et passiva ponit secundum modum relationum quae sunt in activis et passivis. et dicit quod huiusmodi relativa sunt relativa dupliciter. uno modo per potentiam activam et passivam. Et alio modo per actionem actionem vel actum. hec autem potentia que sit agere et pati. sicut calefactivum dicitur ad calefactibile per potentiam activam et passivam. Illa calefactivum est quod potest calefacere. Calefactibile vero quod potest calefieri. calefaciens autem ad calefactionem et secantis ad id quod secatur dicuntur relative secundum actus predictarum potentiarum et differt iste modus re

lationum a primis quia sunt per numerum quia illius quae sunt per numerum non sunt aliquae actiones. et per similitudinem sic multiplicativum dicitur et huiusmodi ut ex manifestis dictum est. scilicet in libro phisicorum vel quia mathematica abstrahunt a motu et ideo in eis non possunt huiusmodi actiones quae secundum motum sunt secundo et est quod eorum relationum predictarum per potentiam activam et passivam attenditur diversitas per diversa tempora. quaedam enim dicuntur relative secundum tempus preteritum. sicut quod fecit ad id quod factum est. ut pater ad filium quia id genuit ille genitus est. quaedam differentia per fecisse et passum esse. quaedam vero per tempus futurorum sicut facturus respectu ad faciendum. et ad hoc genus relationum reducuntur ille relationes quae dicuntur per privationem potentie ut impossibile et invisibile. dicitur enim ad impossibile huic vel illi et invisibile. Deinde cum dicit alia secundum numerum et cetera ponit tertium modum relativorum. et dicit quod iste differt iste est eius modus a primis quia in primis unumquodque dicitur relative ex eo quod ipsum met ad aliud refertur. non ex eo quod aliud refertur ad ipsum. duplum enim refertur ad dimidium et e converso. et similiter pater ad filium. sed et hoc tertio modo ad dicitur relative ex eo solum quod aliud refertur ad ipsum. sicut patet quod scibile et sensibile et intellectuale et intelligibile dicuntur relative. quia alia referuntur ad ista. scibile enim dicitur ad aliquid per hoc quod habetur scientia ab ipso et dicitur sensibile dicitur ad aliquid quia potest sentiri. unde non dicuntur relative propter ad quod sit ex eorum parte quod sit qualitas vel actio vel passio sicut in prioribus relationibus accidebat sed solum propter actiones aliorum quae tamen in ipsa non terminantur. si enim visio esset actio videntis perveniens ad visibile sicut calefactio pervenit ad calefactibile sicut calefactibile refertur ad calefaciens ita visibile referretur ad videntem. sed videre et intelligere et huiusmodi actiones ut in ix dicitur manent in agentibus et non transeunt in alia. res passas unde visibile et scibile non patitur aliquid ex hoc quod intelligitur vel videtur et propter hoc non ipsa met referuntur sed alia ad ipsa. et simile est in omnibus aliis in quibus ad relative dicitur propter relationem aliorum ad ipsum. sicut dextrum et sinistrum in columpna cum enim designent principia motuum in rebus animatis. columpne et alii cui inanimato attribuuntur non possunt nisi secundum quod animata aliqualiter ad se habent ad

ipsa. Sicut columpna dicitur dextra quia homo est ei sinister. Et simile est de ymagine respectu exemplaris, et de denario qui fit pretium emptionis. In omnibus autem hiis tota ratio referendi ipsius ex alio pendet, ex relatione non quia ipsa quantum ad [illegible] se habent ut mensurabile et mensura, sed quia ex eo quod est rei mensuratur ad quod ipsum dependet. Scientia est ad quid. Quoniam scientia sed non videtur referri ad scientem et ad scibile. Dicitur enim scientia scientis et scientia scibilis, et intellectus ad intelligentem et intelligibile. Tamen intellectus secundum quod ad aliquid dicitur non dicitur ad hoc cuius est sicut subiecti. Sequeretur enim quod ad idem bis diceretur. Contingit enim quod intellectus dicitur ad intellectum; si diceretur et ad intelligentem, bis diceretur ad aliquid. Et cum generis relativum sit ad aliquid quod in se habet, sequeretur quod id quod haberet duplex esse. Et similiter patet de visu quod non dicitur ad videntem sed ad obiectum quod est color vel aliquid tale quod dicitur propter ea quae videntur in nocte non per proprium colorem, ut lignum illud de anima. Contingit tamen recte posset dici, scilicet quod visus sit videntis respectu, quod visus ad videntem non ipse est visus, sed magis est actus ipsius videntis. Relatio enim respicit ad aliquid non ad subiectum non ipse est actus. Et sic patet quod isti sunt modi quibus aliqua dicuntur per se ad aliquid. Deinde cum dicit *illa* [illegible] et cetera, ponit tres modos quibus aliqua dicuntur ad aliquid non per se sed per accidens. Quorum primus est quando aliqua dicuntur ad aliquid propter hoc quod genera sua sunt ad aliquid. Sicut medicina dicitur ad aliquid quia scientia est ad aliquid. Dicitur enim quod medicina est scientia sani et egri. Et ideo non refertur scientia per hoc quod est actus eius. Secundus modus est quando aliqua abstracta dicuntur ad aliquid quia concreta huiusmodi illa concretorum ad aliquid dicuntur. Sicut equalitas et similitudo dicuntur ad aliquid quia simile et equale ad aliquid sunt. Equalia enim et similia secundum nomen non dicuntur ad aliquid. Tertius modus est quando aliquid dicitur ad aliquid ratione accidentis. Sicut homo vel album dicitur ad aliquid quia utrique accidit album esse duplum. Et hoc modo caput dicitur ad aliquid quia est pars.

Perfectum vero dicitur et cetera. Postquam philosophus distinxit nomina quae significant causas et ubi et principia subiectorum huius incipit distinguere nomina quae significant ea quae se habent per modum passionum. Et dividitur in partes duas. Primo distinguit nomina significantia ea quae pertinent ad perfectionem entis. Infra distinguit nomina quae pertinent ad entis defectum ibi: *Falsum dicitur uno modo* et cetera. Circa primum duo facit. Primo distinguit nomina significantia quae pertinent ad perfectionem entis. Secundo pertinentia ad totalitatem. Perfectum vero et cetera. Circa illud autem fere ita significat ut dicitur in tertio Physicorum ibi: *ex aliquo esse dicitur* et cetera. Circa primum duo facit. Primo distinguit hoc nomen perfectum. Secundo distinguit quaedam nomina quae significant quasdam perfectiones perfecti ibi: *Terminus dicitur* et cetera. Circa primum duo facit. Primo ponit modos quibus aliqua dicuntur perfecta per se. Secundo modos quibus aliqua dicuntur perfecta per comparationem ibi: *Alia vero* et cetera. Circa primum duo facit. Primo ponit modos quibus aliquid per se perfectum dicitur. Secundo ostendit quomodo per hos modos aliqua diversimode perfecta dicuntur per se dicta. *Quod quidem* et cetera. Dicit ergo primo quod perfectum uno modo dicitur extra quod non est accipere aliquid eius particulam. Sicut homo dicitur perfectus quando nulla pars deest ei. Et tempus dicitur perfectum quando non est accipere extra quod sit eius pars. Sicut dicitur dies perfectus quando nulla pars diei deest. Secundo modo dicitur aliquid perfectum quod non habet yperbolem, id est superexcedentiam, vel superhabundantiam ad hoc quod bene aliquid fiat secundum genus suum. Nec defectum habet. Dicuntur enim bene se habere ut dicitur in secundo Ethicorum quando nec habent plus nec minus quam oportet habere. Et sic dicitur perfectus medicus et perfectus fistulator quando non deficit eis aliquid quod pertinet ad speciem proprie virtutis. Secundum quod dicitur hic quod bonus medicus et ille bonus fistulator. Virtus enim est quae bonum facit habentem et opus eius bonum reddit. Et ad hunc modum transumptive utimur nomine perfecti etiam in malis. Dicimus enim perfectum sicophantem, id est calumpniatorem, et perfectum latronem quando in nullo deficiunt ab eo quod competit eis inquantum sunt tales. Et etiam mali in istis quae magis sonant in defectum utimur nomine perfectionis quia etiam cum sint mala utimur in eis nomine bonitatis propter quandam similitudinem. Dicimus enim bonum latronem et bonum calumpniatorem quia sic se habent in suis operibus licet mala sint bonum in bonis. Et quia ad dictam perfectionem comparationem ad propriam virtutem, ex hoc provenit quod virtus est quaedam perfectio rei unicuique. Unumquodque enim tunc est perfectum quando nulla pars magnitudinis naturalis quae competit ei secundum speciem proprie virtutis deficit ei. Sicut enim quaelibet res naturalis habet determinatam mensuram naturalis magnitudinis secundum quantitatem continuam ut dicitur in secundo de anima, ita etiam quaelibet res habet determinatam quantitatem sue virtutis naturalis. Equus enim habet quantitatem dimensivam determinatam secundum naturam cum aliqua latitudine tamen. Est enim aliqua quantitas ultra quam nullus equus protenditur in magnitudine. Et similiter est aliqua quantitas quam non transcendit in parvitate. Ita etiam ex utraque parte determinatur aliquibus terminis quantitas virtutis equi. Sola aliqua est virtus equi qua maior in nullo equo invenitur. Et similiter est aliqua alia citra propriam quam nulla

aut secundum quantitatem dimensivam. Et sic dicitur perfectus extra quem nichil, et hoc ad aptitudinem ad [illegible] et hoc dupliciter
aut secundum perfectionem interiorem
aut secundum quantitatem virtutis. Et sic dicitur perfectum quod nec excedit nec deficit in virtutem, et hoc dupliciter
aut ubi et sic est mundus perfectus
aut igne determinato, et sic [illegible]
aut ubi et sic deus qui habet esse perfectissime
aut exteriorem et sic perfectum dicitur id quod consequitur perfectum finem
aut doctrina, [illegible] et sic homo dicitur perfectus quia [illegible] adeptus est bonum et medicus qui perfecte [illegible] scientia, ex hiis transumptive dicitur latro
aut per se
Perfectum dicitur ad aliquid
aut quia consequitur finem aut [illegible] sicut qui consequitur beatitudinem et quia finis bonum est, [illegible] transumptive perfectum dicitur quando venitur ad ultimum finem quando malum ut [illegible] ad corruptionem aut ad perditionem et [illegible] transumptive secundum metaphoram mors dicitur finis.
aut per aliud
aut quia ad essentiam et sic dicitur perfectum quod facit ad perfectum aliquid per modum sicut medicina perfectum quia facit sanitatem perfectam
aut quia ad habitum et sic dicitur perfectum quod habet aliquid perfectum et sic homo dicitur perfectus qui habet perfectam scientiam
aut quia ad convenientiam et sic dicitur perfectum quod habet similitudinem ad perfectum sicut ymago dicitur perfecta quia perfecte homini respondet

est eo minor. Sicut igitur primus modus perfecti accipiebatur ex hoc quod rei nihil deerat de quantitate debita sibi naturaliter determinata, ita hic secundus modus accipitur ex hoc quod nihil deest alicui de quantitate virtutis quae debita est sibi secundum naturam. Et iste modus perfectionis attenditur secundum interiorem perfectionem. Tertium modum ponit perfecti ad exteriorem perfectionem, ibi, amplius quibus inest finis etc. Et dicit quod illa dicuntur etiam modo perfecta quibus inest finis, idest quae iam consecuta sunt suum finem, si tamen ille finis sit studiosus, idest bonus. Sicut homo qui iam consecutus est beatitudinem. Qui consequitur finem malum magis dicitur deficiens quam perfectus. Quia malum est privatio perfectionis debitae. Quod patet quia mali qui suam perficiunt voluntatem non sunt feliciores sed miseriores. Quia omnis finis est quoddam ultimum. Ideo per quamdam similitudinem transferimus nomen perfectionis ad ea quae pervenerunt ad ultimum, licet sit malum. Sicut dicitur aliquid perfecte perdi vel corrumpi quando nihil deest de perditione vel corruptione rei. Et per quamdam metaphoram mors dicitur finis quia est ultimum. Sed finis non solum habet quod sit ultimum, sed etiam quod sit cuius causa fit aliquid, quod non convenit morti vel corruptioni. Deinde cum dicit secundum se dicta quidem etc., ostendit quomodo aliqua diversimode se habent ad praedictos modos perfectionis. Et dicit quod quaedam dicuntur per se perfecta, et hoc dupliciter. Alia quidem quae volunt perfecta quia nihil omnino deficit eis ab omni parte, neque habent hyperbolem, idest excedentiam, quia videlicet nullo genere sunt in bonitate excedentiam, neque ad extra accipiunt, quia non indigent exteriori bonitate. Et hoc est conditio primi principii, scilicet Dei, in quo est perfectissima bonitas, cui nulla deest de omnibus perfectionibus in singulis generibus inventis. Alia dicuntur perfecta in aliquo genere ex eo quod secundum ad genus proprium non habent hyperbolem, idest excedentiam, quasi ab eis deficiat eorum quae illi generi debentur, neque ad eorum quae ad perfectionem illius generis pertinent aliquid est extra ea quod eis careant. Sicut homo dicitur perfectus quando iam adeptus est virtutem. Et sicut fit haec distinctio quantum ad hunc modum perfectionis, quae competit tantum perfectis, quantum ad primum ut tangitur in principio textus. Et inde alia quibus corpus perfectum est quantitas perfecta secundum suum genus quod habet excessus dimensionis quibus non sunt plures. Sed secundum modum dicitur perfectus vel quod omnino nihil extra ipsum. Deinde cum dicit, alia vero iam etc. ponit modum per quem aliqua dicuntur perfecta per respectum ad aliud. Et dicit quod alia dicuntur perfecta secundum ipsa, idest per comparationem ad praedicta perfecta quae secundum se perfecta dicuntur, vel ex eo quod faciunt ad perfectum aliquo modo, sicut medicina perfecta quae facit sanitatem perfectam; aut ex eo quod habent ad perfectum, sicut homo perfectus qui habet perfectam scientiam; aut conveniendo tali perfecto, sicut illa quae habent similitudinem ad perfectum, ut imago dicitur perfecta quae repraesentat hominem perfectum; aut quocumque alio referuntur ad ea quae dicuntur secundum se perfecta primis modis.

Terminus dicitur etc. Hic ponit de nominibus quae designant conditiones perfecti. Perfectum autem, ut ex praemissis patet, cum terminatum et absolutum non dependeat ab alio, tamen privatum habent ea quae sibi secundum genus competunt. Et ideo primo ponit hoc nomen terminus. Secundo hoc quod dicitur per se, ibi, secundum quod dicitur etc. Tertio hoc nomen habitus, ibi, habitus vero dicitur etc. Circa primum tria facit. Primo ponit conditionem termini, dicens quod terminus dicitur quod est ultimum alicuius rei, ita quod nihil de primo determinato est extra ipsum terminum, et omnia quae sunt ei convenientia intra ipsum. Dicit autem primum quia quod est ultimum primum et terminus est primum [illegible], sicut ut quod est ultimum partium et principium fructi. Secundo ibi, et quaecumque sunt etc., ponit quatuor modos quibus dicitur terminus. Quorum primus est secundum quod aliqua species magnitudinis sit magnitudinem vel habentis magnitudinem dicitur terminus, sicut punctus dicitur terminus lineae, et superficies corporis, vel etiam lapidis habentis quantitatem. Secundus modus est prout hoc quod unum extremum motus vel actionis dicitur terminus, scilicet ad quod est motus et non a quo. Sicut terminus generationis est esse, non autem non esse. Quandoque autem ambo extrema motus dicuntur termini largo modo, scilicet et a quo et in quod, prout dicimus quod omnis motus est inter duos terminos. Tertio modo dicitur terminus cuius causa fit aliquid. Hoc enim est ultimum intentionis sicut et ultimum [illegible]. Ideo in actu est ultimum motus vel operationis. Quartus modus est secundum quod substantia rei quae est eius essentia et quidditas significans quod quid est res dicitur terminus. Est enim terminus cognitionis. Incipit enim cognitio rei ab aliquibus signis exterioribus quibus pervenimus ad cognoscendam rei quidditatem, quae cum perventum fuerit habetur perfecta cognitio. Unde dicitur terminus cognitionis. Differt autem quartus a tertio quia in ipsum terminantur ea quae sunt rei [illegible] una differentia [illegible] cum eadem res sit et terminus cognitionis oportet quod

Terminus dicitur id quod est ultimum rei. Et est [illegible] ultimum sub hoc:
aut magnitudinis vel habentis magnitudinem sicut punctus dicitur terminus lineae et superficies corporis
aut actionis vel operationis et sic esse dicitur terminus generationis et non ipsum [illegible]
aut intentionis et sic dicitur terminus cuius causa fit aliquid
aut cognitionis et sic substantia rei quae est quidditas [illegible] dicitur terminus

sic vel tantum quod cognitio fit per assimilationem
cognoscentis ad rem cognitam. Tercio ibi quare
palam quod et cetera concludit comparationem termini ad
principium dicens quod quiescens dicitur principium. mo-
vens dicitur terminus et ad hoc amplius quod omne principium
est terminus. sed non omnis terminus est principium. id est ad
quod est motus est terminus et nullo modo principium. ideo quia
quo est motus est principium et cetera nec expediunt preter.

Secundum quod dicitur et cetera. hic determinat de per
se et quantum ad hoc tria facit. primo determinat
de hoc quod dicitur per quod quia est quasi consequens quod per se.
secundo concludit modos eius. quod dicitur per se ibi quare
et per se et cetera. tertio quia verbum dicimus per aliquem
modum significat dispositionem determinat de nomine
dispositionis ibi dispositio dicitur et cetera. Circa primum sciendum
quod iiii modis est quod dicitur per quod quorum primus est prout
species id est forma et substantia rei id est essentia est id per quod
ad esse sicut secundum platonicos per se bonum id est y-
dea boni per quod aliquid bonum dicitur. Secundus modus
est prout subiectum in quo primo aptum natum est fieri dicitur per
quod sicut color primo fit in superficie et ideo dicitur
quod corpus est coloratum per superficiem. hic autem
modus differt a precedenti quia precedens pertinet ad
formam et hic pertinet ad materiam. Tertius
modus est prout ultra quam causa dicitur per quod. unde
veniens dicitur per quod conveniens et causa id est non est
quid quia venit et est causa veniendi et sic per
quod paralogizatum aut sillogizatum et quantum
causa fit sillogismus aut paralogismus. Quartus
modus est prout per quod significat positionem et hic sic
dicitur iste stetit per hunc id est iuxta hunc et iste
vadit per hunc id est iuxta hunc quia omnia significant
positionem et locum et hic manifestum [illegible]
[illegible] Deinde cum dicit
quare et per se et cetera concludit ex predictis iiii
modos dicendi per se. quorum primus est prout
diffinitio significans quod quid est esse unicuique dicitur ei in-
esse per se. sicut callias et per quod quid erat esse
callia id est essentia [illegible] quod unum
inest per se alteri non solum tota diffinitio dicitur
de diffinito per se sed et alio modo quicumque insunt
in diffinitione dicuntur que predicantur de diffi-
nito per se. sicut callias est animal per se. ani-
mal enim inest in ratione callie. Secundus modus est quod
dicitur alicui et ponitur in eius diffinitione sicut
singularia diffinitionem habent et possunt
et hic duo modi [illegible]
[illegible] ratione diffinitionis et per diffini-
tionem predicantur de utroque predicatur et est

hic primus modus per se quem ponit in libro posteriorum et
secundus similiter in eius quod dicitur per quod sicut positio.
Secundus modus est quando aliquid ostenditur esse in alio sicut
in subiecto vel causa in per se. quod quidem quod dicitur per se per
primum subiectum accidentis est in ipso. unde cuiuslibet subiectum
dicitur per se sicut superficies dicitur colorata per al-
bam. per se. primum enim subiectum coloris est superficies
corporis. non dicitur coloratum ratione superficiei
per aliquam partem eius. sicut homo dicitur vivens per se quod
aliqua pars eius est primum subiectum vite scilicet anima et hic
secundus modus ordinari potest in propositionibus positis
quando scilicet subiectum ponitur in diffinitione predicati. subiectum
enim primum ponitur in diffinitione proprii accidentis. Tertius
modus est prout dicitur per se esse id est non est aliqua
alia causa. sicut omnes propositiones immediate quarum scilicet per aliquod
medium non probantur. Scilicet medium idest
immediationibus quod est causa quod predicatum insit
subiecto. unde homo licet habeat multas causas sicut
animal et sicut bipes que sunt cause formales eius. tamen
huius propositionis homo est homo causa sicut immediata non
est causa et propter hoc homo est homo per se et ad hunc
modum reducuntur quartus modus dicendi
per se in propositionibus positis quando effectus predica-
tur ut dicitur interfectus interiit. per causam enim
refugiunt. Quartus modus est prout illa
dicuntur per se inesse alicui que sunt ei soli inquantum
soli insunt quod dicit ad differentiam priorum modorum in
quibus non dicebatur per se inesse ex eo quod est
soli inesse. Quintus et ibi ad soli inesset ut
dicitur diffinito. hic autem per se dicitur ratione soli-
tudinis. Sola hic quod dico per se significat ad sepa-
ratum ut est dicere homo per se esse qui solus est. et
ad hunc reducitur tertius modus in propositio-
nibus positis et quantum ad hunc modum dicitur per quod positionem
importat.

Dispositio dicitur et cetera quia per quod uno modo positionem
significat. ideo consequenter prosequitur de nomine
dispositionis et ponit rationem communem huius
nominis. dispositio enim nichil est aliud quam ordo partium
in habente partes ponit et modos quibus dicitur dis-
positio quorum primus est secundum ordinem partium
in loco et sic dispositio sui sit et est quedam predi-
camentum. Secundus modus est prout ordo partium
attenditur secundum potentiam sive virtutem et sic
dispositio ponitur in prima specie qualitatis. dicitur enim ad
hunc modum esse dispositum ut puta per sanita-
tem vel egritudinem ex eo quod partes eius
huius ordinem in virtute activa vel pa-
ssiva. Tertius modus est prout ordo

Secundum quod dicitur iiii modis: Ex parte forme prout forma et essentia rei est id per quod ad esse dicitur sicut secundum platonicos per se bonum id est ydea boni est id per quod aliquid dicitur bonum.
Ex parte materie prout subiectum in quo primo aptum natum est fieri dicitur per quod et sic corpus coloratum per superficiem quia color primo fit in superficie.
Ex parte cause prout ultra quam causa dicitur per quod unde id est quare per quod venit et est causa veniendi.
Ex parte positionis prout per quod significat positionem sic dicitur iste venit per hunc id est iuxta hunc et per quod vadit id est iuxta quod vadit.

Per se dicitur iiii modis: prout diffinitio significans quod quid est esse dicitur alicui inesse per se sicut callias et per quod quid erat esse callia in hunc quoniam per se inest.
prout ad quod dicitur esse in aliquo sicut in subiecto primo et per se sicut superficies dicitur colorata per se, ratione aliquid partis per se sicut homo dicitur vivens quod aliqua pars eius est primum subiectum vite scilicet anima.
prout dicitur per se esse id est non est aliqua alia causa sicut homo est homo per se.
prout dicitur per se inesse alicui que sunt ei soli [illegible] ad separatum et sic dicitur homo per se esse qui solus est.

Dispositio dicitur iii modis: secundum locum prout dispositio dicitur ordo partium in loco et sic est quoddam predicamentum.
secundum potentiam prout ordo attenditur secundum potentiam sive virtutem et sic dicitur esse dispositum per sanitatem vel egritudinem ex eo quod partes eius habent aliquem ordinem in virtute activa vel passiva.
secundum speciem prout ordo partium attenditur secundum speciem totius et sic dicitur figura.

partium attenditur secundum situm totius. et sic dispositio
sumitur prout est differentia in genere quantitatis. dicitur enim
quantitas alia est habens positionem ut linea superficies
corpus et locus. alia non habens ut numerus et tempus.
oportet autem quod haec dispositio ordinem significet.
significat enim positionem sicut ipsa nominis compositio demonstrat.
dispositio enim positionis est ordo.

Habitus dicitur etc. Hic prosequitur de nominibus habitus.
et primo distinguit ipsum habitum. secundo
quaedam nomina quae habent respectum consideratum
ad hoc nomen. ibi. passio dicitur etc. ponit ergo
primo duos modos quibus hoc nomen dicitur. quorum primus
est ad medium inter habentem et habitum. habere enim
licet non sit actio tamen significatur per modum actionis.
et ideo inter habentem et habitum intelligitur habitus
esse medius. et quia actio quaedam sicut
calefactio intelligitur esse media inter calefacientem
et calefactum sive illud medium accipiatur
ut actio sicut quando calefactio accipitur
active. sive ut motus sicut quando calefactio
accipitur passive. quia enim hoc facit.
et illud sicut est media factio in-
[illegible] habere. procedit quod factionem significat. et si quidem procedat
ab agente in patiens est medium
factio activa quae est actus. actum facientis.
si vero procedat a facto in facientem. sic est media
factio passiva quae est motus facti. ita
et inter hominem habentem vestem et vestem habitam
est medius habitus. quod si consideretur procedendo
ab homine ad vestem erit ut actio per actionem
significatur. hoc est quod dicitur habere. si vero e converso erit
ut passio motus per passionem significatur. hoc est quod dicitur haberi.
considerandum autem quod habitus intelligatur esse medius
inter hominem et vestem. licet hoc sic dicatur. tamen manifestum
est quod non contingit ipsum habere ipsum habitum
medium. quod adhuc sit alius habitus medius
inter habentem et ipsum habitum medium. sic enim in
infinitum procederetur. si diceretur quod contingeret
habere habitum habitum vel rei habitae. homo enim habet
habitum id est vestem. sed illum habitum rei habitae non
habet aliquo medio habitu. sic homo faciens
facit factionem media. sed ipsam mediam
factionem non facit aliqua alia factione media.
ideo haec est relationes quibus ipsum relata
ad aliud non referuntur ad illud aliqua alia
relatione media. unde est ad oppositum sicut primum
intelligitur scilicet ad patrem scilicet ad filium referuntur
aliqua alia relatione media. et si aliquae relationes
mediae dicantur [illegible] rationis tantum

et non rei. habitus autem sic acceptus est unum
praedicamentum. secundo modo dicitur habitus dispositio secundum quam
aliquid disponitur bene vel male. sicut sanitas
ad disponendum bene. aegritudine male. utrumque
autem scilicet bene et male dispositio contingit dupliciter. scilicet aut secundum se
aut per respectum ad aliud. sicut sanum est quod est bene
dispositum secundum se. robustum autem quod est bene
dispositum ad aliquid agendum. et ideo sanitas
est habitus quidam. quia est talis dispositio. quod autem dicitur
et non solum habitus dicitur dispositio totius. sed etiam dispositio
partis quae est per dispositionem totius. sicut bonae
dispositiones partium animae sunt partes bonae habitudinis
in toto animae. et virtutes et partium
animae sunt quidam habitus. sicut temperantia concupiscibilis
fortitudo irascibilis. et prudentia rationalis.

Passio dicitur etc. Hic prosequitur de nominibus quae consequuntur
ad habitum. et primo de his quae se habent
ad ipsum per modum oppositionis. secundo de eo
quod se habet ad ipsum per modum effectus. scilicet
de habere quod ab habitu denominatur. ibi.
habere multipliciter dicitur etc. habitum autem oppositio aut
est passio sicut imperfectum perfecto. privatio autem opposita
dicitur tamquam vero per decimat de passione. secundo
de privatione ibi. privatio vero dicitur etc. ponit
ergo primo quatuor modos quibus passio dicitur. uno
modo dicitur qualitas secundum quam fit alteratio sicut
album et nigrum et huiusmodi. et haec est etiam species qualitatis quae
vocatur in praedicamentis passio vel passibilis
qualitas. probatum est enim in septimo physicorum quod
in sola tertia specie qualitatis potest esse alteratio
secundum motum est per quod alterationes huiusmodi qualitatum
et alterationes quae fiunt secundum eas dicuntur passiones
et sic passio est unum praedicamentum
ut calefieri et infrigidari et huiusmodi. tertio
modo dicuntur passiones non quaelibet alterationes
sed quae sunt nocivae quae ad malum terminantur.
et quae sunt tamquam tales tristes. non enim aliquis
dicitur pati per huiusmodi quod sanatur
sed quod infirmatur. vel et cuiusque nocumentum
accidit et hoc rationabiliter. patiens
enim per actionem agentis trahitur secundum contrarium naturaliter
ei inhaerens alia dispositione in dispositionem talem
agentis. et ideo magis proprie dicitur pati est
libenter aliquid de eo quod sibi conveniebat
et idoneum in ipsum contraria dispositio quam
fit aegrotatio. tertio. enim magis proprie dicitur passio
et quae magna quam modica. quae nulla re-
putantur. ideo quarto modo dicuntur passio-
nes non quaeque nocivae alterationes

Sed quia habent magnitudinem nocumenti hec magne calamitates et magne contingentie que excedunt letitia fit nocumentum quibus propter excessum letitie aliqui mortui sunt et infirmati. Similiter similiter habundantia prosperitatis et nocumentum vertitur hiis quibus uti nesciunt. Ideo alia littera habet per magnitudines lamentationum et exultationum passiones dicuntur que concordat antiqua translationi que dicit magnitudines dolorum et prosperorum secundum quod hec tamen scilicet dispositio habitus et passio non significant genera predicamenti nec sunt unum modus significantis ut explicatur patet ideo non possunt esse cum aliis partibus entis scilicet quantitate qualitate et ad aliquid. ... alia scilicet complet modi ad genera pertinent sed tantum pro illa nomina pertinebant.

Privatio dicitur et cetera. Distinguit modos quibus dicitur privatio et quia privatio includit in sua ratione negationem et aptitudinem ibi. Ideo primo distinguit modos privationis ex parte aptitudinis, secundo ex parte negationis ibi totiens autem abnegationes et cetera. Circa primum ponit tres modos. Primus modus est secundum quod aptitudo consideratur ex parte rei private non ex parte illius. Dicitur enim hoc privatum quod ab aliquo non habetur id quod natum est haberi, licet hoc quod non habet non sit natum habere. Sicut planta dicitur privari oculis quia oculi nati sunt haberi licet non a planta. Similiter sicut quando nullo nata est haberi nisi per aliquid privari sicut oculi visu senectute per corpora opaca.

Secundus modus attenditur secundum aptitudinem illius. Hoc enim modo dicitur privari hoc solum quod natum est id habere aut secundum se aut secundum genus suum, secundum se sicut homo cecus dicitur privari visu quod natus est habere secundum se, talpa dicitur privari visu non quia ipsa secundum se sit nata habere visum sed quia genus eius scilicet animal natum est habere visum. Nota enim sunt aliqua ad que non impedit ratio generis sed ratio differentie sicut homo non impeditur quin habeat alas ratione generis sed ratione differentie.

Tertius modus attenditur secundum aptitudinem que erat ex parte circumstantiarum. Unde hoc modo dicitur aliquid privari aliquando cum habet ipsum habitum cum natum sit habere. Unde cecitas que est quedam privatio et tamen aliquis non dicitur cecus secundum omnem etatem sed solum si non habet visum illa etate in qua natum est habere. Unde caninus non dicitur cecus ante nonum diem et sicut est de hac circumstantia etatis ita est et de aliis circumstantiis scilicet in quo ut in loco. Sicut nox dicitur privatio lucis in loco ubi nata est esse lux, non in centro ad quas lumen solis pervenire non potest. Et secundum quid sicut homo non dicitur deficiens statura si non est magnus, et quod motus ut secundum quem alterius rei ad eius oppositum non est natus habere magnitudinem. Et sicut homo non dicitur esse tardus motu si non currat ita velociter sicut ut ventus ut ignorans si non intelligat sicut deus. Quartus modus est secundum quod ablatio ... rei per violentiam dicitur privatio. Violentum enim est contra impetum naturalem ut consequens habitum est. Et ita ablatio per violentiam eius est quod quis natus est habere.

Deinde cum dicit et quotiens autem et cetera, distinguit modos privationis ex parte negationis. Circa quod videtur hac propositione a in compositionibus ad designandas negationes et privationes sicut nos utimur hac propositione in. Dicit ergo quod quotiens dicuntur negationes designate ab hac propositione a posita in principio dictionis pro compositione totiens dicuntur et privationes. Dicitur enim inequale unum quod non habet equalitatem sed aptum natum est habere, et invisibile quod non habet colorem et sine pede quod non habet pedes. Secundo modo dicuntur huiusmodi negationes non propter hoc quod est omnino non habere sed propter hoc quod est prave ut turpiter habere. Sicut dicitur non habere colorem quod habet malum colorem ut corpus et non habere pedes quod habet pravos ut turpes. Tertio modo significantur ut ad negativa ut privativa ex hoc quod est parum habere. Sicut dicitur ignitum apirion id est non ignitum quod est modice de igne et hic modus quodammodo continetur sub secundo quia parum habere est quodammodo prave ut turpiter habere. Quarto modo dicitur aliquid privative ut negative ex eo quod non est facile ut non bene. Sicut aliquod dicitur insecabile non solum quod non secatur sed quod non facile aut non bene.

Quinto modo dicitur negative ut privative ex eo quod est omnino non habere. Unde monoculus non dicitur cecus sed ille qui in ambobus oculis caret visu. Ex hoc inducit quoddam correlarium scilicet quod inter bonum et malum iniustum et iustum est ad medium. Non enim ex quocumque defectu bo[illegible]

unitas efficitur. Ut malus sive stoici dicebant ponentes omnia peccata esse paria. Sed quando multum a virtute recedit et in signum habitum reducitur. Unde in 3° Ethicorum dicitur ergo quod homo recedit parum a medio virtutis non vituperatur.

Habere multipliciter dicitur etc. Hic ponit octo modos eius quod est habere. Quorum primus est quod habere ad esse ducitur id est secundum suam naturam in rebus naturalibus, aut secundum suum impetum in rebus voluntariis. Et hoc modo febris dicitur habere hominem quia homo est ductus a naturali dispositione in dispositionem febrilem. Et hoc modo habent tyranni civitates quia secundum voluntatem et impetum tyrannorum res civitatis aguntur. Et hic est modus induti dicitur habere vestimentum quia vestimentum coaptatur induto et accipit figuram eius et ad hunc modum reducitur etiam habere possessionem quia homo re possessa utitur secundum suam voluntatem.

Secundus modus est prout id in quo existit aliquid ut in proprio susceptivo dicitur habere id. Sicut aes habet speciem statue et corpus habet infirmitatem. Et sub hoc modo comprehenditur habere scientiam quantitatem et qualitates accidentes vel quecumque formam. Tertius modus est secundum quod continens dicitur habere contentum et contentum habere continentem. Sicut dicimus quod lagena habet humidum id est humorem aliquem ut aquam vel vinum et quod civitas habet homines et navis habet nautas. Et pluribus modus est dicitur quod totum habet partes.

Totum enim continet partes sicut et locus locatum. In hoc tamen differunt locus a toto quia locus est divisus a locato, non autem totum a partibus. Unde locatum est sicut pars divisa ut dicitur in 4° Physicorum. Quartus iste modus est secundum quod aliquid dicitur habere aliquid ex eo quod prohibet ipsum operari aut moveri secundum suum impetum. Sicut columpne dicuntur habere corpora ponderosa supposita sibi eas quod prohibent eas descendere deorsum secundum inclinationem. Et hoc est modo poete dixerunt quod Athalans habet celum. Fingunt enim poete quod Athalans est quidam gigas qui sustinet celum ne cadat super terram quod est quidam naturales dicunt quod tenebant quod celum quando corrumperetur et resolutum caderet super terram et propter hanc opinionem Empedocles posuit mundum infinities corrumpi et infinities generari. Habuit autem poetica ex vetate originem. Athalas enim quidam magnus astrologus fuit sciens motus celestium corporum. Propter quod exquisito perfecte celum quasi ipse celum sustineret. Dicitur autem hoc modo aqua ipse hunc cogebat secundum suum impetum et sic erunt tamquam motus violenti. Hic autem habent prohibens habitum movere motu naturali. Unde est tamquam quietis violente. Ad hunc autem modum reducitur iste modus quod continens dicitur habere contenta ea ratione quod contenta suo impetu singula separarentur ab invicem nisi continens prohiberet. Sicut patet quod lagena continente aquas que prohibet partes aque ab invicem separari. Dicitur autem iste modus quod est in alio quo sibi dicitur et sic etiam habere et modus essendi in aliquo consequuntur ad modos habendi.

Quinque enim modi essendi in aliquo in 4° Physicorum quorum duo sunt secundum quod totum integrale est in partibus et econverso. Duo secundum quod totum universale est in partibus et econverso. Et alius modus secundum quod locatum est in loco consequitur tertium modum habendi secundum quod totum habet partes et locus locatum. Modus autem secundum quod aliquid dicitur esse in aliquo ut in efficiente vel movente sicut que sunt regni in rege consequuntur primum modum habendi positum. Modus autem essendi secundum quod forma est in materia reducitur ad secundum modum habendi hic positum. Modus autem quo aliquid in fine reducitur ad modum habendi quartum hic positum vel etiam ad primum quia secundum finem moventur et conservantur ea que sunt ad finem.

Ex aliquo esse dicitur etc. Hic prosequitur de hiis que pertinent ad rationem totius et partis. Et primo determinat de hiis que pertinent ad partem, secundo determinat de hiis que pertinent ad totum ibi: Totum dicitur etc. Et quia ex partibus constituitur totum, ideo circa primum duo facit. Primo ostendit quot modis dicitur aliquid esse ex aliquo. Secundo quot modis dicitur pars ibi: Pars dicitur uno quidem modo etc. Circa primum tria facit. Primo ponit modos quibus ex aliquo dicitur fieri proprie dicitur esse. Secundo modus quo fit aliquid ex aliquo secundum non proprie ibi: Alia vero sic secundum partem etc. Tertio modos quibus fit aliquid ex aliquo non proprie ibi.

Aliquo vero etc. Circa primum ponit sex modos quorum primus est secundum quod aliquid dicitur esse ex aliquo ut ex materia, et hoc dupliciter. Uno modo secundum quod accipitur materia primum genus, scilicet quod sicut aqua est materia omnium liquabilium et omnia dicuntur esse

habere 4 modis dicitur:
primo secundum quod habere aliquid est ducere illud secundum suam naturam aut secundum suum impetum;
secundo prout illud in quo existit aliquid ut in proprio subiecto habet illud;
tertio secundum quod continens habet contentum;
quarto secundum quod aliquid dicitur habere aliud quod prohibet ipsum operari aut moveri secundum suum impetum.

ex aliquo. Quinto modo secundum speciem ultimam, id est specialissimam, sicut hec species que est statua dicitur fieri ex ere. Sexto modo dicitur aliquid esse ex aliquo ut ex primo principio movente, sicut pugna ex convicio, quia est principium movens animum contristati ad pugnandum; et sic etiam dicitur quod domus est ex edificatore et sanitas ex medicina. Tertio modo dicitur aliquid fieri ex aliquo sicut fit compositum ex materia et forma, et hec est via resolutionis, sicut dicitur quod partes fiunt ex toto et versus ex Iliade, id est ex toto carmine Homeri; debent enim resolvi in illas, sicut etiam dicitur quod lapides sunt ex domo. Ratio autem huius est quia forma est finis generationis; perfectum enim dicitur quod habet finem, ut supra habitum est. Unde patet quod perfectum est quod habet formam. Quando igitur ex toto perfecto fit resolutio partium, est motus quasi a forma ad materiam, sicut econtra quando fit compositio est motus a materia in formam. Et ideo hec prepositio ex quandoque designat ordinem compositionis et viam compositionis, et quandoque designat principium materiale et viam resolutionis, que designat principium formale. Septimo modo dicitur fieri aliquid ex aliquo sicut species ex parte speciei. Species autem speciei potest accipi dupliciter: uno modo pro ratione, alio modo pro nomine. Pro ratione sicut bipes est pars hominis, quia est pars diffinitionis eius communis; pro ratione vero non sicut pars que aliquando non predicatur de toto; toto enim homini competit habere duos pedes et non pro ratione. Sicut sillaba est ex elemento, id est ex littera, sicut ex parte speciei. Hic autem quartus modus differt a primo, quia ibi dicebatur aliquid esse ex parte materie, sicut statua ex ere. Quia secundum quod statua est composita ex ere ut materia tamen ex parte sive ratione, sed et species componitur ex materia speciei. Sunt enim partes quedam partes speciei et quedam partes materie. Partes quidem speciei dicuntur a quibus dependet perfectio speciei, et sine quibus species esse non potest; unde et tales partes in diffinitione totius ponuntur, sicut anima et corpus in diffinitione animalis, et angulus in diffinitione trianguli, et litera in diffinitione sillabe. Partes vero materie dicuntur ex quibus species non dependet, sed quandoque accidunt speciei, sicut accidit statue quod fiat ex ere vel ex quacumque materia; accidit etiam circulo quod dividatur in duos semicirculos, et angulo recto quod angulus acutus sit eius pars. Unde huiusmodi partes non ponuntur in diffinitione totius speciei,

sed potius econverso, ut inducunt huius etiam manifestum sic. Octavo modo quedam sic dicuntur ex aliquo fieri, id est post tempus aliquod; dum ex aliquo fit non propter hoc quod sit pars, et hoc secundum quosdam predictorum modorum, sicut puer dicitur fieri ex patre et matre, sicut principio motivo, et virtute sicut in eo quod quedam pars patris movet in generatione, scilicet sperma, et quedam pars matris est materia, scilicet menstruum; et plante fiunt ex terra, non quidem ex toto sed ex aliqua eius parte. Nono modo dicitur fieri ex aliquo non proprie, non propter hoc quod sit ex parte sed ex ipso; ipsum enim hoc ipso ex importat non solum ordinem sed etiam quandoque tantum post ipsum importat solum ordinem; et sic aliquid dicitur fieri ex aliquo post quod fit, sicut nox fit ex die, id est post diem, et hiemps ex serenitate, id est post serenitatem. Hoc autem dicitur dupliciter. Quandoque enim ideo ea que sunt unum dicuntur fieri ex altero, attenditur ordo secundum motum et non solum secundum tempus, quia vel sunt duo extrema motus, ut cum dicitur quod album fit ex nigro, vel consequuntur aliqua extrema motus, sicut nox et dies, scilicet consequuntur diversa ubi solis, et similiter hiemps et estas; unde in quibusdam dicitur hoc fieri primo hoc quod habet transmutationem ad invicem, ut patet per predicta. Quandoque vero attenditur ordo secundum tempus tantum, sicut dicitur quod ex equinoctio fit navigatio, id est post equinoctium; hec enim duo non sunt extrema unius motus sed ad diversos motus pertinent. Similiter dicitur quod ex dionisiis fiunt targelia, que fiunt post dionisia. Hec autem sunt quedam festa que apud gentiles celebrabantur, quorum unum erat prius et aliud posterius.

Pars dicitur etc. Hic ponit quatuor modos quibus dicitur esse pars. Primo modo pars dicitur in quod dividitur aliquid secundum quantitatem, et hoc dupliciter. Uno enim modo quantumcumque fuerit quantum minus in quod maius dividitur dicitur eius pars; semper enim id quod aufertur a quanto dicitur pars eius, sicut duo aliquo modo sunt pars trium. Alio modo dicitur pars solum quantitas minor que mensurat maiorem, et sic duo non sunt pars trium, et sic sunt duo pars quatuor, quia bis duo sunt quatuor. Secundo modo dicuntur aliqua partes in que dividitur aliquid absque quantitate, et per hunc modum species dicuntur esse partes generis. Dividitur enim genus in species non sicut quantitas in partes quantitatis; sola enim quantitas non est divisa secundum partem. Genus autem est igitur speciem. Tertio modo dicuntur partes in que dividitur aliquid aut ex quibus componitur aliquod totum, sive sit species sive sit aliquod habens speciem, id est individuum. Est enim, sicut dictum est, quedam partes speciei et quedam

Ex aliquo esse dicitur multis modis:
- Primo quod aliquid ex aliquo dicitur ut materia, et hoc dupliciter:
  - uno modo secundum quod accipitur materia prima, scilicet [illegible], sicut aqua est materia liquabilium;
  - alio modo secundum speciem ultimam specialissimam, sicut statua dicitur fieri ex ere.
- Secundo dicitur aliquid ex aliquo ut ex principio movente, sicut pugna ex convicio.
- Tertio dicitur aliquid ex aliquo sicut fit compositum ex materia et forma, et hec est via resolutionis.
- Quarto dicitur fieri ex aliquo sicut species ex parte speciei, et hoc dupliciter potest accipi:
  - aut secundum rationem, sicut sillaba est ex elemento, id est ex littera, sicut ex parte speciei;
  - aut secundum nomen, sicut bipes est pars hominis, quia est pars diffinitionis eius communis, secundum rationem vero sicut pars que aliquando non predicatur de toto; toto enim homini competit habere [illegible]

partes minores quae sunt partes individui. Et non est
pars speciei aes aut cubi aerei licet materia
in qua species est recepta. Unde et non est pars
speciei sed partis habentis speciem. Est autem cubus
corpus contentum sex superficiebus quadratis
angulis. Et est pars. Tangens hic pro specie hic
quod dictum est. Quarto modo dicuntur partes
quae ponuntur in diffinitione cuiuslibet rei quae sunt par-
tes rationis. Hominis autem animal et bipes sunt partes ho-
minis. Et sic patet quod genus hoc modo est
pars speciei. Alio vero scilicet secundo modo species est pars
generis. Secundo non modo sumebat pars pro par-
te subiectiva totius universalis. In aliis autem
tribus pro parte integrali sed in primo pro parte quan-
titatis. In aliis duobus pro parte essentiae in
tantum quod pars secundum tertium modum est pars rei, sicut
pars speciei, sicut pars rationis. Quinto
autem modo est pars rationis.

Totum dicitur etc. Hic prosequitur de his
quae pertinent ad totum. Et primo de
toto in generali. Secundo de toto quodam scilicet de
genere ibi. Generaliter dicitur etc. Circa primum duo
facit. Primo prosequitur de ipso nomine totius. Secundo
de eius opposito scilicet de colobon ibi. Colo-
bon autem dicitur etc. Circa primum tria facit. Primo po-
nit rationem communem totius quae consistit in duo-
bus. Primo quod perfectio totius integratur
ex partibus et hoc significat cum dicit quod totum dici-
tur cui nulla suarum partium deest ex quibus di-
citur natum id est ex quibus scilicet partibus totum
secundum suam naturam constituitur. Secundo quod partes
uniuntur in toto et sic dicit quod totum est
continens contenta scilicet partes. Ita quod illa
contenta sunt ad unum in toto. Secundo ibi
Hoc autem dupliciter etc. Ponit duos modos totius
dicens quod totum dicitur dupliciter. Aut ita quod un-
umquodque contentorum a toto continente sit
ipsum unum scilicet totum continens quod est in
toto universali de quo singularum partium praedicatio
aut ut ex partibus constituatur unum non
ita quod quaelibet partium sit ipsum unum et hoc est to-
tum integrale quod de nulla suarum partium prae-
dicatur. Tertio ibi. Universale quidem etc. Ex-
ponit praedictos modos totius et primo di-
cens quod universale et quod totaliter id est quod com-
muniter dicitur quasi sit aliquod unum totum
ex hoc quod praedicatur de unoquoque sicut universale quasi
multa continens ut partes ideo quod praedicatur
de unoquoque et omnia illa sunt unum in

toto universali. Ita tamen quod unumquodque illorum est
ipsum unum totum sicut animal continet hominem
et equum et deum quia omnia sunt animalia id est quia
animal praedicatur de unoquoque. Deum autem hic dicit vel aliquod
corpus caeleste ut solem vel lunam quae
antiqui animata corpora esse dicebant
et deos putabant. Vel animalia quaedam ae-
rea quae platonici dicebant esse daemo-
nes et pro diis colebant gentiles.
Secundo ibi. Continuum vero etc. Expo-
nit secundum modum totius quod pertinet ad totum
integrale et circa hoc duo facit. Primo po-
nit rationem communem huius totius et praecipue in
toto quod dicitur secundum quantitatem quod
est manifestius dicens quod ad dictum continuum
unum et finitum id est perfectum et totum
secundum quod finitum non habet rationem totius sed infini-
tum ut dicitur in III physicorum. Cum scilicet unum quod
fit ex pluribus quae insunt toti et hoc dicit ad
removendum modum quo aliquid fit ex aliquo
sicut ex contrario. Partes autem ex quibus constitu-
itur totum dupliciter possunt esse in toto
uno modo in potentia alio modo in actu. In potentia quidem sunt
in potentia in toto continuo, actu vero in toto
non continuo sicut lapides actu sunt in acervo
magis autem est unum et perfectius magis totum
continuum quam non continuum et ideo dicit
quod oportet partes inesse toti. Maxime quidem in
potentia sicut in toto continuo. Et si non in potentia saltem
energia id est in actu. Dicitur enim energia interior
actio. Sed quia magis sit totum cum partes
sunt in eo in potentia quam cum sunt actu tamen si re-
spiciamus ad partes magis sunt partes
cum sunt in actu quam cum sunt in potentia. Unde alia
littera habet maxime quidem perfectione id est actu;
sin autem et potentia. Et intelligitur et quod prima
dicta est et magis patet. Sin autem et energia.
Verum videtur quod translator duas invenit
litteras et utramque transtulit et errore
scriptorum sit ut coniungantur ambae in una
littera et hoc patet ex alia translatione quae non
habet nisi alteram tantum. Sicut enim dictum continuum
autem et finitum est cum unum quod fit ex
pluribus inexistentibus maxime quidem potentia si autem
non actu sunt. Secundo ibi. Horum vero eorum
etc. Ostendit duas diversitates in isto secundo
modo totius. Quarum prima est quod continuorum quae-
dam sunt continua per artem quaedam per
naturam. Et illa quae sunt continua per naturam

No.

Pars dicitur 4 modis:
Primo modo dicitur pars quantitatis quod dividitur ad suum quantum et hoc dupliciter: uno modo quantitas sive quantitas minor in quam maior dividitur dicitur eius pars; alio modo dicitur pars solum quantitas minor quae mensurat maiorem et sic duo non sunt pars trium.
Secundo modo dicitur aliqua pars quod dividitur ad suum quantum et per hunc modum species dicitur pars generis et genus dicitur pars speciei.
Tertio modo dicitur pars in quibus componitur aliquod totum sive sit species sive sit aliquod habens speciem scilicet individuum.
Quarto modo dicitur pars quae ponuntur in diffinitione cuiuslibet rei quia sunt pars totius sicut animal et bipes sunt partes hominis.

magis sunt

magis est tanta .i. tota quam que est partem.
sicut et de uno dictum est supra .s. quod illa que est conti-
nua per naturam est magis unum. at si totalitas
sit aliqua unio. constat quod quod est magis unum est
magis totum// Deinde ponit ibi amplius quan-
to et cetera. Dicit quod cum in tota sit quod in quantitate sit
ordo partium qui est in principium medium et ultimum
in quibus positio consideratur oportet quod omnia tota conti-
nua positionem habeant in suis partibus. sed ad positionem
totum continuum partium requiritur quod inveniatur habere
quedam .n. tota sunt in quibus diversa positio partium non fa-
cit diversitatem sicut patet in aqua. quocumque .n. situ
ponantur partes aque nichil differunt et similiter est
de omnibus humidis sicut de oleo vino et huiusmodi.
et in huiusmodi significatur totum pluraliter dicto omne. non
ab ipso nomine totius. dicitur .n. omnis aqua et omne
vinum. vel omnis numerus non autem totus nisi per metap-
horam. et hoc forte est propter proprietatem greci ydeoma-
tis. Quia apud nos proprie dicimus. Quedam vero sunt ta-
lia in quibus positio differentiam facit. sicut in homine in quibus ali-
ter in domo et huiusmodi. non .n. est domus quocumque partes
ordinentur. sed secundum determinatum partium ordinem. et
similiter nec homo nec animal et huiusmodi dicuntur totum
et non omne. dicuntur .n. de uno solo cum loquitur
totum et non omne et. Quedam vero sunt in quibus ambo
contingunt quod positio quidem non facit differentiam in eis
et quedam non facit differentiam in eis. huiusmodi dicuntur
utroque .s. et omne et totum et ista sunt in quibus facta tamen
transpositione partium manet eadem natura sed non eadem for-
ma sive figura. sicut patet in cera. quocumque transpona-
tur partes. nichilominus est cera sed non est eiusdem
figure et similiter est de vestimento et de omnibus que
sunt similium partium retinentium figuram huiusmodi .n.
et sunt similium partium non tamen figuram possunt
habere propriam quod non continuatur tantum propter materiam
tur. et ideo tamen secundum naturam variatur quod sit
ex parte eorum. Ratio autem huius diversitatis est quod omne
distributum est et ideo requirit multitudinem
vel in actu vel in potentia propinquam et quod ea que sunt si-
milium partium dividuntur in partes consimiles toti
fit ibi multiplicatio totius secundum divisiones partium
aqua est aqua in una aqua sunt multe aque. sed
ipso sit unio uno sunt multe vel in actu
totum vero significat collectionem partium in aliquo
uno et ideo ubi proprie dicitur totum. in quibus ex omnibus
partibus simul acceptis fit unum perfectum cui
perfectio nulli partium competit sicut domus et cetera.
unde omne autem non dicitur de uno autem sicut de pluribus
et ideo et si non dicitur quilibet totius in quibus dicitur omne ut de
uno referendo ad totum potest dici. omnia ipsa aliis
ut in diviso referendo ad partes sicut dicitur omnis
hic numerus et omnes hee unitates. et omnis hec aqua dimen-
to toto et omnes hee aque demonstratis partibus//

Colobon vero dicitur et cetera. hic determinat de eo
quod est oppositum toti quod est colobon per
quo alia translatio habet diminutum. unde ibro
hic non vulgariter convenit secundum colobon non di-
cuntur in aliis in quibus solis est ubi a colobon
colobon. quod nos dicimus truncatum unum et
hoc constituit, mancum vel defectivum. Est ergo
intentio philosophi ostendere que requirantur ad hoc quod ali-
quid dicatur colobon. et primo quod requiratur ex parte
totius. deficientis. Secundo quid requiratur ex parte
partis deficientis. ibi. ad hoc quod nec quecumque et cetera
ad hoc autem quod aliquid totum possit esse colobum. sex
requiruntur. Primum est ut ipsum totum sit quantum
habens .s. partes in quibus dividatur. sed quantitatum [illegible]
totum universale. potest dici colobum si una species
auferatur// Secundum est quod non quodlibet quantum potest dici colobum
sed oportet quod sit partibile. et divisibile habens et
totum. vel ex diversis partibus integratum. unde vel
partes in quas aliquod totum resolvitur habeant
quantitatem non possunt dici colobum sicut ca-
tolicum. Tertium est quod duo non sunt colo-
ba. vel ad hunc duas partes. si [illegible] auferatur
altera earum et hoc ideo quod numquam colobomia .i. quod
aufertur a colobo est equale residuo sed semper oportet
residuum esse maius. Quartum est quod nullus numerus
potest esse colobus quantascumque partes habeat quod substantia
colobi manet parte subtracta. sicut si calix
truncetur adhuc manet calix. sed numerus non ma-
net idem ablata quacumque parte eius quia unitas addita
vel subtracta variat numeri speciem. Quintum est quod
oportet quod habeat partes dissimiles etiam .n. quod sunt similium
partium. non possunt dici coloba quia ratio totius
salvatur in qualibet parte. unde si aliqua aufertur
aliqua pars. non dicitur coloba. nec tamen omnia que
dissimilium partium possunt dici coloba. sicut .n.
non potest dici colobus ut dictum est quamvis quedam
numeri habeant partes dissimiles. sicut duo et tria
cum habent proprias dualitatem et trinitatem
aliquando tamen in omni numero habent partes similes pro-
ut omnis numerus ex unitatibus constituitur// Sextum
est quod nullum eorum potest dici colobum in quibus positio
non facit differentiam sicut aqua aut ignis. oportet
.n. coloba talia esse. quod in sua ratione substantie

habent decimatam positionem sicut homo vel domus. Septimum est quod oportet coloba esse continua. armonia enim musicalis non potest dici coloba aliqua voce vel corda subtracta licet sit discontinuum per eum quod constituitur ex vocibus gravibus et acutis et licet partes eius habent decimatam positionem non enim quaelibet voces graves et acute ordinate tale constituunt armoniam. Deinde cum dicit Adhuc neque quibus etc. ostendit que sunt conditiones colobi ex parte diminutionis et ponit tres dicens quod sicut non quibuslibet totum potest dici coloba ita nec cuiuslibet particule ablatione potest dici colobum aliquid. Oportet enim primo quod pars ablata non sit pars propria rei sive principalis quia si rei substantiam constituat et sine qua substantia esse non potest quod ut dictum est colobum oportet manere post ablationem. Unde homo non potest dici colobus parte ablata capite absciso. Secundo ut pars subtracta non sit ubique sed sit in extremitate. Unde si perforatur calix esse medium aliqua parte eius ablata non dicitur colobus. Sed si accipiatur auris calicis idest particula que est ad similitudinem auris aut aliqua alia extremitas et similiter homo non dicitur colobus si amittat quid de carne vel in tibia vel in brachio vel esse membrum corporis quando si amittat splenem vel aliquam eius partem sed si amittat aliquam extremitatem ut manum aut pedem. Tertio ut non omnis particula in extremitate existente ablata ad dicendum colobum sed si sit talis pars que non regeneratur. Et si tota auferatur sicut manus aut pes capillus autem totus leviter iterum regenerat. Unde per eorum subtractionem licet in extremitate sit non dicitur homo colobus et hoc non etiam dicitur colobi

Genus dicitur etc. Hic determinat de quodam toto scilicet de genere et ostendit quot modis dicuntur aliqua diversa genere. Dicit ergo primo quod genus dicitur quattuor modis. Primo generatio continua aliquorum habentium eandem speciem sicut dicitur dum erit genus hominum idest dum durabit generatio continua hominum et iste est primus modus positus in Porphyrio scilicet multitudo habentium relationem ad invicem et ad unum principium. Secundo modo dicitur genus id a quo sicut movente ad esse vel generante procedunt aliqua sicut dicuntur aliqui ellines genere quia descendunt a quodam nomine ellino et alii dicuntur yones genere quia descendunt a quodam yone sicut primo generante magis quam denominantur aliqui a patre qui est generans quam a matre que dat materiam in generatione et tamen aliqui denominantur genere a matre sicut a quadam femina nomine pirra dicuntur aliqui pirriades. Et iste est secundus modus generis in Porphyrio positus. Tertio modo dicitur genus sicut superficies est genus figurarum superficialium et solidum et corpus dicitur esse genus figurarum solidarum vel corporum. Quod non est quod figura sit species superficiei sicut animal est genus hominis sed quia est primum subiectum differentiarum istarum. superficies enim est subiectum omnium figurarum superficialium et habet similitudinem cum genere quia primum subiectum per divisionem recipit sicut genus divisionem specierum. Unde subiectum primum accipitur per ad similitudinem generis. Unaquaeque enim figura superficialis est talis superficies sed quaedam figura solida est tale solidum ac si figura sit differentia qualificans superficiem vel solidum. superficies enim se habet ad figuras superficiales et solidum ad solidas sicut genus quod subicitur differentie. Nam differentia patet ideo quod quale quid sicut est dicere animal rationale significat tale animal. Unde dicitur superficies quadrata significat talem superficiem. Quarto modo dicitur genus quod primo ponitur in diffinitione et patet ideo quod cuius differentie sunt eius qualitates sicut in diffinitione hominis primo ponitur animal et bipes sed rationale et quod ibi est qualitas animalis. Patet ergo quod genus tot modis dicitur. uno modo secundum generationem continuam quod pertinet ad primum modum. Alio modo secundum primum movens quod pertinet ad secundum. Alio sicut materia quod pertinet ad tertium et quartum modum. Sed notandum quod sicut se habet genus ad differentiam sicut subiectum ad qualitatem et ideo patet quod genus praedicabile et genus subiectum quasi uno modo comprehenduntur et utrumque se habet per modum materie licet enim genus praedicabile non sit materia sumptum tamen a materia sicut differentia a forma. dicitur enim animal ab eo quod habet naturam sensitivam. rationale ab eo quod habet rationalem naturam que se habet ad sensitivam ut forma ad materiam. //

Diversa vero genere etc. Hic ostendit quot modis dicuntur aliqua diversa genere. Et ponit duos modos respondentes duobus ultimis modis generis. Primi enim duo modi non multum pertinent ad philosophicam considerationem. Secundo ergo dicuntur aliqua diversa genere quia eorum primum subiectum est diversum sicut primum subiectum coloris est superficies. Primum autem subiectum saporis est humor. Unde quia alterum subiectum sapor et color sunt diversa genere. Oportet autem quod duo diversa subiecta talia sint quorum

non resolvatur materia. Secundum in quadam
resolvuntur in superficies, ut figure solide et figure
superficiales non sunt diversorum generum et tamen omnes
quia non resolvantur in aliquid idem sunt genere et tamen
sunt diversa genere secundum suam essentiam considerantur quia
incorruptibilia que sunt et sunt corpora celestia et
inferiora sunt diversa genere, in quibus non habent unam
materiam communem. Alio modo dicuntur diversa genere que diver-
sa significant cathegorie vel predicamenta
entis. Alia namque entia significant quid
est, alia quale, alia aliis modis sicut divisum est
prius in tractatu de ente. Iste enim catego-
rie neque resolvuntur invicem quia non gene-
rantur, neque alia resolvuntur in unum ad quod
non est unum ad genus quod est ad omnia predi-
camenta. Patet etiam ex dictis quod aliqua contrarietas
secundum predicamentum est unum genere sed in
subiecto quantum sunt diversa genere quia non sunt corpora
celestia et elementaria et colores et sapo-
res. Primus autem modus diversitatis secundum genus con-
sideratur magis a naturali et secundus a philosopho quia est ma-
gis realis. Secundus autem modus consideratur a
logico quia est rationis.

Falsum dicitur uno modo et cetera. Hic distinguit quot modis sig-
nificatur defectum entis vel eius incomple-
tum, scilicet hoc nomen falsum. Secundo hoc nomen accidens
et primum tria facit. Primo ostendit quomodo dicitur falsum
in rebus. Secundo quomodo in diffinitionibus, ibi: Ratio vero falsa
et cetera. Tertio quomodo sit falsum in hominibus, ibi:
Homo autem falsus et cetera. Dicit ergo primo quod falsum dicitur
uno modo in rebus prout quod oratio significat rem non
componi prout quod componi dicitur. Uno modo prout
quod est non compositum sicut est in hiis contingentibus.
Alio modo prout quod est impossibile componi sicut est in hiis
impossibilibus. Si enim dicatur diametrum esse com-
mensurabile lateri quadrati, est falsum impossibile quia
impossibile est commensurabile componi dyametrum.
Si autem dicatur te sedere te stante, est falsum con-
tingens, quia predicatum non inest subiecto sed non impossibile
esse. Unum enim istorum scilicet impossibile est falsum semper,
alterum scilicet contingens non est falsum semper. Sic ergo falsa
dicuntur quia omnino sunt non entia. Falsa oratio est falsa
dicitur quando non est id quod oratione significatur. Secundo
modo dicitur falsum in rebus ex eo quod aliqua que sunt
entia in re sed tamen sunt apta nata videri
aut qualia non sunt aut que non sunt, sicut falsa
sciagraphia vel umbratica descriptio. Umbre enim
que videntur res quedam sunt umbre sine

hominis vel homo et eadem ratio est de sompniis que
videntur res nature, cum tamen non sit in re
similitudines et ... dicitur autem falsum quod
habet similitudinem auri. Differt autem hic modus
a primo quia in primo dicebatur ad falsum ex eo quod non
erat. Hic autem dicuntur aliqua falsa quia ad quod di-
cuntur quod non sunt ita quod faciunt falsam
fantasiam vel quia habent apparentiam. Patet ergo quod
res dicuntur false aut quia non sunt aut quia ab
eis fit apparentia eius quod non est. Secundo determinat
est dicens: Ratio vero falsa et cetera. Ostendit quomodo est falsum
in diffinitionibus et dicit quod ratio id est diffinitio falsa
in quantum falsa est est non entium. Dicitur autem in quantum
est falsa quia diffinitio dicitur falsa dupliciter aut sim-
pliciter, et sic non est diffinitio alicuius sed est ... non
entis. Aut est diffinitio vera in se sed falsa prout
attribuitur isti diffinito et sic dicitur falsa in
quantum non est eius. Unde patet quod omnis diffinitio
que est vera diffinitio alicuius vel est falsa diffinitio
alterius ut diffinitio que est vera de circulo
est falsa de triangulo. Diffinitio autem vera cuius-
que rei significans quid est una tamen
unius est et quodammodo sunt multe unius aliquo
enim modo ipsum simum per se sumptum et ipsum pa-
ssum id est cum passione sumptum est idem sicut
Sortes et Sortes musicus et aliquo modo non idem est. Est
enim idem per accidens sed non per se. Patet autem quod eorum sunt
diverse diffinitiones. Alia enim est diffinitio Sortis et
Sortis musici et tamen ambe sunt quodammodo unius
eiusdem. Sed illa diffinitio que est falsa per se non potest
esse diffinitio alicuius rei. Dicitur autem diffinitio falsa per se
vel simpliciter ex eo quod una pars diffinitionis non
potest stare cum altera sicut si quis diceret animal in-
animatum. Patet autem quod ex hoc quod stulta fuit opinio
Anthistenis. Volebat enim quod quia voces sunt
signa rerum quod sicut res non habent aliud esse nisi
propriam, ita in propositione nichil posse predi-
cari de aliquo nisi propria eius diffinitio ut
simpliciter sicut de uno solo dicatur unum
predicatum et ex hoc sequitur quod non sit contradictio quia si
de homine predicatur animal quod est in eius ratione non po-
terit de ipso predicari non animal, et ita non po-
terit formari negatio propria et ex hac positione
et sequitur quod non contingat aliquid mentiri
quia propria diffinitio rei vere predicatur de re
una sed de nullo potest predicari nisi propria
diffinitio nulla propositio erit falsa. Est autem eius
opinio falsa quia contingit predicare de uno

quocumque non solum sua diffinitione. Quod est alterius quam sit illius. Ratio est falsa predicato alicuius cum in potest esse vera predicatio sicut octo dicuntur dupla inquantum habent rationem dualitatis. quia ratio dupli est ut se habeat sicut unum ad duo. octo autem inquantum sunt duplum sunt quodammodo quia dividuntur in duo equalia. hec igitur dicuntur falsa. modo predicto. Deinde cum dicit. homo autem falsus et cetera. ostendit quomodo falsum dicatur de homine et circa hoc duo facit. primo ponit duos modos quibus homo dicitur falsus quorum primus est quod homo dicitur falsus qui est promptus vel gaudet in huiusmodi rationibus vel falsis et qui est preelectivus vel electivus talium rationum non propter aliquid aliud sed propter se. unicuique enim habenti habitum sit delectabilis et prompta operatio que est secundum habitum. et sic habens habitum operatur secundum habitum. alius vero propter aliquid extrinsecum sicut luxuriosus fornicatur propter delectationem coitus. Sed quando fornicatur propter aliud, puta ut furetur. magis est fur quam luxuriosus. Similiter et quando eligit falsum dicere propter lucrum magis est avarus quam falsus. Secundus modus est quod homo dicitur falsus qui aliis falsas rationes facit. quia sicut res dicebamus esse falsas quia faciunt falsam fantasiam. patet autem ex premissis quod falsum pertinet ad non ens ex quo homo dicitur falsus per respectum ad rationes falsas et ratio dicitur falsa inquantum est non entis. Secundo ibi. quare in Yppia et cetera. excludit ex premissis duas falsas opiniones
8 quarum prima concludit ex predictis quod ex quo falsus homo est qui est electivus et factivus falsarum rationum rationabiliter refutatur vel reprobatur Hyppia. qui est quidam liber Platonis. oratio quedam que dicebat eandem rationem esse veram et falsam. hec enim opinio accipiebat illum hominem esse falsum qui potest mentiri et sic cum idem homo possit mentiri et verum dicere idem homo esset verus et falsus. Similiter eadem ratio vera et falsa. quia eadem ratio vera et falsa potest esse ut Sortes est sedens. Sed hic inconveniens accipit quod homo sciens et prudens potest mentiri. non tamen est falsus. quia non est factivus vel electivus falsarum rationum ex qua ratione dicitur homo falsus ut dictum est. Secundam opinionem falsam excludit ibi. Amplius volentem et cetera. dicebat enim hec opinio quod homo qui facit turpia et prava volens melior est eo qui facit nolens quod est falsum. Nam quilibet vitiosus ex hoc dicitur quod est promptus vel electivus malorum. Et hoc falsum voluit accipere per quandam inductionem ex simili. ille enim qui claudicat voluntarie melior et dignior est eo qui claudicat non voluntarie et ita dicebat quod prava agere imitatur quod est claudicare ut sic sit eadem ratio de utroque et hoc quodammodo verum est. Nam claudicans voluntarie deterior est quantum ad morem licet sit perfectior quantum ad virtutem gressivam. Et ille qui agit prava voluntarie deterior est quantum ad morem. licet forte non sit deterior. licet perfectior quantum ad aliquam aliam potentiam. sicut ille qui dicit falsum voluntarie. licet sit peior secundum morem est tamen intelligentior eo qui credit se verum dicere et falsum dicit non voluntarius.

a Accidens dicitur et cetera. Hic ultimo distinguit nomen accidentis et ponit duos modos quibus dicitur hoc nomen accidens quorum primus est secundum quod accidens dicitur id quod inest alicui et quod contingit vere affirmare non tamen ex necessitate nec semper nec magis. id est ut in pluribus sed ut in paucioribus. sicut si aliquis fodiens aliquam fossam ad plantandum aliquam plantam inveniat thesaurum. hoc igitur quod est fodientem fossam invenire thesaurum est quoddam accidens. neque enim unum est causa alterius de necessitate ut hoc sit ex hoc. neque etiam de necessitate se comitantur ut hoc sit post hoc ut dies consequitur noctem quamvis unum non sit causa alterius. ita et neque magis sunt ut in pluribus sed contingit ut ille qui plantat inveniat thesaurum. existimamus in musicus dicitur esse albus. sed tamen quia hoc non est ex necessitate nec sit ut in pluribus ideo dicimus hoc esse per accidens. differt autem hoc exemplum a primo. Nam in primo exprimebatur accidens quantum ad fieri in isto vero quantum ad esse. quia igitur sicut aliquid inest alicui in isto. ita et aliquid consideratur esse alicubi. id est in aliquo loco determinato et tempore. id est aliquo

cause determinate in omnibus que esse patiuntur. si non sit
set quod hoc. sicut si album dicitur de musico hoc est per accidens
quia non est in musico inquantum huiusmodi et similiter si sit humiditas
cia pluvie in estate hoc est per accidens quia hoc non ac
cidit in estate inquantum est estas. et similiter. si igne
sit similiter hoc est per accidens. non enim est in tali loco
set quod talis est locus. set paucis tamen extranea. Ostendit
secundo est quod accidit hic modo dicendi non est aliqua
causa determinata. set contingunt vel quorumque contingunt
vel quia forte ista fortuita. que est causa indetermina
ta. sicut accidit aliquem quod veniat egina vel
ad illam. set non propter hoc advenit ut illuc ve
niat. vel si non propter hoc intendens movit ut ad hoc est
inmunis pervenerit set ab aliqua extranea causa illuc
adductus est. sicut quod expulsus est ab yeme
contrarie tempestatem in mari. cui et captus
est a latronibus et illuc perductus preter intentionem.
Unde patet quod hoc est per accidens et causam preter ex[illegible]
set tamen quod iste navigavit ad huius locum perve
niat non est inquantum ipsum. vel inquantum erat navigans
cum intenderet ad alium locum navigare set hoc
quod inquantum aliquam vel per aliquam aliam causam extrane
am. ventum. non est causa nemo dicit quod non na
vigat. s. ad eginam vel latrones cum ad
ad hoc. Secundo modo dicitur accidens quod inest alicui per
se et tamen non est de substantia eius et hoc est secundo dici
per se ut dictum est. Talem primum modum
erat precedens dicit aliquid quod inest diffinitione
ponitur ut alia de loquere quod nullum non est accidens
set triangulo inest per se duos rectos habere et non est
de substantia eius unde est accidens. Dicit quod hoc modo
accidens quod accidentia hoc secundo modo contingit esse sem
piterna. sicut triangulus habet tres angulos
duobus rectis. Accidentium non secundum primum modum
nullum contingit esse sempiternum. quod dictum sicut in supra
[illegible] et huius ratio huius [illegible] sunt in vi huius et
in [illegible] philosophorum. Accidens quod secundum primum modum opponitur ad
per se. accidens secundo secundo modo opponitur ad substantiam.

Principia et causae queruntur entium.
Postquam philosophus in iiii huius ostendit quod hec
scientia considerat de ente et de uno et
de hiis que consequuntur ad ens inquantum huiusmodi et quod
omnia dicuntur multipliciter in quinto huius eorum
multiplicitatem distinxit. hic incipit de en
te determinare et de aliis que consequuntur ad ens
dividitur ergo primo in duas partes. In prima ostendit per quem
modum hec scientia debet determinare de ente. In secunda
incipit de ente determinare. s. in vii ibi sep
tum. ens dicitur multipliciter et cetera. Prima in duas partes dividitur.
In prima ostendit modum tractandi de entibus

quod competit huic scientie per differentiam ad alias
scientias. In secunda removet a consideratione huius scientie
ens aliquibus modis dictum. Et dicit modum entis non in
tendit principaliter ista scientia ibi. Set quoniam ens simpliciter
et cetera. Prima in duas partes dividitur. In prima ostendit quod considerare
huius scientie ad alias pertinet quod considerat principia entis in
quantum est ens. Secundo dicit ad modum tractandi de hiis prin
cipiis ibi. Quoniam autem physica et cetera. Circa primum duo
facit. primo enim ostendit quod hec scientia considerat circa aliam in
consideratione principiorum. dicit quod certum est
est scilicet huius scientie ut in quarto dictum est. et aliqua
scientia debet inquirere principia et causas sui subiecti
quare causas inquantum huiusmodi. Omnis enim scientia inquirit principia
et causas entium inquantum est entia. cum vero est in
aliis scientiis quam sanativa et quelibet que
est aliqua causa quod querit medicus et similiter ma
thematice principia et elementa et causas ut figure et
numeri et aliorum huiusmodi que pertinent mathematice et universaliter
omnis scientia intellectualis aliquorum principiorum sui sicut autem
solum intelligibilia habet scientia divina sive et
cetera ea. quia sunt tamen magis ymaginabilia
vel sensibilia ipsa. in vii et intelligibilia. principia
debiles est scientia sicut est in mathematica. et in natura
sui et quod ulterius principia ad particularia
procedant in quibus est operatio. sicut est moralis per
totum set et quod talis scientia sicut et causas et principia
que ad principia autem sunt certiora que ad nos
habent in naturalibus que sunt principiora sensibilibus. aut
simpliciora et priora per naturam sicut est in mathematicis
cognitiones autem que sunt sensitive tamen non sunt per
principia et causas sed plus quod ipsum sensile ostendere
sensum ostendere ut accidit in causa vel. quia non
est sensus set solum intellectus. vel certiora principia
dicit ea que sunt magis nota et exquisita
simpliciora que ea que magis sunt [illegible]
exquirit sicut est in [illegible] [illegible] principia
principia summarie exhibunt que sunt in [illegible].
Secundo ibi. Sed omnes iste et cetera. Ostendit differentiam aliarum
scientiarum ad istam quantum ad considerationem principiorum et
causarum. dicit quod omnes iste scientie particulares de quibus
nunc facta est mentio sunt circa unum ad particulare
genus entis sicut circa numerum vel magnitudinem
aut ad hoc et tractant unumquodque consyderare de
suo genere [illegible] vel de entibus genere quod non de
ente sicut scientia que tractat de uno non tractat
de magnitudine simul, que earum determinat
de ente simpliciter. vel de ente communi sicut de aliquo
particulari ente inquantum est ens sicut acutiore non
determinat de uno inquantum est ens set inquantum est numerus
de quibus non ente inquantum est ens proprium est philosophi

siderare et quod eius est considerare de ente inquantum est
ens et de eo quod quid est quia utrumque hoc esse
per unam cognitionem autem particulares alias
rationem vel determinationem faciunt de eo quod quid
est vel de quantitate rei et de diffinitione que ipsam
significat sed ex hoc vel ex ipso quod quid est procedunt
ad alia invenienda eo quod principia ad quod probanda.
Ipsum autem quod quid est sive ubi alie scientie
faciunt esse manifestum per sensum sicut scientia que
est de animalibus accipit quod est autem per id quod apparet
sensum vel per sensum et motum quibus
autem non aliud discernitur. Alie vero scientie
accipiunt quod quid est sive ubi per suppositionem
ab aliqua alia scientia sicut geometria accipit
quid est magnitudo a philosopho primo et sic
ex ipso quod quid est noto per sensum vel suppositione
demonstrant scientie particulares passiones que per
se insunt generi subiecto circa quod versantur. Ista diffinitio est
medium in demonstratione propter quod modus autem
demonstrationis est duplex. Quedam demonstrationes
sunt magis necessarie sicut mathematice scientie.
Quedam vero infirmiores sicut est in scientiis naturalibus in
quibus multe demonstrationes sumuntur ex hiis
que non semper sed frequenter insunt. Et iterum
hic loco supponimus conditionem et est id
scilicet scientia quod supponit conditionem ex conditione
quam accipit et quod principia demonstrationis est
diffinitio palam est ex tali inductione diuc-
tione quod demonstratio non est de substantia rei
vel de essentia eius nec de diffinitione que significat
quod est res sed est alius modus quo diffinitiones
ostenduntur scilicet per divisionem et alios modos qui
ponuntur in secundo posteriorum et sic nulla scientia
particularis determinat de quod quid est et nulla
earum dicit de genere subiecto circa quod versatur si est
aut non et hoc rationabiliter accidit quia eiusdem
est rationis determinare quid est et mani-
festare quod est. Oportet quod quid est accipere ut
medium ad ostendendum an est et utrumque con-
sideratio est philosophi qui considerat ens inquantum ens
et ideo quelibet scientia supponit de subiecto suo
quia est et quid est ut dicitur in primo posteriorum. Et hoc est
signum quod nulla particularis scientia determinat
de ente simpliciter nec de aliquo ente inquantum est
ens. Deinde cum dicit quoniam vero physica
scientia et cetera. Ostendit diversitatem huius scientie quantum ad an-
tiquas quantum ad modum considerandi primo. Entis
inquantum est ens et quia ab antiquis scientia naturalis
credebatur esse prima scientia et que consideraret
ens inquantum est ens ideo ab ea quoniam a natura-

-li ferè incipiens primo ostendit diversitatem scientie natura-
lis a scientiis factivis. Secundo diversitatem ex aliis spe-
culativis ibi ostendit modum propriis considerationis
istius huius scientie ibi. Oportet autem quod quid erat esse et cetera. Dicit ergo
primo quod scientia naturalis non est neque de ente simpliciter
sed est circa quoddam genus entis scilicet circa substantiam naturalem
que habet in se principium motus et quietis et ex hoc
apparet quod ipsa est activa et passiva. Differt
vero agere et facere. Ista agere est per operationem
manentem in ipso agente sicut est eligere et
intelligere et huiusmodi. Unde scientie active dicuntur
scientie morales. Facere autem est per operationem que
transit exterius ad materie transmutationem sicut
secare urere et huiusmodi. Unde scientie factive dicuntur
artes mechanice. Quod autem scientia naturalis
non sit factiva patet quia principium scientiarum facti-
varum est in faciente non in facto quod est arti-
ficiatum sed principium motus rerum naturalium est
in ipsis rebus naturalibus hoc autem principium
rerum artificialium quod est in faciente est per
intellectus qui artem adinvenit et hoc ars
que est habitus intellectus et tamen aliquid potest exsequi
sicut potentia motiva per quam artifex exequitur
conceptionem artis. Unde patet quod scientia na-
turalis non est factiva et per eandem rationem patet
quod non est activa quia scientia principium activarum
scientiarum est in agente non in ipsis actionibus
sive motibus. Hoc autem principium est prohe-
resis vel electio id est ... agibile et eligibile
sunt. Ergo patet quod naturalis scientia neque est activa neque
factiva. Sicut omnis scientia aut est activa aut
factiva aut theorica sequitur quod naturalis scientia sit
theorica vel speculativa et determinat circa
entia que sunt possibile moveri. Ens vero mo-
bile est subiectum naturalis philosophie et est solum circa talem substantiam
entia vel quantitatem et essentiam rei quam secundum rationem
non est separabilis nisi ut in pluribus et hoc dico
propter intellectum qui aliquo modo cadit sub consider-
atione naturalis philosophie et tamen substantia eius
est separabilis et sic patet quod naturalis scientia est
autem determinat rationem que est ens mobile et
hoc determinat modum diffiniendi. Secundum quem
deinde cum dicit. Oportet autem quod quid erat esse et cetera.
Ostendit diversitatem naturalis scientie ad alias scientias
speculativas quantum ad modum diffiniendi
et circa hoc duo facit. Primo ostendit predictam diversitatem.
Secundo concludit numerum scientiarum theoricarum
ibi. Quare tres et cetera. Circa primum tria facit
primo ostendit modum proprium diffiniendi naturalis philosophie
dicens quod ad cognoscendam diversitatem scientiarum

tunc factiva
D[e] diversitate scientiarum speculativarum

speculativarum adinvicem. Sed non latet quod quidditatem rei et rationem, id est diffinitionem, significantem ipsam quomodo est assignanda in unaquaque scientia quaerere, id est dictam praedictam scilicet, id est sine cognitione modi diffiniendi nichil facere est, id est diffinitio sit medium demonstrationis et per consequens principium sciendi secundum quod dubitatur in scientiis speculativis. Sciendum est autem quod eorum que diffiniuntur quaedam diffiniuntur sicut simum, quaedam diffiniuntur sicut concavum, et hec duo differunt, quia diffinitio simi est concepta cum materia sensibili. Simum enim nichil aliud est quam nasus concavus; sed concavitas diffinitur sine materia sensibili, non enim ponitur in diffinitione concavi rectum aliquod corpus sensibile. Ut igitur [illegible] aliquod corpus habet, dicitur, id est concavum est medium extra ab extremis. Omnia autem naturalia sicut modo diffiniuntur sicut simum ut patet in partibus animalium dissimilibus ut est nasus oculi et facies et similibus ut est caro et os et similiter in toto animali et aliis in partibus plantarum quae sunt folium radix et cortex et similiter in tota planta. Similiter, id est per eorum diffinitiones, assignari sine motu. Sed quaelibet eorum semper habet materiam sensibilem in sua diffinitione et per consequens motum. Quia autem materia sensibili competit motus proprius. In diffinitione enim carnis et ossis oportet quod ponatur calidum et frigidum aliquo modo contemperatum et similiter in aliis. Et ex hiis palam est quod est modus inquirendi quod quid est rerum naturalium et diffiniendi in scientia naturali, quia scilicet cum materia sensibili. Et propter hoc est et de anima quaedam speculatur naturalis, quaedam scilicet non diffiniuntur sine materia sensibili. Dicitur enim in libro de anima quod anima est actus corporis organici potentia vitam habentis. Anima autem secundum quod non est actus talis corporis non pertinet ad considerationem naturalis, quia anima potest a corpore separari. Manifestum est ergo ex praedictis quod physica est quaedam scientia theorica et quod habet determinatum modum diffiniendi.

¶ Sed et ibi: Sed et mathematica etc. Ostendit modum proprium mathematicae dicens et quod mathematica etiam quaedam scientia theorica. Ostendit enim quod iam est certum utrum sit scientia cum mathematica considerat ea quae sunt sine motu, sine quod actu et secundum esse non possunt. Sed utrum illa de quibus considerat mathematica scientia sint mobilia et separabilia a materia secundum suum esse adhuc non est manifestum; quidam enim posuerunt numeros et magnitudines et alia mathematica esse separata et media inter species et sensibilia, scilicet Platonici, ut ipse dicetur in tertio libro. Habitum est etiam in quaestionibus. Veritas non dum est ab eo perfecte determinata, determinabitur autem inferius. Sed tamen hoc est manifestum quod scientia mathematica speculatur quaedam inquantum sunt immobilia et inquantum sunt separabilia a materia sensibili, licet secundum esse non sunt immobilia vel separabilia. Ratio enim eorum est sine materia sensibili sicut ratio concavi. Huius (?) quod differt mathematica a physica, quia physica considerat ea quorum diffinitiones sunt cum materia sensibili et ideo considerat non separata inquantum sunt non separata. Mathematica vero considerat ea quorum diffinitiones sunt sine materia sensibili et ideo etsi sint non separata ea quae considerat, tamen considerat ea inquantum sunt separata. Et ideo ibi: Sed si quid est immobile etc. Ostendit modum proprium scientiae huius dicens quod si aliquid est immobile secundum esse et per consequens sempiternum et separabile a materia secundum esse, palam est quod eius consideratio est theoricae scientiae, non activae nec factivae. Quia consideratio est tantum alicuius in actu (?) et tamen consideratio talis entis non est physicae, quia physica considerat de quibusdam entibus scilicet de mobilibus. Et similiter consideratio huius entis non est mathematicae, quia mathematica non considerat separabilia secundum esse sed secundum rationem ut dictum est. Sed oportet quod consideratio huius entis sit alterius scientiae prioris ambabus praedictis, scilicet physica et mathematica. Physica enim est circa inseparabilia et mobilia, et mathematica quaedam sunt circa immobilia quae tamen non sunt separabilia a materia secundum esse sed solum secundum rationem. Prima vero est circa [illegible] sensibilia. Dicit autem forsan quia hoc utrum non dum est determinatum. Dicit autem quaedam mathematicae esse circa immobilia sicut geometria et arismetica, quia quaedam mathematicae applicantur ad motum sicut astrologia. Sed prima scientia est circa separabilia secundum esse et quae sunt omnino immobilia. Necesse est autem omnes causas esse sempiternas, prime enim talium entium generatorum oportet esse ingenitas, ne generatio in infinitum procedat, et maxime has quae sunt omnino immateriales et immobiles. Hee namque causae immobiles et immateriales sunt causae sensibilibus manifestis nobis quae sunt maxime entia et per consequens causa aliorum, ut in secundo libro ostensum est. Et ex hiis patet quod scientia quae habet entia pertractat prima est inter omnes et considerat causas omnium entium. Unde de talibus entibus per quae sunt entia quaedam [illegible] est ipsa physica ut posuerunt. Ex hiis autem apparet manifeste falsitas opinionis illorum

quod potuit aliquis sensisse quod deus non sit cum
istis rebus sed solum motor eius adiciendo
est autem quod sed ad considerationem prime philosophie perti
neant ea que sunt separata secundum esse et ratio
nem et motum non tamen solum hec ea que a
sensibus et ipsis sunt entia prior perscrutatur
nisi forte dicamus ut aliqui dicunt quod hic com
munia de quibus hec scientia perscrutatur dicuntur se
parata secundum esse non quia separata sint tamen sed quia non
dependent habent esse sicut hec mathematica
Deinde cum dicit quare tres erunt philosophie etc.
concludit numerum scientiarum theoricarum et circa
hoc tria facit. primo concludit ex predictis quod tres
sunt philosophie theorice scilicet mathematica physica
et theologia que est philosophia prima. Secundo ibi non enim
immanifestum etc. assignat duas rationes
eius quare hec scientia dicatur theologia quarum prima
est quod manifestum est quod si alicubi vel in aliqua
natura rerum existit aliquid divinum quod existit
in tali natura scilicet entis immobilis. et alia ratio secun
da de qua considerat ista scientia. Etiam ponit
ibi et honorabilissimam etc. que talis est.
honorabilissima scientia est circa honora
bilissimum genus entium id est continentem
res divinas ergo cum hec scientia sit honora
bilissima inter omnes quia est honora
bilior theoricis ut prius ostensum est que quidem
sunt honorabiliores practicis ut ipse dicit in
principio manifestum est quod ista scientia est circa
res divinas et ideo dicitur theologia. quia sermo
de divinis. Tertio ibi dubitabit enim utrum
etc. movet quandam questionem circa prede
terminata et primo ponit eam dicens quod aliquis posset du
bitare utrum prima philosophia sit universalis quia con
siderat ens universale. quia cuius consideratio sit circa
aliquod genus determinatum et naturam unam
et hoc non videtur. similiter non idem est modus istius scientie et
mathematice quia geometria et astrologia
que sunt mathematice sunt circa aliquam naturam de
terminatam. sed philosophia prima est universalis quia omnium et
tamen ex opposito videtur quod sit alicuius nature determinate
scilicet huius que est separabilium et immobilium ut dictum
est. Secundo ibi si igitur etc. solvit dicens
quod si non est aliqua alia substantia praeter eas que
consistunt secundum naturam de quibus est physica.
physica erit prima scientia sed si est aliqua substantia
immobilis ista erit prior substantia naturali et per consequens
philosophia considerans hanc substantiam erit philosophia prima
et quia est prima ideo erit universalis et erit eius
speculari de ente inquantum est ens et de

quod quid est. et de hiis que sunt entis inquantum
est ens eadem. id est scientia prima entis et entis
quia est ut in principio quarti habitum est
Sed quoniam ens simpliciter dictum est etc. Hic de
de quibus entibus principaliter hec scientia trac
tare intendit et circa hoc tria facit. primo re
petit modos quibus ens dicitur. secundo determinat
naturam entis secundum unum modum de quibus principaliter
non intendit ibi quoniam vero multipliciter dicitur ens etc.
tertio ostendit de huius modi entis principaliter non in
tendit ibi quod quidem ut accidens (?) etc. Et
dicit primo quod ens simpliciter id est universaliter dictum
dicitur multipliciter ut in v° est habitum. Uno modo
dicitur ens secundum accidens. alio modo dici
tur idem quod verum propositionis. non ens idem quod
falsum. Tertio modo dicitur ens quod continet
figuras predicamentorum ut quod quid quale
quantum etc. Quarto modo praeter omnes predictos
quod dividitur per potentiam et actum. Deinde
cum dicit quoniam vero multipliciter etc. determinat
de modis entis quos praetermittere intendit
et primo de ente per accidens. secundo de ente quod
est idem quod verum ibi quod autem ut verum etc. circa
primum duo facit. primo dicit quod de ente per accidens
non potest esse aliqua scientia. secundo determinat quasdam
considerationes ibi accidens dicendum est etc. dicit ergo primo
quod cum ens multipliciter dicatur ut dictum est
primo dicendum est de ente per accidens ut quod nullus huius
de ratione entis per considerationem huius
scientie excludatur. Et quod dicendum est ideo quod
nulla speculatio alicuius scientie potest esse circa
ipsum et hoc probat dupliciter primo per signum di
cens signum esse huius quod de ente per accidens
non possit esse speculatio quod nulla scientia
quecumque sit studiosa aut meditativa
ut alia translatio habet. id est distinguitur
in scientia eorum que ad ipsam pertinent non
inveniuntur esse de ente per accidens nec scientia
practica que dicitur factiva et activa
ut supra dictum est nec scientia theorica
et hoc manifestat primo in practicis scientiis. quia
ille qui facit domum non facit ea que sunt
accidentia secundum quod accidunt cum illa sint infi
nita et sic non posset eadem (?) considerare nam
pluribus domum factam est aliquibus voluptuo
sam id est delectabilem scilicet illis qui in ea
prospere vivunt. aliis autem nocivam quia scilicet
occasione domus aliquod detrimentum incurrunt
aliis utilem quia in domo aliquo tempore
lucrum consequuntur et ideo esse aliam et

diuisionem omnibus communibus entibus. nullus autem eorum que per accidens insunt communi scientia est ars edificatiua. Sed solum est scientia communis et eorum que per se insunt communi et deinde ostendit idem in scientiis specialibus quia similiter nec geometer speculatur ea que sunt accidentia figuris idest per accidens sed solum illa que accidunt figuris per se speculatur scilicet hoc quod triangulus habet duos rectos idest tres angulos equales duobus rectis. Sed non speculatur si quid aliud. ut puta ligneum vel aureum. vel quod hic est triangulum et triangulum habet duos rectos. hoc est per accidens conuenit triangulis. Secundo probat idem per rationem ibi. rationabiliter et cetera. dicens quod rationabiliter hoc accidit quod scientie non speculantur de ente per accidens quia scientia speculatur de hiis que sunt entia. Sed ens quod per accidens est ens quasi solo nomine quia ex hoc quod unum de alio predicatur sit utrumque est ens. ideo unum est. ex duobus autem quorum unum accidit alteri non fit unum nisi secundum nomen. puta si unum de alio predicetur ut cum musicum dicitur esse album. aut quod non accidit quod aliqua res una constituatur ex albedine et musica. Quod autem ens per accidens sit quasi solo nomine ens probat dupliciter. primo per auctoritatem platonis ibi. unde plato et cetera. dicens quod quia hoc ens per accidens quodammodo est ens solo nomine ideo plato quodammodo non male fecit cum ordinando diuisiones scientiarum et diuersa subiecta ordinauit scientiam sophisticam esse circa non ens. rationes enim sophisticorum maxime sunt circa accidens. scilicet fallacia accidentis fuit maxime latentes paralogismi. et ideo dicit in libro elenchorum quod per accidens fuerunt sillogismi contra sapientes ut patet in illis paralogismis in quibus dubitatur utrum sit diuersum an idem sit musicum et grammaticum ut si fiat talis paralogismus. coriscus musicus est alter a grammatico. musicum quod est grammaticum grammatico musicum est idem. alter (?) non. ... vnde patet ad grammaticum per se loquendo. Sed musicum est grammaticum per accidens. vnde non est mirum si sophistis incidentibus non distinguendo quod est per accidens ab eo quod est per se et dicitur si sit dictum coriscus est alter a corisco musico. Sed coriscus est coriscus musicus. Ergo coriscus est alter ab ipso. Sed non distinguitur quod est per accidens ab eo quod est per se et similiter si dicatur. omne quod est et non semper fuit factum est. Sed musicus est grammaticus et non semper fuit. Ergo sit musicus factus grammaticus. ergo ens quod est factum quod musicus grammaticus. et nunc adhuc quod est grammaticum esse musicum. Sed vna ad hoc quod est grammaticum esse alia ad hoc quod est musicum esse. patet etiam quod in hac ratione procedit de eo quod est per se. Sic autem assumitur quod est ens per accidens et simile est in omnibus talibus rationibus que sunt per fallaciam accidentis. vnde videtur ens per accidens esse propinquum non enti. Ratio sophistica que est apparens ratio existens est principium esse ens per accidens. Secundo probat idem per rationem ibi. palam autem et cetera. dicens quod etiam ex huius rationibus quibus vtuntur sophiste palam quod ens per accidens est propinquum non enti. illorum enim que sunt entia alio modo quam per accidens est generatio et corruptio. Sed entis per accidens non est generatio neque corruptio. musicum enim vna generatione fit et grammaticum alia. non est autem vna generatio grammatici musici. sicut et animal bipedale ut sic homo risibile. vnde patet quod ens per accidens non vere dicitur ens. Deinde cum dicit. attendendum autem et cetera. declarat de ente per accidens secundum quod est possibile de eo declarare. quamuis in quibus dicit esse per accidens non cadant sub consideratione alicuius scientie cum tamen hoc quod est esse per accidens per aliquam scientiam considerari potest sicut et hoc idem quod est infinitum sit ignotum cum de infinito hoc quod est infinitum aliqua scientia consideratur. Et circa hoc duo facit. primo declarat ea que sunt consideranda circa ens per accidens. Secundo excludit quandam opinionem per quam remouetur ens per accidens ibi. quod autem sint principia et cetera. circa primum duo facit. primo dicit quod est dicendum de ente per accidens inquantum contingit de ipso tractare scilicet que eius natura et que est eius causa et ex hoc erit etiam manifestum quare eius non potest esse scientia. Secundo ibi. quoniam igitur et cetera. prosequitur predicta. dicens quod quia in entibus quedam sunt que semper se habent eodem modo ex necessitate. non quidem que dicitur secundum violentiam. Sed quam dicimus non posse aliter se habere. ut hominem esse animal. quedam vero non sunt ex necessitate nec semper sed sunt ut in magis. hoc est principium et causa huius scilicet entis ut in pluribus est causa et principium quod aliquid sit per accidens. ea enim que sunt semper non possunt esse ad per accidens quia solum quod est per se potest esse necessarium et sempiternum ut in quinto huius dictum est. vnde relinquitur quod solum in contingentibus possit esse ens per accidens. contingens autem quod ad utrumlibet non est causa alicuius. scilicet quod est ad utrumlibet hoc dispositum non est quam ad duo opposita. sicut scilicet quod est ipso. vnde oportet quod causa

quod est ad utrumlibet ut voluntas ad hoc agat
vel neque magis ad unum quam modo ab appe-
tibili et sic fit tamen ut in pluribus. Contingit
autem ut in paucioribus esse eius per accidens causam
contrariam. Unde relinquitur quod causa entis per accidens sit
contingens ut in pluribus quia eius defectus est ut in
paucioribus et hoc est ens per accidens. Secundo ibi. quod ut
est semper et cetera. ostendit rationem entis per accidens dicens ideo
dico quod id quod est in pluribus est causa entis per accidens
quia quod non est semper neque magis hoc dicimus esse per accidens
et hoc est defectus eius quod est in pluribus. id est ut si
fiat yemps. id est tempus pluviosum et frigidum
sub cane. id est in diebus canicularibus hoc dicimus esse per
accidens. Non autem si tunc fiant estuationes. id est sic-
citas et calor. hoc enim est semper ut in pluribus. sed id
non. et similiter dicimus hominem esse album per accidens
quia hoc non est semper nec ut in pluribus. Hominem vero
non dicimus esse animal per accidens quia hoc est semper et simili-
ter edificator facit sanitatem per accidens
quia edificator non est aptus natus facere
sanitatem. sed quia hic solus medicus et edifi-
cator ideo facit sanitatem quia accidit
ei esse medicum et edificatorem. opsopios. id est co-
quinarius. id est contendens facere voluptatem
id est delectationem in cibo faciendo aliquem
cibum bene saporatum facit ad salubre.
Cibus vero bonus et delectabilis quamvis est
valens ad sanitatem sed hoc non est per artem
opsopoeticam. id est pulmentariam quia facit
salubre sed quia facit delectabile et propter hoc
dicimus hoc accidere. Et dico. quod ipsorum quae sunt
ens per accidens per contrarium secundum quod [illegible]. Illo-
rum per contrarium secundum illud sicut album cum homine.
illorum per contrarium secundum illud sicut cum agente sicut edi-
ficator et medicus. [illegible] per contrarium
secundum illud sicut in pluribus salubre et delec-
tabile quamvis autem coquus facit pulmentum dele-
ctabile et hoc sit per accidens salubre. coquus
quod facit quandoque salubre per accidens et quia hoc semper
non facit quia ars operatur per intentionem
unum quod est praeter intentionem artis non fit ab
arte per se loquendo et ideo ens per accidens
quod est praeter intentionem artis non fit ab
arte. aliorum enim entium quae sunt per se sunt
quandoque aliquae potentiae factivae sed entium per accidens
nulla ars nec potentia est determinata factiva.
Eorum enim quae sunt aut fiunt per accidens causa est
tamen per accidens et non determinata. effectus
enim et causa proportionantur ad invicem et ideo

effectus per accidens habet causam per accidens sicut effectus
per se causam per se et quod autem dicitur quod eius ut in
pluribus est causa entis per accidens contra est [illegible]. quoniam
quidem et cetera. ostendit contra quod ipsum sunt eius per ac-
cidens dicens quod quia non omnia ex necessitate et
semper existunt et fiunt. sed plurima sunt per magis. id est
ut in pluribus ideo necesse est esse quod est per accidens quod
nec est semper nec per magis ut hoc quod dico albus
est musicus quia tamen aliquando fit sed non semper
nec ut in pluribus sed quod sit per accidens. Si enim non
fieret aliquando id quod est in paucioribus tunc
id quod est in pluribus nunquam deficeret sed esset
semper et ex necessitate et ita omnia essent sicut
prima et necessaria quod est falsum et quia defectus
eius quod est ut in pluribus est per accidens. quod non
subditur perfecte virtuti agentis ut in pluribus
sequitur quod est causa accidentis aliud quod ut in pluribus
id est accidentis ut in paucioribus causa itaque non
necessaria sed contingens. hoc quod non omnia
sunt necessaria sed aliqua sunt nec semper nec per magis.
principium autem hoc sumere [illegible] quaesitum est
semper vel per magis sed hoc [illegible] esse [illegible] quod causa
id quod est ut in pluribus sit causa entis per accidens
[illegible] esse et id quod est semper et id quod est ut in pluribus
quia quod est per accidens est causa entis per accidens
sed cum id quod est ut in pluribus sit causa
quod est semper nihil esse. quod autem sempiterna
considerandum est posterius. scilicet in xi. ubi ostendit
quaedam substantia esse sempiternas. sic contra primam
questionem quaerit utrum omnia sunt
per accidens per se vel utrum omnia possibilia
et nihil sempiternum. Secundo ibi quod autem
scientia et cetera. ostendit tertium propositum. scilicet quod scientia non
sit de ente per accidens et quod dicit esse
palam ex hoc quod omnis scientia est aut eius quod est
semper aut eius quod est ut in pluribus. Unde cum
ens per accidens nec sit semper nec sit ut
in pluribus de eo non poterit esse scientia. Primam
sic probat. Quomodo enim poterit aliquis doceri ab alio
vel docere alium de eo quod non est semper neque
ut frequenter. hoc enim de quo est doctrina oportet esse
determinatum aut per hoc quod est semper aut per hoc quod est
ut in pluribus. sicut quod melicratum. id est commix-
tio aquae et mellis valens est ut febricitan-
ti. determinatum est ut in pluribus sed quod est praeter
hoc. id est praeter id quod est semper et magis non poterit dici
quando fiat sicut quando fiat in festo neomenia
quia quod determinate fieri in festo neomeniae
vel semper vel ut in pluribus. vel praeter hoc quod dicitur de

nona luna ad exemplum eius scilicet quod determinatur hic et quod addit cum ut in pluribus sit preter dictam causam per accidens quod nec sic necesse verum videtur quod accidens est preter hoc scilicet preter causam quod tenens ut magis et hoc est minor rationis principalis sermonis positi. Ultimus autem epilogando dicit quod dictum est quod est ens per accidens et que est causa eius et quod de eo non potest esse scientia.

Quod autem sunt principia et cause et cetera. Postquam determinavit de ente per accidens hic excludit quandam opinionem per quam tolleretur totum ens per accidens. Quidam enim posuerunt quod quicquid sit in mundo habet aliquam causam per se et talem que libet causa posita necesse est sequi effectum eius unde sequebatur quod per quandam connexionem causarum omnia ex necessitate accidunt et nichil esset per accidens in rebus et ideo hanc opinionem philosophus hic intendit destruere et hoc hic tamen facit. primo enim destruit predictam opinionem. secundo infert quandam conclusionem ex predictis ibi. palam igitur quod usque ad aliquid et cetera. tercio movet quandam questionem que ex predictis oritur ibi. Sed ad principium quale et cetera. dicit igitur primo quod palam sit ex sequentibus quod principia et cause generationis et corruptionis aliquorum sunt generabilia et corruptibilia. id est contingit generari et corrumpi sine sui generatione et corruptione. id est sine hoc quod generatio et corruptio sequatur. Si enim non hoc quod si generatur vel corrumpitur est causa generationis aut corruptionis vel alterius quod posita generatione vel corruptione cause de necessitate sequitur generatio vel corruptio effectus. quia quedam cause sunt agentes ut in pluribus. unde est possibile ad hoc quod impediri effectum per accidens sive propter indispositionem materie vel concursum contrarii agentis vel propter aliud huiusmodi. tamen quod Avicenna probat in sua methaphysica quod nullus effectus est possibilis in comparatione ad suam causam sed solum necessarius. Si enim posita causa possibile est effectum non poni et poni id autem quod est in potentia in quantum huiusmodi reducitur in actum per aliquod ens actu et ita oportebit quod aliquid faciat ex causa sequi effectum in actu. causa igitur illa non erat sufficiens effectus et ideo videtur contra id quod philosophus hic dicit. Sed concedendum quod dictum Avicenne intelligitur de supposito quod nullum impedimentum cause adveniat necesse est enim causa posita sequi effectum nisi sit impedimentum quod tamen quandoque contingit esse per accidens et ideo philosophus dicit quod non est necessarium generationem sequi

Nota quod Avicenna probat quod omnis effectus in comparatione ad suam causam sit necessarius

vel corruptionem positis causis generationis et corruptionis. Si enim hoc non est verum quod dictum est sequeretur quod omnia erunt ex necessitate. Si tamen hoc quod dictum est quod posita causa necesse est effectum poni ponatur et alia positio scilicet quod cuiuslibet quod fit de novo oportet necesse sit esse aliquam causam per se et non per accidens. Ex hiis enim duabus positionibus sequitur omnia de necessitate quod sic probatur. Si enim queratur de aliquo vel sic futurum vel non sequitur ex dictis quod alterum sit de necessitate verum quia si omne quod fit habet causam per se sive factivam qua posita necesse est ipsum fieri. sequitur quod vel illa de qua queritur vel sic futura fiat. Si fit hoc quod posita causa eius et si id non fuit quod non fiat et illius oportet dicere quod ista causa erit futura si aliquid aliud quod est causa eius erit futurum. constat autem quod tempus quantumcumque finitum accipiatur sive post centum annos sive post mille est finitum incipiendo a presenti necesse usque ad aliquod tempus. Cum autem generatio cause precedat tempore generationem effectus oportet quod procedendo ab effectu ad causam auferamus aliquid de tempore futuro et appropinquamus magis ad presens. omne autem finitum consumitur aliquo ablato quodam ab ipso et ita sequitur quod procedendo ab effectu ad causam et iterum ab illa causa ad eius causam et sic deinceps auferemus totum tempus futurum cum sit finitum et ita perveniamus ad ipsum nunc quod dicimus presens in exemplo. Si enim omnis effectus habet aliquam causam per se aliquid de necessitate sequitur oportet quod iste de necessitate moriatur vel per infirmitatem vel per violenciam. Si exeat domum suam. exit enim a domo eius invenitur esse causa eius mortis vel violencie puta si exiens domum inveniat a latronibus et occidatur vel per infirmitatem puta si exiens a domo ex estu incurrit febrem et moriatur et ideo tamen hoc erit ex necessitate scilicet quod exeat domum si sitit. Statim sitis invenitur esse causa ut exeat domum ad hauriendum aquam et procedendo tamen hoc erit de necessitate scilicet quod sitiat si aliquid aliud erit quod est causa sitis et ita sic procedentes de effectu ad causam perveniemus ad quod nunc est vel ad aliquid presens aut in aliquo factorum id est in aliquo preteritorum sicut si dicamus quod sitis erit si comedit nimis salsamenta vel salsa quod faciunt sitim. hoc autem scilicet quod comedat salsa vel non comedat est in presenti et ita sequitur quod futurum predictum scilicet quod iste moriatur vel non moriatur erit ex necessitate. Cum enim

quibus conditionalis vera sit necessaria oportet quod extrema
autem est positum quod sunt existentia ponantur. Hec
hec est vera si sol currit, movetur; posito quod quod e-
rat necessarium erit ipsum moveri dum erit.
Si autem quibus effectus habet causam per se existentem deve-
niatur, sed oportet quod sit conditionalis vera consequentis
est causa et sunt effectus et hec causam que nunc
est presens et effectum qui erat futurus, ut quamvis
sint plurima media, quia utrumque est effectus
vel precedentium et causa vel sequentium, tamen se-
quitur de primo ad ultimum quod conditionalis sit
vera cuius antecedens est presens et sequens est quod futu-
rum. Si hic si comedit salsa occidetur
autem quod iam ponitur existens presens esse, ergo
deveniatur erit quod occidetur et ita omnia
alia futura erunt necessaria quia cause proxime
vel remote sunt presentes. Et sicut non est sicut
procedens ab effectibus ad causas sic etiam
ad causas i. ad preteritum hec est dicendum si reducitur
effectus futuros in aliquam causam preteritum non presen-
tem quod hoc quod est preteritum iam est aliquo mo-
do hoc quod dicitur iam est factum vel preteritum. Hec non
vita cesaris non sit nunc ut in presentia
est tamen ut in preterito. Verum non est dicere cesarem
vixisse et ita non est possibile verum esse ante
dum conditionalis cuius antecedens est tamen preteri-
ta et sequens tamen futurum et sic semper cum omnis
effectus futuri oportet reducere in aliqua
les causas presentes vel preteritas quod omnia futura
existentia eveniant sicut nos dicimus quod
unumquodque fore moriturum est necessarium aliquo
quod sunt deveniatur ad aliquid quod iam factum est
scilicet duo contraria esse in eodem corpore permixto
neque hoc enim conditionalis est vera si aliquod cor-
pus est compositum ex contrariis corrumpetur. Hoc
autem est impossibile quod omnia futura ex necessitate
eveniant quia ista duo sunt impossibilia
scilicet hec sequitur scilicet quod quibus quod fit ha-
bet causam per se et quod omni causa posita neces-
se sit effectum poni quod ex ipsa sequeretur
sic iam dictum est quod quorumdam effectuum futurorum
essent aliqua causa iam posita sive corrum-
pens autem iam sunt aliqua causa posita. Hec quod
iste homo moriatur per infirmitatem vel vio-
lentiam non dum habet aliquam causam positam
existentem de necessitate sequentem. Deinde est dicit
Palam ergo etc. Inducit quandam conclusionem ex
predictis dicens quod existens non quibus quidquid fit
non habet causam per se palam invenit contingentium
effectuum futurorum reductionem in causam per se vadit
usque ad aliquod principium quod quod principium non re-
ducitur ad huiusmodi ad aliquod principium per se
sed ipsum erit quod est casu erit quod ut cuique eve-
nit vel causa casualis et illius cause casualis
non erit aliqua alia causa sicut iam predictum est
quod ens per accidens non habet causam neque generationem
verbi gratia quod iste occidatur a latronibus habet causam
per se quod vulneratur et hoc etiam habet causam per se scilicet quod
a latronibus invenitur. Sed hoc non habet necessariam causam
per accidens sed quod cum iste negotiatum vadat
inter latrones incidat est per accidens ut ex pre-
dictis patet. Unde eius non oportet ponere aliam causam
entis enim per accidens ut supra dictum est non habet
generationem et ita eius generationis causa per se quere-
re non oportet. Deinde cum dicit *Sed ad principium
quale etc.* Movet quandam questionem occasion-
atam ex dictis. Dixit enim supra inmediate quod cause
entium per accidens reducuntur usque ad aliquod
principium cuius non est ponere aliam causam et ideo hoc
inquirit de hac reductione vel anago-
ge quod idem est ad quale principium et ad quale causam
debeat fieri. Id est ad quod genus cause vel principii
scilicet utrum ad aliquod causam primam quod sit tamquam sic-
ut materia aut ad aliquod quod sit causa sicut finis cuius gratia
ad fit aut ad aliquod quod sit causa sicut movens.
Pretermittit autem de causa formali quia quero hoc
de causa generationis rerum que fiunt per accidens
In generatione autem formalis non habet causam nisi per
modum finis. Et forte in generatione incidit
in idem primo. Hanc autem questionem hic motam
non solvit sed supponit eius solutionem ab
eo quod est determinatum in libro Physicorum. Ibi enim
est ostensum quod fortuna et casus qui sunt cause
eorum que fiunt per accidens reducuntur ad genus
cause efficientis. Volens autem concludere
ex premissis quod pretermittendum est loqui de
ente per accidens existens de eo determinatum
est sufficienter secundum id quod de eo determina-
ri potest. Attendendum est autem quod ea que philosophus
hic tradit videntur remouere quedam que
secundum philosophiam ab aliquibus ponuntur scilicet fatum et pro-
videntiam. Videtur enim hic philosophus quod non omnia
que fiunt reducantur in aliquam causam per se
existentem deveniatur sequantur. Aliter sequeretur
quod ei omnia essent ex necessitate et non pauca
esset in rebus. Illi autem qui ponunt fatum dicunt

contingentia quae hic fiunt quae videntur per accidens esse reduci in aliquam virtutem corporis caelestis, ut per virtutem actionum ea quae per se considerata per accidens fieri videntur cum aliquo ordine proveniunt. Et videtur quod ponit providentiam ea quae hic aguntur debent esse ordinata secundum ordinem providentiae. Ex utroque ergo ponere duo videntur sequi quae sunt contraria his quae hic philosophus determinat. Quorum primum est quod in rebus inferioribus nihil sit per accidens nec a fortuna et casu. Quae enim secundum aliquem ordinem procedunt non sunt per accidens, scilicet vel semper vel in maiori parte. Secundum est quod omnia ex necessitate eveniant. Haec enim ex necessitate eveniunt quorum causa vel est praesens vel iam est posita in praeterito, ut supra philosophus praedixit. Eorum autem quae sunt sub providentia vel fato causa est praesens et iam posita est in praeterito, eo quod providentia est immutabilis et aeterna, motus autem caeli est invariabilis. Videtur sequi quod ea quae sunt sub providentia vel fato ex necessitate contingant. Et ita si omnia quae hic aguntur fato et providentia subduntur, sequitur quod omnia ex necessitate proveniant. Videtur ergo quod secundum intentionem philosophi non sit ponere neque providentiam neque fatum. Ad horum autem evidentiam considerandum est quod quanto aliqua causa est altior, tanto eius causalitas ad plura se extendit. Habet enim causa altior proprium causatum altius, quod est communius et in pluribus inventum. Sicut in artificialibus patet quod ars politica, quae est supra militarem, ad totum statum communitatis se extendit. Militaris autem solum ad eos qui in ordine militari continentur. Ordinatio autem quae est in effectibus ex aliqua causa tantum se extendit quantum se extendit illius causae causalitas. Omnis enim causa per se habet determinatos effectus, quos secundum aliquem ordinem producit. Manifestum est igitur quod aliqui effectus relati ad aliquam inferiorem causam nullum ordinem habere videntur, sed per accidens sibi coincidunt, qui si referantur ad superiorem causam communem ordinati inveniuntur, et non per accidens coniuncti, sed ab una per se causa simul producti sunt. Sicut florescentia huius herbae vel illius si referatur ad particularem virtutem quae est in hac planta vel in illa, nullum ordinem habere videtur, immo videtur esse per accidens quod hac herba florente illa floreat. Et hoc ideo quia virtus huius plantae se extendit ad florescentiam huius et non ad florescentiam alterius. Unde est quidem causa quod haec planta floreat, non autem quod simul cum alia. Si autem ad virtutem corporis caelestis, quae est causa generalis, referatur, invenitur hoc non esse per accidens quod hac herba florente illa floreat, sed esse ordinatum ab aliqua prima causa hoc ordinante, quae simul movet utramque herbam ad florescentiam. Invenitur autem in rebus tres gradus causarum. Est enim primo causa incorruptibilis et immutabilis, scilicet divina. Sub hac secundo est causa incorruptibilis sed mutabilis, scilicet corpus caeleste. Sub hac tertio sunt causae corruptibiles et mutabiles. Hae igitur causae in tertio gradu existentes sunt particulares, et ad proprios effectus secundum singulas species determinatae. Ignis enim generat ignem, et homo generat hominem, et planta plantam. Causa autem secundi gradus est quodammodo universalis et quodammodo particularis. Particularis quidem quia se extendit ad aliquod genus entium determinatum, scilicet ad ea quae per motum in esse producuntur. Est enim causa movens et mota. Universalis autem quia non tantum ad unam speciem mobilium se extendit eius causalitas, sed ad omnia quae alterantur et generantur et corrumpuntur. Id enim quod est primo motum oportet esse causam omnium consequentium mobilium. Sed causa primi gradus est simpliciter universalis. Eius enim effectus proprius est esse. Unde quicquid quocumque modo est sub causalitate et ordinatione illius causae continetur. Si igitur ea quae hic contingentia reducantur in causam particularem tantum, inveniuntur multa fieri per accidens. Tum propter concursum duarum causarum quarum una sub alia non continetur, sicut cum praeter intentionem occurrunt mihi latrones. Hic enim occursus causatur ex duplici virtute motiva, scilicet mea et latronum. Tum etiam propter defectum virtutis agentis, cui accidit debilitas, ut non possit pervenire ad finem intentum, sicut cum aliquis cadit in via propter lassitudinem. Tum etiam propter indispositionem materiae, quae non recipit formam intentam ab agente, sed alterius modi, sicut accidit in monstruosis partibus animalium. Sed ista contingentia si ad virtutem caelestem reducantur, multa horum invenientur non esse per accidens, quia causae particulares, etsi non contineantur sub invicem, continentur tamen sub una causa caelesti. Unde concursus earum potest habere aliquam caelestem determinatam causam. Quia etiam virtus corporis caelestis incorruptibilis est et impassibilis, non potest exire aliquis effectus ab ordine causalitatis eius propter

defectum vel debilitatem ipsius virtutis. Sed quod agit
movendo et est tale agens quod requirit materiam deter-
minatam et dispositam, potest contingere quod in rebus
naturalibus virtus caelestis aliquando non consequatur
suum effectum propter materiae indispositionem. Et hoc erit per
accidens. Quamvis igitur multa quae videntur per accidens
reducendo ad causas particulares inveniantur non
esse per accidens reducendo ad causam corpora-
lem universalem, scilicet virtutem caelestem, tamen hac reductio-
ne facta inveniuntur aliqua esse per accidens. Sicut enim
superius est habitum ab Philosopho, agens aliquod
consequitur effectum suum ut in pluribus et non semper, sed
quod deficiat in paucioribus, et hoc per accidens est.
Cum igitur corpora caelestia effectus suos inducunt
in inferiora corpora ut in pluribus et non semper propter materiae
indispositionem, sequitur quod ipsum sit per accidens quod virtus cae-
lestis effectum suum non consequatur. Sic et ex hoc
inveniuntur aliqua per accidens facta reductione
ad corpus caeleste. Et in istis inferioribus sunt
aliqua quae agunt quae possunt per se agere abs-
que impressione corporis caelestis, scilicet animae rationales,
ad quas non pertingit virtus corporis cae-
lestis, cum sint formae corporibus non subiectae,
nisi forte per accidens, inquantum scilicet ex impressione cae-
lestis corporis fit aliqua immutatio in cor-
pore et per accidens in viribus animae quae sunt actus quorun-
dam partium corporis ex quibus anima rationalis
inclinatur ad agendum. Sed nullam necessitatem in-
ducunt, cum habeat liberum dominium super passio-
nes, ut eis dissentiat vel consentiat.
Illa igitur quae in istis inferioribus inveniuntur per
accidens fieri reducendo ad hanc causam, scilicet
animas rationales, prout non sequuntur inclina-
tionem quae est ex impressione caelesti, non
inveniuntur esse facta per reductionem in virtutem
corporis caelestis. Et sic patet quod posito fato quod est quaedam
dispositio inhaerens istis inferioribus ex actione corporis
caelestis, non removetur omne id quod est per accidens.
Sed si ulterius omnia contingentia reducantur
in causam altissimam divinam, nihil inveniri po-
terit quod ab ordine eius exeat, cum eius causali-
tas se extendat ad omnia inquantum sunt entia.
Non potest igitur eius causalitas impediri per indispositio-
nem materiae, quia et ipsa materia et eius dispositiones non
exeunt ab ordine illius agentis, quod
est agens per modum dantis esse, et non solum
per modum moventis et alterantis. Non
enim potest dici quod materia praesupponatur ad esse
sicut praesupponitur ad motum ut eius subiectum, quin
immo est pars essentiae rei. Sicut igitur alteran-
tis et moventis non impeditur actio ex contra-
rio motus aut termino eius, sed ex illo quod praesu-
pponitur, ita virtus dantis esse non impedi-
tur vel aliquo quod adveniat aliorum ad esse rei
exeat. Et patet quod nulla causa agens potest esse in istis
inferioribus quae eius ordini non subdatur. Relin-
quitur igitur quod omnia quae fiunt hic prout ad primam
causam divinam referuntur inveniuntur ordina-
ta et non per accidens existere, licet per comparatio-
nem ad alias causas per accidens esse inveniantur.
Et propter hoc secundum fidem catholicam dicitur quod nihil fit
temere sive fortuito in mundo, et quod omnia
subduntur divinae providentiae. Aristoteles autem hic lo-
quitur de contingentibus quae hic fiunt in ordine ad
causas particulares, sicut per exempla apparet.
Deinde cum dicit restat videre quomodo posito fato et providen-
tia non tollatur a rebus contingentiam, quasi
omnia ex necessitate eveniant. Et de fato quidem
manifestum est per ea quae dicta sunt. Iam enim ostensum est
quod licet corpora caelestia et eorum motus et actio-
nes quantum in ipsis est necessitatem habeant, tamen effectus
eorum in istis inferioribus potest deficere vel propter in-
dispositionem materiae vel propter rationalem animam quae habet liberam e-
lectionem sequendi inclinationes quae sunt ex im-
pressione caelesti vel non sequendi. Et ita re-
linquitur quod huiusmodi effectus non ex necessitate sed contin-
genter proveniant. Non enim posita causa caelesti
est posita talis causa ad quam de necessitate sequatur
effectus [illegible]
alius ut illa tangitur. Sed de providentia
maiorem habet difficultatem. Providentia divina
falli non potest. Haec enim duo sibi opponuntur quod ali-
quid sit provisum et non fiat. Unde videtur quod ex
quo providentia ponitur, quod effectum necesse
sit sequi. Sed sciendum est quod ex eadem causa dependet
effectus et omnia quae sunt per se accidentia illius effectus.
Sicut enim homo est a natura, ita et omnia eius per se
accidentia, ut risibile et mentis disciplinae
susceptibile. Si autem aliqua causa non faciat
hominem simpliciter, sed hominem talem, sicut

contingunt ea que sunt preter intentionem hominis. Sed so-
lum vti eis politicus. non facit hominem
ciuilem: non facit eum virtutis discipline sus-
ceptibilem. Sed vtitur eis preexistentibus inducendo ad
hoc quod homo sit ciuilis. Sic et deus cum eius causa est et
hoc causam ipsum deum. Unde sub diuine proui-
dentie ordinatione ipsum ens cadit et omnia accidentia
entis inquantum est ens inter que est necessarium et contin-
gens. Ad diuinam ergo prouidentiam pertinet pro-
ducere non solum quod faciat hoc ens sed
ut det ei contingentiam vel necessitatem. Secundum quod enim vni-
cuique dare voluit contingentiam vel ne-
cessitatem preparauit ei media causas
de necessitate scilicet vel contingenter inuenientia
quia vnicuiusque effectus secundum quod est sub ordine proui-
dentie necessitatem habet. Ex quo contingit quod
hec conditionalis est vera. Si aliquid est a deo prouisum
hoc erit. Secundum quod autem effectus aliquis consideratur sub ordine
cause proxime sic non omnes effectus sunt necessarii.
sed quidam necessarii et quidam contingentes secundum analo-
giam sue cause. effectus enim in suis naturis
assimilantur causis proximis non autem remotis ad quarum
conditionem pertingere non possunt. Sic ergo patet
quod cum de diuina prouidentia loquimur non est
dicendum solum hoc est prouisum a deo ut sit. sed hoc est
prouisum a deo ut contingenter sit vel ut necessario
sit. Unde non sequitur secundum rationem Aristotilis hic inductam
quod ex quo diuina prouidentia est posita quod omnes
effectus sint necessarii. Sed quod necessarium est effectum
esse contingenter vel necessario. Quod quidem est
singulare in hac causa scilicet in diuina prouidentia.
Reliqua enim cause non constituunt legem
necessitatis et contingentie sed constitu-
ta a superiori causa vtuntur. Unde causalitati
cuiuslibet alterius cause subiacet solum quod eius
effectus sit. quod autem sit necessario vel contingenter
dependet ex causa altiori que est causa entis in-
quantum est ens a qua ordo necessitatis et contin-
gentie in rebus prouenit.

Quod autem ut verum ens et cetera. Postquam de-
terminauit philosophus de ente per accidens
hic determinat de ente quod significat veritatem
propositionis et circa hoc duo facit. Primo determinat
quomodo dicitur hoc ens. Secundo remouet ipsum a
principali intentione huius scientie ibi. Quoniam autem
complexio et cetera. Circa primum tria facit. Primo

ostendit quomodo hoc ens dicitur. Secundo mouet quamdam
questionem ibi. Quomodo autem simul et cetera. Tertio
manifestat quod dixerat ibi. Non enim est falsum et
verum in rebus et cetera. Dicit ergo quod ens quoddam
dicitur quasi verum id est quod nihil aliud significat in propositione
te. Cum enim interrogamus si homo est animal respon-
detur quod est per hoc significatur propositionem premissam esse veram
et eodem modo non ens significat quasi falsum. Cum enim
respondetur non est significatur quod proposita oratio sit falsa. Hoc
ergo ens quod dicitur quasi verum et non ens quod dicitur quasi
falsum consistit circa compositionem et diuisionem. Voces enim
incomplexe nec verum nec falsum significant. sed vo-
ces complexe per affirmationem et negationem. Vocata
enim affirmatio hic dicitur compositio quia significat
predicatum inesse subiecto. Negatio vero dicitur hic diuisio quia
significat predicatum remoueri a subiecto. Et cum vo-
ces signa sint intellectuum similiter dicendum est de
conceptionibus intellectus. Quia ille que sunt simp-
lices non habent veritatem nec falsitatem sed so-
lum ille que sunt complexe per affirmationem vel ne-
gationem. et quia predictum ens et non ens id est verum
et falsum consistit in compositione et diuisione. Ideo simili-
ter consistunt circa partitionem contradictionis. Utraque enim pars
id est contradictionis pertinet ad verum et falsum. Ita quod
altera pars est vera et altera pars est falsa. Cum enim
contradictio ex affirmatione et negatione constitu-
atur. vtraque vero harum ex compositione et diuisione por-
tionum et similiter de se possunt hec. Cum enim sunt con-
iuncta in rerum natura sicut homo et animal. Cum autem sunt
disiuncta ut homo et asinus. Si ergo formentur
de eis due contradictiones. Una extremis coniunctis
ut homo est animal homo non est animal. Alia extremis
disiunctis ut homo est asinus homo non est asinus.
Utriusque contradictionis membra sic se diuidunt ut verum et
falsum. Ita quod verum pro parte sua habet affirmatio-
nem in composito id est in terminis coniunctis. et negationem
in diuiso id est in terminis disiunctis. Hec enim
due sunt vere homo est animal et homo non est asinus.
Sed falsum pro sua parte habet contradictionem predictarum
id est contradictoria earum que cedunt in parte veri
habet enim falsum pro sua parte negationem in coniun-
cto et affirmationem in disiuncto. Hec enim
due sunt false homo non est animal et homo est asinus.
Deinde cum dicit Quomodo autem simul et cetera. Re-
mouet quamdam dubitationem que posset occasiona-
ri ex dictis. Dixerat enim quod verum et falsum

conveniunt in compositione et divisione. Verum quidem va-
rio intellectus autem primo et principaliter. Omnis autem compositio vel divisio plu-
rium. Et ideo posset esse dubium quomodo ista plurima
que componuntur et dividuntur intellectus intelli-
gat utrum scilicet simul aut separatim. Sed dicit
quod hoc pertinet ad alium sermonem scilicet ad librum
de anima. Et quod simul duo dicuntur. Quia non sic
unitatem sicut dicuntur simul esse secundum tempus quae sunt in
uno et eodem instanti et secundum locum quae sunt in
uno et eodem loco. Quia non sequitur conti-
nuationem et continuitatem eorum quae se habent
sicut dicuntur duo homines simul esse secundum locum quia
loca eorum continua et contigua se habentia et secundum
tempus quae se tempore consequuntur. Exponit quae-
stionem motus quae consistit ut sic simul sem-
per intellectus intelligat quae componuntur et
dividuntur quod non intelligit prius et posterius ut aliqua
dicuntur esse simul eo quod consequenter se habent. Sed secundum quod
aliqua dicuntur esse simul ideo quod fit ad unum et
unum inveniuntur sola communis. Sed non intellectus
intelligit hominem et simul unum quod per se
ut sunt duo quidam intelligit ea quae dicuntur
ab compositionibus simplicibus non formatis
ex eis affirmationes vel negationes. Cum autem ex eis
format compositionem vel divisionem intelligit ambo
ut unum id est scilicet ex eis ad unum facit. Sicut
et in partibus est totius intellectus intelligit ut
unum intelligendo ipsum totum. Non enim
intellectus domum intelligendo prius fundamentum
et postea parietem et postea tectum. Sed omnia
ista intelligit simul in quantum ex eis fit unum. Et
sic intelligit praedicatum et subiectum simul in quantum ex
eis fit scilicet affirmatio vel negatio. Deinde cum
dicit non enim est falsum et verum etc. Manifestat
quoddam quod dixerat scilicet quod verum et falsum sit
in compositione et divisione. Et quod probat primo
dum eadem divisione. Non enim quod dicitur verum
quoddam sit in rebus extra animam quoddam sit in anima
tantum. Album enim et nigrum sunt extra animam
secundum rationes horum sunt in anima tantum. Posset aliquis
credere quod verum et falsum sunt in rebus sicut bonum
et malum. Ita quod verum sit quoddam bonum et
falsum sit quoddam malum. Sed non est ita. Sed verum
et falsum sunt in rebus. Bonum enim quoddam perfectio-
nem significat. Falsum non deficientiam. Omnis autem perfectio

in rebus existit ad bonitatem pertinet. Defectus
et privatio ad maliciam. Si ergo hic negat di-
cens quod verum et falsum non sunt in rebus ita quod
verum sit quoddam bonum et falsum sit quoddam ma-
lum. Sed sunt tantum in mente et intellectu. Intellectus autem
habet duas operationes quarum una vocatur indi-
visibilium intelligentia per quam intellectus format sim-
plices conceptiones rerum intelligendo quid est
unaquaeque res. Alia eius operatio est per quam componit
et dividit. Verum autem et falsum et si sint in mente
non tamen est circa illam operationem intellectus qua intellectus
format simplices conceptiones quae quid est res. Et hoc
est quod dicit quod verum et falsum circa simplicia
et quod quid est nec in mente est. Unum relinquitur per
locum a divisione quod cum non est in rebus sit in mente
circa simplicia et quod quid est quod sit circa compositionem et
divisionem mentis primo et principaliter. Et vario
vocis quae significat conceptionem mentalem. Et
ultimus concludit quod quaecumque oportet speculari circa
ens et non ens sic dictum scilicet prout ens
significat verum et non ens falsum et posterius
est scilicet in fine nono et in libro de anima et
in logicalibus. Tota enim logica videtur esse de ente
et non ente sic dicto. Videndum est autem quod cum aliqua
cognitio perficiatur per hoc quod similitudo rei est in cognoscen-
te sicut perfectio rei cognitae consistit in hoc quod
habet talem formam per quam est res talis, ita perfectio
cognitionis consistit in hoc quod habet similitudinem formae
praedictae. Ex hoc autem quod res cognita habet formam quam
debitam dicitur esse bona et ex hoc quod aliquem de-
fectum eius habet dicitur esse mala. Et eodem modo ex
hoc quod cognoscens habet similitudinem rei cognitae
dicitur habere veram cognitionem. Ex hoc vero quod defi-
cit a tali similitudine dicitur falsam cognitio-
nem habere. Sicut ergo bonum et malum designant
perfectiones quae sunt in rebus, ita verum et falsum
designant perfectiones quae sunt cognitionum. Licet autem
in cognitione sensitiva possit esse similitudo
rei cognitae non tamen rationem similitudinis cognoscere
ad sensum pertinet sed solum ad intellectum. Et ideo
licet sensus de sensibili possit esse verus tamen sensus
veritatem non cognoscit sed solum intellectus. Et propter
hoc hic dicitur quod verum et falsum sunt in mente. Intellectus
quod habet apud se similitudinem rei intellectae
secundum quod rationes incomplexorum concipit. Non tamen

ipsi sed ipsam similitudinem dividat sed solum compo-
nit vel dividit. Cum enim intellectus concipit hoc quod
est animal rationale mortale apud quod apud se similitudi-
nem hominis, sed propter hoc cognoscit se habere similitudinem quia
iudicat hominem esse animal rationale mortale, et ideo
in hac sola operatione intellectus est veritas et
falsitas, secundum quam non solum intellectus habet similitudinem rei
intellecte, sed etiam super ipsam similitudinem reflectitur
cognoscendo et diiudicando ipsam. Ex hiis igitur
patet quod veritas non est in rebus, sed solum in mente
et in compositione et divisione. Et si res dicantur aliquando
falsa vel vera, dicto hoc erit in ordine ad aff-
irmationem et negationem. Dicitur enim res falsa, ut
in quinto dictum est, vel quia non est omnino, sicut
dyameter commensurabilis, vel quia est quod non est, sed
nata videri aliud quam sit. Et similiter dicitur falsa
vel quia nata, vel quia assignat alteri quod ei est.
In omnibus enim his manifestum patet quod falsum in rebus vel
in dispositionibus dicitur ratione falsae enunciationis
de ipso. Et similiter patet de vero. Vera enim res dicitur vera quae
habet propriam formam quae ei debetur, et dictio vera
quae vere competit ei cui assignatur. Patet etiam
quod nulla ratio prohibet verum esse quoddam bonum. Sicut enim
intellectus cognoscens accipit ut quaedam res
vera, enim quaedam res dicitur esse bona sua perfe-
ctione, ita intellectus cognoscens sua bonitate
apparet. Et exhibent quod hic dicitur quod verum et
falsum quae sunt obiecta cognitionis sunt in mente; bonum vero
et malum quae sunt obiecta appetitus sunt in rebus, quia sicut
cognitio perficitur per hoc quod res cognita est in cog-
noscente, ita appetitus quilibet perficitur per ordinem
appetentis ad res appetibiles. Secundum
cum dicit quoniam autem complexio etc. excludit
ens verum et ens per accidens a principali inten-
tione huius doctrine, dicens quod compositio et divisio in
quibus est verum et falsum est in mente et non in rebus. In-
venitur siquidem et in rebus aliqua compositio, sed talis
compositio efficit unam rem quam intellectus accipit
ut unum simplici conceptione. Sed illa complexio
vel divisio qua intellectus coniungit vel dividit
sua concepta est tantum in intellectu, non in rebus. Consistit
enim in quadam comparatione duorum conceptorum, sive
illa duo sint idem secundum rem, sive diversa. Utitur enim
intellectus quandoque uno ut duobus componendo formant
sicut cum dicitur homo est homo. Ex quo patet quod compositio talis est
solum in intellectu et non in rebus. Et ideo illud quod est
ita ens sicut verum in tali compositione consistens

est aliud ab hiis quae proprie sunt entia quae sunt res
extra animam, quarum unaquaeque est aut quod quid est, idest substan-
tia, aut quale aut quantum aut aliquid ad aliquid. Complexum quod
mens copulat vel dividit. Et ideo utrumque est
praetermittendum, scilicet et ens per accidens et ens quod significat
verum, quia huius scilicet entis per accidens causa est indetermi-
nata, et ideo non cadit sub arte, ut ostensum
est. Illius vero scilicet entis veri causa est aliqua passio
mentis, scilicet operatio intellectus componentis et dividentis;
et ideo pertinet ad scientiam de intellectu. Et alia
ratio est, quia utrumque, scilicet ens verum et ens per accidens,
sunt circa reliquum genus entis, scilicet circa ens per
se quod est in rebus, et non ostendunt aliquam aliam
naturam entis existentem extra per se entia. Patet
enim quod ens per accidens est ex concursu accidentali entium
extra animam, quorum unumquodque est ens per se, sicut grammaticum (?)
accidit (?) quorum utrumque est in-hominem (?). Hoc sit patet
cum et grammaticum et musicum esse per se; ens quod
verum per se accipitur habet causam determinatam.
Sive intellectus extra compositionem et divisionem facit (?) verum
quod ens praedicamentis continet. Unde si determinetur
sufficienter illud genus entis quod continetur sub
praedicamentis manifestum erit et de ente per accidens
et de ente vero. Et propter hoc haec entia praetermittan-
tur. Sed perscrutande sunt causae et principia ipsius entis
per se dicti inquantum est ens. Ex quibus palam est quod de
eo manifestum in quinto libro ubi dictum est quoniam unum-
quodque tantum nominum dicitur quod ens dicitur multipliciter sicut
inferius prosequetur. Septimum Lectio prima lib. vii

Ens dicitur multipliciter etc. Postquam removit
a principali consideratione huius scientie ens per
accidens et ens quod significat verum, hic in-
cipit determinare de ente per se quod est extra animam,
de quo est principalis consideratio huius scientie. Dividitur autem pars ista
in partes duas. In prima, secundum hoc scientia et de ente determinat secundum quod est
ens et de principiis entis, ut in sexto libro est dictum.
In prima parte determinat de ente. In secunda de
primis principiis entis in xii libro. Secunda ibi quod
et quod vero ens et unum et secundum convertuntur et sub
eadem consideratione cadunt, ut supra ostensum
est. Ideo prima pars dividitur in partes duas. In prima de-
terminat de ente. In secunda determinat et huius quod
sequitur ad unum in decimo libro, unum quoniam multipliciter dicitur
etc. Ens autem per se quod est extra animam dupliciter dividitur
ut in quinto libro est dictum, uno modo per decem
praedicamenta, alio modo per potentiam et actum. Dividitur
igitur prima pars in duas. In prima determinat de ente secundum quod

dicitur per x. predicamenta. Cum secundo determinat de ente secundum quod dicitur per potentiam et actum in ix. libro et de ente vero et falso. postea philosophus dicitur inducat. Cum primo ostendit quod ad determinandum de ente prout in x. predicamenta dicitur oportet determinare de sola substantia. Cum secunda mouet dubia determinare ibi. dicitur quidem ergo si non multiplex et cetera. Circa primum duo facit. primo ostendit quod de substantia est determinandum. Cum secunda ostendit quod de ea sit tractandum ibi vnde quod substantia et cetera. Circa primum duo facit. primo ostendit quod intendentem tractare de ente de sola substantia est tractandum principaliter. Cum secundo per consuetudinem aliorum ibi. et quod olim et nunc et cetera. Cum incedit ergo in prima parte talem rationem ponens.

Illud quod est primum inter entia quod est simpliciter et non secundum quid sufficienter demonstrat naturam entis. sed substantia est huiusmodi. ergo sufficit ad cognoscendum naturam entis determinare de substantia. Circa hoc autem duo facit. primo ostendit quod substantia sit primum ens. Cum secundo ostendit quomodo dicitur primum ibi. multipliciter quidem et cetera. Circa primum duo facit. primo proponit intentum dicens quod ens dicitur multipliciter ut dictum est in v. libro in quo distinguit quotiens dicuntur huiusmodi nomina quia quandoque ens significat quid est et hoc aliquid. i. substantiam. intelligitur essentia substantie per hoc quod substantia prosequitur quod quid duo. Omnes modi substantie reducuntur ut dictum est ibi. Illud non significat qualitatem aut quantitatem aut aliquod horum predicamentorum. et cum ens tot modis dicatur palam est quod inter omnia entia primum est quod quid est. i. quod significat substantiam. Cum secundo ibi quando quidem dicimus quale et cetera probat propositum et dicit quod ratione quod est per se et simpliciter unumquodque genus est prius eo quod est per aliud et secundum quid. Sed substantia est ens simpliciter et per se. reliqua omnia autem genera a substantia sunt entia secundum quid et per substantiam. ergo substantia est prima inter alia entia. Minorem autem dupliciter manifestat. primo ex usu loquendi siue predicandi dicens quod ex hoc palam est quod substantia sit primum entium quia cum dicimus de aliquo quale quid sic dicimus ipsum esse aut bonum aut malum. hic. n. significat qualitatem quod ad est aliqua. et quantitatem. tricubitum quod signat quantitatem. et homo significat substantiam. et ideo cum dicimus quale est non dicimus ipsum esse tricubitum nec hominem. Sed cum dicimus quid est de aliquo non dicimus ipsum esse album nec calidum quod significat qualitatem nec tricubitum quod signat quantitatem. Sed hominem aut deum

quod significat substantiam. ex quo patet quod illa que significant substantiam dicuntur quid est ad absolute que autem predicantur qualitatem non dicitur quid est immo dicuntur quale predicatur absolute sed quale quod et sic est in qualitate et in aliis generibus. et ex hoc patet quod nisi substantia dicitur ens ratione sui ipsius. et absolute significat substantiam significat quid est. Sed alia non dicuntur entia nisi quia ipsa habeant secundum se aliquam quiditatem. quia secundum se entia tamen non ita dicuntur absolute quid est sed eo quod sunt talis entis. i. eo quod habent aliquam habitudinem ad substantiam que est per se ens quia absolute significat quiditatem. Sicut. s. quantitates talis entis. s. substantie. et qualitates quedam et alia passiones. vel aliquid aliud tale significatur per aliquod genus. Cum secundo ibi. unde et utique dubitabit aliquis et cetera. probat idem per quoddam significatum quia. n. alia entia non sunt entia nisi per hoc quod referuntur ad substantiam. ideo potest esse dubium de aliis entibus in abstracto significatis quomodo non significantur cum aliqua habitudine ad substantiam utrum sint entia vel non entia. sicut utrum videre et sanare et sedere et unumquodque illorum in abstracto significatorum sit ens aut non est. et similiter est in aliis talibus que in abstracto significantur sive significatione per modum accidentis ut potentia sive non ut albedo. vel in concreto. Cum secundo quod videntur accidentia in abstracto significata esse non entia. quia nullum eorum est aptum natum per se esse. immo esse illorum est esse in alio. et non est possibile aliquid eorum separari a substantia. et ideo quando significantur in abstracto quasi sint per se entia et a substantia separata videtur quod sint non entia. Sed modus significandi determinatus non est conformis ipsius rei modo essendi. res. s. mediante intellectu intelligendi quia intellectus res et similitudines rerum et voces quibus intellectum ut dicitur in primo peryarmenias. Sed quia modus accidentium non sit ut per se sint sed solum ut insint. intellectus tamen potest ea per se intelligere cum sit natus dividere ea que secundum naturam coniuncta sunt et ideo nomina abstracta accidentium significant entia quasi per se subsistentia. Sed non significent ea per modum inherentium. Cum autem significata per huiusmodi nomina non sint ita sed non inherent rei et quia illa in abstracto significata videntur non entia. magis videntur entia nomina accidentium concreta. magis. n. videtur quod currens quod esse vel dicens

et sedens et sanans quia determinatur eis aliquo modo substantia
per ipsam nominis significationem in quantum significatur
in connotatione ad substantiam. hec autem substantia est substantia et ideo v-
numquodque talium nominum que significant accidens in
concreto apparet in tali cathegoria. verbi gratia in
parte predicamenti. sive non ita quod predicamentum
sive sit per se significativus talium nominum. album enim
ut in predicamento dicitur quandam qualitatem significat. sed
in quantum huiusmodi nomina significant accidentia ut in hoc en-
tia sive bonum quod autem sedens non dicunt substantiam
sine illa. sine substantia significantur. unde accidens in concreto sive
et accidentia non videntur entia per se ut per se si-
gnificantur. sed solum prout significantur in connotatione ad
substantiam palam est quod singula aliorum entium sunt
entia propter substantiam. et ex hoc ulterius apparet
quod substantia est primum ens et est ens simpliciter et
non ens secundum quid id est per aliud sicut est in accidentibus
esse enim album non est simpliciter esse sed esse secundum quid
quod ex hoc patet quia cum incipit esse album non dicimus
quod incipiat esse simpliciter. sed quod incipiat esse
album. cum vero incipit esse homo dicimus sim-
pliciter quod incipit esse. unde patet quod esse hominem
significat esse simpliciter. esse autem album significat esse
quid. Deinde cum dicit Multipliciter quidem ergo
etc. ostendit quomodo substantia dicatur primum et dicit quod
hoc quia dupliciter primum dicitur ut dictum est in quin-
to libro et hec ideo. Dicit ergo quod omnibus modis substantia est prima
inter omnia entia secundum rationem et secundum cognitionem et secundum diff-
initionem et secundum tempus. et quod sit prima tempore al-
iis ex hoc probatur quia nullum aliorum predica-
mentorum est separabile a substantia. sola autem substantia
est separabilis ab aliis. nullum enim accidens in-
venitur sine substantia. quedam autem substantia invenitur sine
accidente et sic patet quod non quecumque est substantia est accidens
quod ergo et ideo substantia est prior tempore. et quod sit prior
secundum diffinitionem patet quia in diffinitione cuiuslibet acci-
dentis necesse est ponere diffinitionem substantie. sicut enim in
diffinitione simi ponitur nasus ita in diffinitione
cuiuslibet accidentis ponitur proprium eius subiectum. et
ideo sicut animal est prius diffinitione quam homo quia
diffinitio animalis ponitur in diffinitione hominis. eadem
ratione substantia est prior diffinitione accidentibus.
Quod autem sit prior ordine cognitionis patet. illud
enim est prius secundum cognitionem quod est magis notum et
quod magis manifestat rem. res autem unaqueque
magis noscitur quando scitur eius substantia quam quando
scitur eius quantitas aut qualitas. tunc enim pu-
tamus nos maxime scire singula quando cog-
noscimus quid est homo aut ignis. magis quam

quando cognoscimus quale est aut quantum aut ubi aut
secundum aliquod aliorum predicamentorum. quare et de ipsis que
sunt in predicamentis accidentium tunc scimus sin-
gula quando de unoquoque scimus quid est. sicut quando
scimus quid est ipsum quale scimus qualitatem
et quando scimus quid est ipsum continuum scimus con-
tinuitatem. sicut enim alia predicamenta non habent esse
nisi per hoc quod insunt substantie ita non habent cognos-
ci nisi in quantum participant aliquid de modo co-
gnitionis substantie quod est cognoscere quid est. Deinde
cum dicit Et quod olim etc. ostendit
idem scilicet quod de substantia est agendum ex consuetudine ali-
orum philosophorum dicens quod cum sit questio et du-
bitatio apud philosophos et olim et nunc et semper ad fu-
turum et nunc ad presens quid est ens. hoc in nichil aliud
est querere et dubitare quam quid est substantia rerum. hoc
enim ens scilicet substantiam quidam dixerunt esse unum ut in-
mobile sicut Parmenides et Melissus. quidam mo-
bile sicut antiqui naturales ponentes unum tantum ma-
teriale principium rerum. solam quia materiam putabant
esse substantiam. et sic patet quod cum ponerent unum ens
per unum materiale principium per unum ens intel-
ligebant unam substantiam. et quidam non posuerunt
plura entia quam unum. quidam scilicet posuerunt plura prin-
cipia materialia et per consequens plures rerum substantias quorum
quidam posuerunt eam finitam ut Empedocles. quattuor
scilicet elementa. quidam vero infinita ut Anaxagoras infinitas
partes consimiles et Democritus infinita indivisibilia
corpora. unde sic alii philosophi tractantes de entibus
attendebant ad solas substantias. et nobis ergo spe-
culandum est sic de ente id est de substantia quid ipsa
sit et hoc in quantum maxime quia de hac prin-
cipaliter intendimus et primum quia per eam alia
cognoscuntur. et solum ut est dicere quia de substantia
sola determinando de omnibus aliis notum fa-
cit. et ita quodammodo solum de substantia determinat
et quodammodo non solum. hoc autem significat cum
dicit ut est dicere. velut ita dicatur. quod consuevi-
mus dicere in hiis que non usquequaque sunt vera.
Deinde cum dicit Videtur autem substantia etc. ostendit quid
determinandum sit de substantia. et circa hoc duo facit.
Primo ponit opiniones aliorum de substantia. secundo
dicit quod de earum veritate est inquirendum ibi Debet
igitur etc. circa primum duo facit. primo ponit
quid sit manifestum esse substantias dicens quod esse
substantiam manifestissime inest corporibus.
unde animalia et plante et partes eorum dicimus
esse substantias et etiam alia naturalia corpora ut ignem et a-
quam et terram et talium singula id est talia elementa

ria corpora sicut aerem et vaporem secundum opinionem antiqui. vel aliqua media secundum opinionem aliquorum et huiusmodi omnes partes elementorum et etiam corpora quae sunt composita ex eis vel ex quibus partibus elementorum sicut particularia corpora mixta. animalia ex omnibus elementis vel totus sicut ipsa sphaera activorum et passivorum et sicut et celum quod est et quoddam corpus naturale. preter ea dicunt esse substantiam et partes eius ut astra et luna et sol. Sed utrum hee sensibiles sole sint substantie quod secundum quod ponebant antiqui naturales. vel et sint aliquae alie substantie tamen istis sicut ponebant platonici. vel et iste non sint substantie sed solum sint que substantie ab istis perscrutandum est. Secundo ibi videntur quidem et etiam recitat opiniones philosophorum de substantiis non manifestis dicens quod quibusdam videtur quod termini corporis sicut rerum substantie ut scilicet superficies et linea et punctum et unitas sint magis substantie quam corpus et solidum. et hec opinio dicitur quod quidam mathematicam naturam corporum terminorum opinabantur esse separata a sensibilibus scilicet pictagorici. Alii vero ponebant quaedam entia sempiterna a sensibilibus separata quae sunt plura et magis entia quam sensibilia sicut incorruptibilia et immobilia. hec autem corruptibilia et mobilia plura secundum quod sensibilia sunt unius ordinis tantum. separata vero duorum nam platonici ponunt duas substantias separatas. scilicet duos ordines substantiarum separatarum scilicet species id est ydeas et mathematica et tertium ordinem ponunt substantiam corporum sensibilium. Sed Speusippus qui fuit sororis platonis et ex sorore nepos posuit plures ordines substantiarum et incohoatur et incohoavit ab uno quod ponebat esse principium istorum ordinum substantiarum. Unde ad quod ponebat unum esse principium numerorum. aliud ponebat principium substantiarum post species. aliud autem magnitudinum quae ponebat esse secundam substantiam et deinde ponebat substantiam anime et hoc modo protendebat ordinem substantiarum usque ad corruptibilia corpora. Sed quidam dicebant a platone et ipse quod non distinguebant inter species et primum ordinem mathematicorum quae et numeros dicebant. scilicet species et numeros habere eandem naturam et omnia alia esse habita. id est consequentia ad numeros scilicet lineam et superficiem usque ad primam substantiam celi et alia sensibilia quae sunt in ultimo ordine. Deinde cum dicit Perscrutandum igitur etc ostendit quod circa predicta sit dicendum dicens quod dicendum est quid de predictis dicitur bene aut non bene et que sunt substantie et utrum preter mathematica et species sint aliquae preter sensibiles. aut non et utrum substantie sint preter sensibiles quo modo contendi habeant. Et si utrum non sint preter sensibiles utrum vero aliqua alia substantia separabilis et quare et quomodo. aut nulla est substantia preter sensibiles. hoc autem determinabit in xii. huius et in xiii. Sed tamen aliqua quae hic determinentur oportet primo ponere et describere quid sit substantia in istis sensibilibus in quibus substantia manifeste invenitur quod quod facit in hoc vii. et in viii. sequenti. Lectio ii

Dicitur autem substantia si non multipliciter 4 tamen. Postquam ostendit quod principalis intentio huius scientie est considerare de substantia. hic incipit de substantia determinare. et dividitur hec pars in duas. In prima determinat modum vel ordinem tractandi vel determinandi de substantia. In secunda prosequitur tractatum suum ibi: Dicitur quidem de eo loquitur etc. Circa primum tria facit. Primo ostendit ordinem tractandi de substantia. Secundo dicit quod substantiarum partes et docendo de quibus prius primo et principaliter est determinandum et quibus postremo de pluribus considerandum. Primo dicit quod substantia dicitur multipliciter et sub divisiones quas ponit de substantia incipit ibi: Tale vero modo quidam etc. Tertia incipit in consequenti cum dicit. Dicit ergo primo quod substantia ad minus dicitur maxime de quattuor modis si non dicatur multipliciter. id est pluribus modis. Quattuor dico. pluribus modis quibus aliqui substantiam nominant ut patet ex dictis. terminos corporis esse substantias quidem modo hic pertinet. Quorum primus modus est prout quod quid erat esse vel quidditas vel essentia sive natura rei dicitur eius substantia. Secundus modus est prout universale dicitur substantia secundum opinionem ponentium ydeas species que sunt universalia de singularibus predicata. Et harum particularium rerum. Tertius modus est secundum quod genus videtur esse substantia universalis et propter hunc modum ponebant unum et ens esse substantias rerum omnium tamquam prima omnium genera. Quartus modus est secundum quod subiectum id est substantia particularis dicitur esse substantia. Subiectum autem dicitur de quo alia dicuntur vel sic predicantur ut genera et species. Et differentie vel sicut accidentis predicatur de substantia. Et etiam accidentia quod ipsa subiecta sicut de sorte predicatur homo et animal rationale visibile et album. ipsum autem substantiam non predicatur de alio quod est intellectum proprie particularis. id est individui pluribus sed de alio predicari. vel de animali vel de homine quod idem est in certo

albu aut alr au ho sor e dele ho aute p p
senti dr sor e sor p a q s m h dr h q
i p dicatis noiat ita f gxh q ead disso
ait deso x ubi deista f vii gcludit q
dem determinatiuo p m determinand e de
h i deso de ista p m q q ple s m
max ut ista ge vii i p dicati dr q tur
sta e ppe x prio x max dr h n f se oibz
aut sstant s spebz x gnibz x actibz
x h x no hnt n rone p mar s ba hic
n e alb ig h hic albus e vn pz q he ead
e dio ste h p ta cu mag q po i p dicami
tis. Nam pbm iellig h ista p q a
dpit gnatis x ule q inde ad spe pti
ne gtinet us s t scdit h a q qd erit
h potuit hibi p emtat q no cadit i p di
camitoy ordine u sic prio uz n e spe
uz gen uz indiuidui s hoy oni s le
pri Deinde cu dicit Tale u m q da x e
s o dit q rtu mod p mulse diois h s
q dixrat s m x et h ta facit p naq
9ll potuit diom p pat ptes diois adi
inice ubi q r sl spe x t C p mo dicit p
tibz dionis sit aglid ubi actu q a q ut
exduabz x e d s p q s m q e p ista p
ticlar ipta dicit s in x s m x igs
gxeit q qd dio no e gnis isper sic aute
analogice p dicati q de h q libro gta
ne p prius x posterius p dicatr ta n gp ho
q m q fora p ti dr s no eod ordie
x io posterius inqrz qd hoy p prius sit
ista exitat a h inb iartificialibz in
qbz ei e ut m figura a ut for spe x
dat spm statua au gpontu exhiit
q qd exsitatio no e accipienda p intra
te s f silitudine p portois figre n x
aut for artificiales no st s z s actu
ca q dam h q h m se ht figra ad eas
i artificialibz sic for s al ad m i na
libz piando vtit h exo ut decuret
ignota p manifsta Deinde cu dicit qr
si spe x e gpat ptes diois p mulse
ad iuice x et h ta facit p o q for
si magis q ista q gpositu p o o q m
sit max sta q erit opioins q da
ubi x ad h m sta sit x t C o o q ta
for q gpositu erit magis ista q m
ubi gz inpo le x e dicit g p q spes

x for e por m m n e ens ipo x spe e actus eo
actus a e n a p por po x simr io q ndo por
tio q po no mo ad actum n ens actu s
i uno x eod q q a e ipo q nq z i actu po tpe
pcedat actu vn pz q for e por q m x i
e mag ens q ipa q z p q vniqz id mag
m a n sit ens actu n p s m vn oz q for
sit mag ens q m Et gxh ultimis se q
ead rone for sit por gpo exntis iq m igpo
e ad dem x ita pticipat ad de eo q e
prius s natura s dem x ita pz q m x
for st prius gpo prius a aute st ea pora x ita
si for e por m erit por gpo x q posis
aute indi q gxq phs posuit ois mos gxqbz
dr ista q h sufficeret ad sci qd e ista io se
uigit q nunc dem e qd sit ista soluz itypo
Dem e n solu i vn q ista e id q n dr ipo
s deq dm ana s oz no solu ita cognoscere
s m x canal rei s p dicio m vlem x loy
h n n e sufficient ad cognoscend natura rei
q x h ipm q assignat p dicone tali e ima
m sim Non n ihi dicone tangit pria rei
gxqbz cognito rei depndz s tangit aliq
q sic gdito rei p q tal notificatio Deinde
inde cu d r adlf m x e o q m max sit
sta x et h duo facit p o ponit rom antiq
p q ponebant materia max x solu ee s bam
So notificat qd sit m ibi Dico a m q s
ele x e dicit g p q no solu for e ista x
gpositu s e x m sit ista p rom p dcim s
n ipa m no sit sta fugit a nobis q sit
aut sta pe materia q si moueretur a reb
senlibz i qbz manife e sba aut q planu e n
ee s bam n remanz ut vn n materia sb
ictas n corpibz senlibz q oni gsitent ee
sbat q da ut sic corpu passiones ut cand x
frigid x hi de qbz manifm e q no st s be
st n ieis q da factiones i gnones x
corrupcones x mot deqbz x planu e q
n st sbe s q da ieis x po q s pria p d
toy scdm x motu s p q st inebz
ad agend x paciend x hais x pz no ee
sbat s mag potuit igne gtinuis x post
oia ista inemiret i corpibz senlibz dimissio
nes s longitudo x latitudo x pfunditas
q st gtitates q da x no s be qtitas n ma
m sim e q no e sba s id cui p dcte dimsi
ones ins ut pria s m cor e sba s remo

utrum divisionibus nichil videtur remanere nisi substantia
earum que est determinata et diametrum per has divisiones
licet autem est materia quantitas scilicet distantia vel nunc esse
nisi cum tantum non dicant ad recipiendum dimensiones sensibiles
in divisibilibus suis partibus non per hanc considerationem et ideo philosophi
considerationem viam necessariam esse non solum quod materia sit
substantia sed quod ipsa sola sit substantia. deceptio autem antiqui
qui prius hanc rationem inducentes ignorabant formam
substantialem. non enim adhuc tamen perfecti sunt ut intellectus
eorum se elevarent ad aliud quod est ens secundum se
formaliter et ideo illas formas tamen consideraverunt que sunt secundum
formaliter ipsa essentia. hoc autem manifestum est esse accidentia
ut album et nigrum magnum et parvum et huiusmodi.
forma autem substantialis non est sensibilis non perceperunt et ideo ad
eius cognitionem non pervenerunt ut scirent ipsam
animam distinguere. sed totum substantiam quod nos ponimus
ex materia et forma compositum ipsi dicebant esse primam
materiam ut aerem aut aquam aut aliud huiusmodi. formam
autem dicebant esse quod nos dicimus accidentia ut
quantitates et qualitates et substantiam perfectam
non est materia prima. sed substantia composita que est substantia in actu. omne
enim autem ens hoc est quod est substantie sicut hoc unum
est. Deinde cum dicit. Dico quod materia et cetera. Ergo
ratio predicta ostendit solam materiam esse substantiam. ut
processisse existimando materiam ut demum est. Secundo
quoniam ostendit quod sit materia secundum rei veritatem per ea
declarat que est ipse philosophorum. scilicet. Iste non potest
sufficienter cognosci nisi per motum et eius investigatio
pertinet ad naturalem pertinet.
unde et philosophus accipit hic dicens quod in physicis
est investigatam dicitur. dico autem materiam esse que
per se scilicet secundum suam essentiam consideratam nullatenus est
neque quid scilicet neque substantia neque quantitas neque aliud aliquid
eorum generum. quibus ens determinatur sive
dividitur et hoc precipue apparet ex motu
omnium. scilicet secundum transmutationis et motus accidentalis
esse per se loquendo ab uno contrario ad aliud motus
ut probatum est in physicorum. unde cum materia
sit primum subiectum substans non solum motibus
qui sunt secundum quantitatem et qualitatem et alia
accidentia sed cum transmutationibus que sunt secundum
substantiam oportet quod materia sit alia secundum suam essentiam
ab omnibus formis substantialibus et earum privationibus
que sunt termini generationis et corruptionis
non solum quod sit alia ad quantitate et qualitate
et aliis accidentibus. aliud non divisionem materie

ab omnibus formis non probat hic philosophus per viam
motus quia quod per hoc est per viam naturalem physice. sed per
viam predicationis que est propria logice quam in isto
libro dicit et assumit hic sicut. Dicit ergo quod oportet
aliquid esse de quo omnia predicta predicentur. ita tamen
quod sit diversum esse illius de quo predicantur et
unicuique eorum que de ipso predicantur. scilicet diversa
quidditas et essentia. Sciendum est autem quod hic dicitur non potest in-
telligi de univoca predicatione secundum quam genera
predicantur de speciebus in quibus diffinitionibus ponuntur quod
non est aliud per essentiam aliud et homo. sed oportet hic intelligi de no-
minativa predicatione sicut est album predicatur de
homine. alia scilicet est quidditas albi et hominis. unde
etiam subiungit quod alia genera hic numero predicantur de substantia
sed denominative substantia vero predicatur de materia. Non est intelligendum
autem quod unum actu existens de quo hic loquimur
de materia predicari predicatione denominativa. sed
quod est per essentiam. Ita scilicet considerat quod materia non est quid uno
ad alteram. sed melius est hic denominativa per
dicatione per modum accidentia de substantia predi-
cantur. sicut scilicet hec est vera homo est album. non autem homo est
albedo. vel humanitas est albedo. Ita hec est
vera hic materia est homo non autem hic materia est homo. vel materia
est humanitas. Ita quod concretiva predicatio seu
denominativa ostendit quod sicut substantia est ad predicamentum ab
accidentibus. Ita materia est ad predicamentum a formis
substantialibus. quare sequitur quod id quod est ultimum subiectum
per se loquendo neque est quid scilicet substantia neque quantitas
neque aliud aliquid quod sit in aliquo genere entium neque etiam
negationes possunt per se predicari de materia. sicut. scilicet
formas sunt preter essentiam materie et ita quodammodo se habent
ad ipsam materiam per accidens. ita et negationes forma-
rum que sunt ipse privationes per accidens insunt mate-
rie. scilicet per se intelligimus materiam formas non
poterit recipi salvata materia. hoc autem dicit philosophus
ad removendum opinionem platonis qui non distingue-
bat inter privationem et materiam ut dicitur in primo physicorum. hec est
conclusio finalis quod considerantibus ex predictis
rationibus accidit materiam et maxime solam esse sub-
stantiam nec prius inducta ratio concludebat
Deinde cum dicit impossibile est et cetera ostendit quod tantum hec con-
clusio dicitur quod impossibile est solam materiam
monstrandum passiones de subiectis ex consideratione
quod quid est. ita intellectus procedit ad operandum ex spe
cie artificiati que est quod quid est ut dictum est.
Deinde cum dicit similiter namque habent etc. manifestat
quod dixerat de artificialibus in rebus naturalibus di
cens quod similiter se habent ea que naturaliter consistunt. sicut naturalia
habent que fiunt per artem. sperma enim operatur ad genera
tionem sicut contingit in hiis que fiunt ab arte. sicut enim
artifex non est actu domus nec habet formam que sit
domus actu sed potentia. Ita sperma non est animal actu
nec habet animam que est species animalis actu. sed potentia tamen. est
enim in se virtutem formativam que hic movet comparatur
ad virtutem conceptam sicut comparatur forma domus in mente
artificis ad lapides et ligna. nisi quod forma ar
tis est omnino extrinseca a lapidibus et lignis.
Virtus autem spermatis est intrinseca. quam ex generatio aliquis
ex spermate non sit a spermate sicut ab univoco
quia sperma non est animal. id cum a quo est sperma est aliquid
univocum. et quod fit ex spermate. Nam sperma fit
ab animali. et hec est similitudo inter generationem naturalem
et generationem artificialem quia non oportet quod forma domus
in mente artificis sit a domo. sed quandoque hoc acci
dat ut cum ad exemplar unius domus facit
aliam. sed sic oportet quod sperma fit ab alio. Exponit
autem quod dixerat aliquid univocum quia non oportet in omni
generatione naturali esse omnimodam univocationem sicut
cum dicitur quod homo fit ex homine. sic enim femina ex
viro sicut ex agente. unde et mulus non fit
ex mulo sed ex equo vel asino in quo tamen est aliqua
similitudo ut supra dixerat. Et quod dixit quod a quo est sperma
oportet esse aliquid univocum. subiungit intelligendum esse
si non fuerit orbatio. id est si non fuerit defectus naturalis
virtutis in semine. tunc enim degenerat in id quod non est
simile generanti sicut patet in monstruosis partubus et sic
illic. id est in rebus artificialibus aliqua fiunt non so
lum a parte. sed a casu quando nichil potest moveri a se
ipso eo motu quo movetur ab arte. quando non non
potest hoc modo moveri. tunc non potest id quod fit ab arte
ab alio fieri quam ab arte ita et hic possunt aliqua

fieri a casu et sine spermate. Illa quorum materia huiusmodi est ut possit
moveri a se ipsa eo motu quo movet sperma id est ad
generationem valet. Sicut patet in hiis que generantur ex putre-
factione quia quo dicuntur esse a casu et quo non sicut
expositum est. Illa vero quorum materia non potest moveri a
se ipsa eo motu quo movet sperma, impossibile est fieri
aliter quam ex propriis seminibus, sicut patet de homine et equo
et aliis perfectis. Patet autem ex hiis que hic dicuntur quod licet
omnia animalia possint generari et ex semine et ex sine semine
ut Avicenna posuit, tamen nulla generantur utroque
modo ut posuit Averroys. Est autem advertendum quod
per ea que hic dicuntur solvuntur solum dubitationes
illorum qui ponebant formas in istis generatis non
esse a generantibus naturalibus sed a formis que sunt sine
materia. Hii enim maxime coacti sunt ponere propter animalia genera-
ta ex putrefactione, quia forte non videntur procedere
ab aliquibus similibus secundum speciem, ut videtur accidere in aliis; et
que generantur ex semine, unde anima generationis
que in semine est non est anima ut ex hiis possit anima
sequi in animali generato. Ad hunc autem magis procedunt
quod in inferioribus istis non inveniunt aliquod principium
activum ad generationem nisi calidum et frigidum que sunt forte
accidentales et sic non videtur quod per ea possint
produci forme substantiales. Nisi videatur quod ratio philosophi quam contra
posuit qui ponebant exemplaria teneat in omnibus
ut scilicet ad similitudinem speciei in generatis sufficiat
forme generantium. Sed omnes hee dubitationes solvuntur
unde plenius autem si diligenter inspiciatur. Dicendum enim
similiter quod virtus activa que est in spermate et si non sit
anima in actu est tamen anima in virtute, sicut forma
domus in anima non est domus actu sed virtute
unde sicut forma domus que est in arte potest facere formam do-
mus in materia, ita quod ex virtute seminis potest fieri anima com-
pleta preter intellectum qui est ab extrinseco ut dicitur
in xvi de animalibus. Et ad hunc amplius [illegible]
que est in semine est ab anima perfecta cuius virtute agit.
Media enim principia agunt in virtute primorum.
In hiis vero que generantur ex putrefactione principium in materia
aliquod principium simile virtuti active que est in spermate
ex qua causatur anima in talibus animalibus et sicut virtus
que est in spermate est ab anima completa animalis et anima-
te celestis corporis, ita virtus que est in materia putre-
facta generativa animalis est a solo corpore celesti in quo
est virtute omnes forme generate sicut in principio
activo. Qualitates enim active licet sint accidentales
non tamen agunt solum in virtute propria sed in virtute fo-
rmarum substantialium ad quas se habent sicut instrumenta, sicut
dicitur in secundo de anima quod calor ignis est ut instrumentum anime
nutritive. Deinde cum dicit Non solum autem
de substantia etc. Manifestat etiam quod potest ex predi-
ctis esse dubium probari, scilicet quod forme non generantur

sed compositum. Posset enim aliquis dubitare utrum hic sermo
sit uniformis substantialibus an et in accidentalibus, cuius
dubitationem hic satisfacere intendit. Unde duo
facit. Primo ostendit quod hic est sermo in utroque dicens quod
posita non solum ostendit speciem id est formam non fieri de substantia
vel predicamento substantie. Sed communis est sermo de omnibus
primis id est predicamentis, sicut de quanto et quantitate et
aliis predicamentis. Fit enim ut enea sphera id est quod est
compositum ut enea sphera. Sed non fit sphera id est id quod habet
se per modum nature et quod se habet per modum materie et sic fit sphera for
aliquando in loquendo non fit per se sed fit ex aere quia
semper oportet preexistere ad generationem materiam et speciem. Ut quando
omne fit est id quod est ut enea sphera scilicet compositum
fit et inquid hic est in predicamento substantie et in qualitate
et in quanto et in aliis similiter predicamentis. Non enim fit
quale id est species qualitatis sed hoc totum quod est quale lignum vel
fit quantum id est ipsa quantitas sed lignum quantum aut
animal quantum. Ideo ibi Sed proprium substantie etc. Ostendit quod differt
tertia inter substantiam et accidentia dicens quod hic oportet acci-
pere ut proprium substantie per comparationem ad accidentia quod quam
substantia generatur necesse est preexistere semper alteram substantiam
que faciat generationem, sicut si animal generatur oportet quod preex-
istat animal generans in actu quod generatur ex semine. Sed
in qualitate et quantitate et in aliis accidentibus non oportet quod
preexistat quale aut quantum actu sed solum in potentia, quod
est in materia principium et licet motores principium accidentium
sit non potest esse nisi substantia, sed principium activum accidentis
cum potest esse non accidens sed substantia.

Lectio viii

Cum vero diffinitio ratio est etc. Postquam ostendit quid erat
quod quid erat esse et quorum est et quo se habet
ad ea quorum est et quod non oportet ponere quidditates rerum
separatas propter generationem, hic intendit ostendere ex
quibus constituatur quod quid erat esse et diffinitio propter
duas. Primo ostendit ex quibus quod quid erat esse consti-
tuatur. Secundo ostendit quomodo ex eis fiat unum, ibi Nunc
autem dicamus primum etc. Prima autem pars dividitur in duas.
Primo movet dubitationem. Secundo solvit eam ibi Aut
multipliciter dicitur pars etc. Prima pars dividitur in duas scilicet duas
dubitationes quarum ad idem tamen pertinentes ibi
Amplius autem si priores et partes etc. Dicit ergo primo
quod omnis diffinitio est quedam ratio id est quedam compositio nominum per
rationem ordinata. Unum enim nomen non potest esse diffinitio
quia diffinitio oportet quod distincte notificet principia
rei que conveniunt ad esse rei quod diffinitur.
Una dictio non sufficienter manifestat esse
rei. Et propter hoc dicitur in primo physicorum quod diffinitio dividit
diffinitum in singularia id est exprimit distinc-
te singula principia diffiniti. Hoc autem non potest fieri
nisi per plures dictiones. Unde una dictio non potest esse
diffinitio sed potest esse manifestativa, sicut nomen quod nomi-
nis notum manifestaret per magis notum

omnium quia ratio partes habet quia est quedam oratio composita et non simplex notitia. et ideo videtur quod sicut se habet ratio ad rem ita se habet pars rationis ad partem rei. et propter hoc dubitatur utrum oporteat rationem partium poni in ratione totius an non. et hoc dubium exinde confirmatur quia in quibusdam rationibus totorum videntur esse rationes partium et in quibusdam non. In diffinitione enim circuli non ponitur diffinitio incisionum circuli id est partium ex circulo separatarum sicut semicirculi vel quarte partis circuli. sed diffinitio sillabe continet in se diffinitionem elementorum id est litterarum. sunt enim diffinitum sillaba oportet quod dicatur esse aliqua vox composita ex litteris. et sic in diffinitione sillabe ponuntur littere. et [nota] quia diffinitio eius. quia si ita possumus diffinitionem ponere et tamen circulus dividitur in incisiones ut in partes sicut sillaba in elementa id est in litteras. Deinde cum dicit hoc dicit quod sicut se habet diffinitio ad rem ita se habet pars diffinitionis ad partem rei videtur habere dubitationem. diffinitio enim est ratio rei. unde videtur sed quod partes diffinitionis sunt idem partibus rei quod patet esse falsum. Nam partes diffinitionis predicantur de diffinito sicut de homine animal et rationale. Nulla autem pars integralis predicatur de toto. sed dicendum est quod partes diffinitionis significant partes rei magis quam partibus rei sumuntur partes diffinitionis non ita quod ipse partes diffinitionis sint partes rei. Homo enim animal est propter hominis non rationale. sed animal sumitur ab una parte et rationale ab alia parte. animal enim est quod habet naturam sensitivam. rationale vero est quod habet rationem humanam quam sensitiva est ut materia respectu rationis et inde est quod genus sumitur a materia. differentia a forma. species autem a forma et materia. Nam homo est quod habet rationem in sensitiva.

Deinde cum dicit amplius autem si priores. ponit aliam dubitationem que est de prioritate vel de posterioritate partium. Omnes enim partes videntur esse priores toto. sicut simplex composito. acutus enim angulus est pars recti anguli. dividitur enim rectus angulus in duos vel plures angulos acutos. et similiter digitus est pars hominis. unde videtur quod acutus angulus sit naturaliter prior recto. et digitus est prior homine. sed contrarium videtur illa esse priora. scilicet rectus acuto et homo digito et hoc dupliciter. Primo quantum ad rationem. prohibet enim modo illa esse priora que in eorum rationibus ponuntur et non econverso. rectus autem et digitus diffiniuntur per rationem et diffiniuntur ex illis. scilicet homine et recto ut dictum est. unde videtur quod homo et rectus angulus sint priores digito et acuto angulo. Secundo non potest dici esse aliquid prius ex eo quod est esse sine aliquo. quod enim potest esse sine alio et non econverso dicitur esse prius ut in quinto est habitum. Sic vero in duobus. homo autem potest esse sine digito. digitus autem non potest esse sine homine. quia digitus abscisus non est digitus ut supra dictum est. unde videtur quod homo sit prior digito et eadem ratio est de recto et acuto. Deinde cum dicit. aut multipliciter et cetera. solvit propositas questiones et dividitur in tres partes. In prima ponit solutiones. In secunda exponit eam ibi. Deinde cum dicit est quidem igitur ipsum et cetera. In tertia declarat quandam dubitationem que ex predicta solutione oriri poterit ibi. dubitatur autem merito et cetera. Ad evidentiam autem horum que in hoc capitulo dicuntur sciendum est quod circa diffinitiones rerum et earum essentias duplex est opinio. Quidam enim dicunt quod tota essentia speciei est ipsa forma. sicut quod tota essentia hominis est ipsa anima. et propter hoc dicunt quod eadem secundum rem est forma totius que significatur nomine humanitatis. et forma partis que significatur nomine anime. sed differunt solum per rationem. Nam forma partis dicitur secundum quod perficit materiam et facit eam esse in actu. forma autem totius secundum quod totum compositum per eam in specie collocatur. et ex hoc volunt quod nulle partes materie ponantur in diffinitione que indicant speciem sed solum principia formalia speciei. et hec opinio videtur Averrois et quorundam sequentium eum. sed videtur esse contra intentionem Aristotelis. dixit enim supra in VI. quod res naturales habent in sua diffinitione materiam sensibilem et in hoc differunt a mathematicis. Nam autem potest dici quod res naturales diffiniantur per id quod non sit de essentia earum. res enim non habent diffinitionem ex additione sed solum accidentia ut supra habitum est. unde relinquitur quod materia sensibilis sit pars essentie rerum naturalium. non solum quantum ad individua. sed etiam quantum ad species ipsas. diffinitiones enim non dantur de individuis sed de speciebus. unde et hec est alia opinio quam sequitur Avicenna. et secundum hanc forma totius que est quidditas speciei differt a forma partis sicut totum a parte. Nam quidditas speciei est composita ex materia et forma. non tamen ex hac materia et ex hac forma individuata. Ex hiis enim componitur individuum ut Sortes et Callias. et hec est sententia Aristotelis in hoc capitulo quam introducit ad excludendum opinionem Platonis de ydeis. dicebat enim species rerum naturalium esse per se existentes sine materia sensibili quasi materia sensibilis non esset aliquo modo pars speciei. Ostenso igitur quod materia sensibilis est pars speciei in rebus naturalibus ostenditur quod impossibile est esse species rerum naturalium sine materia sensibili sicut hominem sine carnibus et ossibus et sic destruitur et hic est tertius modus destruendi ydeas. Nam primo destruxit per hoc quod quod quid erat esse non est separatum ab eo cuius est. Secundo per hoc quod species separate nec essent causa generationis nec principium existendi. Sic autem tertio improbat eas per hoc quod materia sensibilis igitur est rationis speciei. Dicit ergo solvendo quod multipliciter dicitur pars sicut in quinto est habitum. et uno modo dicitur pars quantitativa. hoc scilicet quod mensurat totum secundum quantitatem sicut bicubitum est pars tricubiti et binarius senarii. sed hoc modo pars non permittatur ad presentem intentionem. non hic intendimus vel magis partes

quantitatis. sed intendimus invenire de partibus diffinitionis que significant substantiam rei. Deinde perscrutatur de illis partibus ex quibus substantia rei componitur. Primo quod illud est et materia et forma et ex hiis est ad compositum et quod unumquodque trium, scilicet materia et forma et compositum, existit substantia, ut superius dictum est, et non materia est quod quasi nos perscrutamur quodammodo non est, sed solum illa ex quibus est ratio speciei, idest forme. Intelligamus enim concavitatem quasi formam et nasum quasi materiam et simum quasi compositum. Sed hec caro que est materia vel pars materie non est pars concavitatis que est forma vel species. Quia caro est materia in qua fit species. Sed tamen caro est aliquando pars simitatis, si tamen simitas intelligatur esse quoddam compositum et non solum forma. Et similiter totum quod statue que est composita ex materia et forma pars est eius, non autem est pars statue secundum quod statua accipitur solum pro specie, idest pro forma. Et ut sciatur quid est species et quid est materia, dicendum est primo ad speciem pertinere quod convenit unicuique inquantum speciem habet, sicut igitur habet speciem statue, convenit aliquem quod sit figuratum. Vel non ad hunc sed primo quod est universale ad speciem inquantum dicendum est secundum se de specie. Sciendum tamen est quod nulla materia nec communis nec individuata secundum se habet ad speciem prout species sumitur pro forma. Sed secundum quod species sumitur pro universali sicut hominem dicimus esse speciem, sic materia communis potest dici esse pertinens ad speciem, non autem materia individualis inquantum non speciei recipitur. Et ideo dicendum est quod diffinitio circuli non continet in se diffinitionem semicirculorum, idest partium ex circulo incisarum, ut semicirculi vel tetartimorion, idest quarte partis circuli. Sed diffinitio que est sillabe comprehendit in se diffinitionem que est elementorum vel literarum. Et hec ratio est quia elementa, idest litere, sunt partes sillabe quantum ad speciem suam et non secundum materiam ipsam, idest forme sillabe, in hoc consistit quod ex literis componatur. Sed incisiones circuli sunt partes non circuli secundum speciem accepti, sed huius circuli particularis. Hec vero circulorum sunt materia in qua fit species circuli. Et hoc accipi potest ex regula superius posita. Hoc enim dixit ad speciem pertinere quod secundum se est unicuique speciem habenti, ad materiam vero quod accidit speciei prout accidit sillabe et existit componatur. Quare cum circulus sit actu divisus in semicirculos, hoc accidit huic circulo non inquantum est circulus, sed inquantum est hic circulus. Et hec linea dividitur quia est pars eius ut materia. Unde patet quod semicirculus est pars circuli secundum materiam individualem. Tamen ista materia que est hec linea est propinquior speciei quam eis quod est materia sensibilis, quia rotunditas que est forma circuli fit in ere, quod species circuli inquantum est per lineam. Et est pars eius et sic partes circuli que sunt secundum materiam individualem non ponuntur in eius diffinitione. Item et nec omnes litere ponuntur in diffinitione sillabe quia sunt partes eius materiales, ut litere descripte in cera vel prolate in aere. Hec enim iam sunt pars sillabe sicut materia sensibilis. Non enim omnes que

omnes partes in quas res aliqua resoluta corrumpitur sunt partes materie. Non enim si linea divisa in duo dimidia corrumpitur, aut si homo resolutus in ossa et nervos et carnes corrumpitur, propter hoc sequitur quod linea sit ex dimidiis et homo ex nervis et ossibus, ita quod ista sint partes substantie eius. Sed ex istis partibus sunt ex eis ut partes eius quod est sicut totum, idest compositum, non speciei, idest forme, et eius quod est ratio, idest eius quod diffinitur, non ad hoc sunt partes quia propter hoc. Unde tales partes ponuntur in rationibus. Sciendum tamen quod ratio talium partium in quibusdam diffinitionibus ponitur, scilicet in diffinitionibus compositorum, quia tales sunt partes. In quibusdam autem non oportet poni, scilicet in diffinitione formarum, nisi fuerint tales forme que sunt sicut sumpte cum materia. Licet enim materia non sit pars forme, tamen materia sine qua non potest concipi in intellectu forma oportet quod ponatur in diffinitione forme, sicut corpus organicum ponitur in diffinitione anime. Sicut enim accidentia non habent esse perfectum nisi secundum quod sunt in subiecto, ita nec forme nisi secundum quod sunt in propriis materiis. Et propter hoc sicut accidentia diffiniuntur ex additione subiectorum, ita et forma ex additione proprie materie. Cum ergo in diffinitione forme ponitur materia, est diffinitio ex additione. Non autem cum ponitur in diffinitione compositi. Et hoc est quod dicit: si non fuerint simul sumpta, est exemplificatio eius quod dixerat horum non oportet inesse in illis, idest partes materie non oportet in diffinitionibus poni que non sumuntur simul cum materia, idest que non significant aliquod compositum ex materia et forma. Et hoc patet quia propter hoc in quibusdam rationibus non ponuntur materie. In quibusdam autem non potest contingere quod quedam sunt sicut ex principiis ex hiis que corrumpuntur, idest ex partibus in quas per corruptionem resolvuntur. Et hec sunt illa in quorum diffinitionibus ponitur materia. Quedam vero non sunt ex partibus materialibus sicut ex principiis, sicut illa in quorum diffinitionibus non ponitur materia. Et quod in illorum diffinitionibus ponitur materia que est sic accepta cum materia, non autem in omnibus. Quecumque enim sunt sicut sumpta species et materia simul, videlicet que significant aliquod compositum ex materia et forma, ut simum aut eneus circulus, hec corrumpuntur in partes materiales et pars istorum est materia. Illa vero que non concipiuntur in intellectu cum materia, sed sunt omnino sine materia, sicut illa que pertinent solum ad rationem speciei et forme, illa vel non corrumpuntur omnino, vel non corrumpuntur taliter, idest per resolutiones in aliquas partes materiales. Quedam vero forme sunt que nullo modo corrumpuntur, sicut substantie intellectuales per se existentes. Quedam vero forme non per se existentes corrumpuntur per accidens corruptione compositi. Quare patet quod hee partes materiales sunt principia et partes eorum que sunt sub ipsis, idest que ab eis dependent sicut dependet totum ex partibus ex quibus componitur. Non autem sunt nec partes nec principia speciei et forme. Et propter hoc compositum

ut statua lignea corrumpitur resoluta in lignum, et sphaera aenea in aes. Et calvus quamvis homo particularis in carnem et ossa. Et circulus etiam particularis continens ex hoc quod sunt lineae divisibiles corruptibiles sectiones. Sicut enim calvus est de homine qui concipitur cum materia individuali, ita circulus cuius sunt partes istae incisiones est circulus particularis qui concipitur cum individuali. Hoc tamen distat quod singulares homines habent nomen proprium, unde nomen speciei non aequivocatur ad individua, sed nomen circuli aequivoce dicitur de circulo qui simpliciter dicitur et de singularibus particularibus circulis. Et hoc ideo quia singularibus particularibus circulis non sunt nomina posita, sed nomina posita singularium hominum. Attendendum est autem quod nomen speciei non aequivoce praedicatur de individuo, sed quod praedicatur de eo secundum naturam speciei. Praedicaretur autem aequivoce de eo si praedicaretur singularis significaret hoc individuum prout huiusmodi. Si enim dicitur Sortes est homo, non aequivocatur nomen hominis. Sed si hoc nomen homo imponatur alicui singulari homini ut proprium nomen eius, aequivoce significabit speciem et hoc individuum, et similiter est de nomine circuli quod aequivoce significat speciem et hunc circulum. Lectio X.

Dictum est quidem et cetera. Quia ea quae solo supra posita non erant usquequaque manifesta. Nondum enim ostenderat quomodo partes sunt priores et posteriores, nec etiam distinxerat compositum universale et particulare, neque etiam speciem et formam, ideo hic solutionem superius positam explanat. Dividitur autem in duas. Primo explanat solutionem superius positam. Secundo declarat quae sit ad quaestionem applicanda, ibi: Secundum quidem igitur non obviare et cetera. Prima dividitur in duas. Primo solvit quaestionem quantum ad hoc quod quaesitum fuit de prioritate partium. Secundo quantum ad hoc quod quaesitum fuit utrum partes definiti intrent definitionem, ibi: Sed rationis partes et cetera. Prima dividitur in duas. Primo ostendit quomodo partes sint priores toto. Secundo manifestat per exempla, ibi: Quoniam vero animalium anima et cetera. Dicit ergo primo quod id quod supra est dictum in solutione praeposita, verum est, sed tamen repetendum est ut amplius fiat manifestum quantum ad hoc quod dictum est. Oportet enim quod partes rationis et in quas dividitur ratio sint priores definito vel omnes vel quaedam. Et hoc dicit propter hoc quod partes formae quae non sunt de ratione speciei sed de compositione sicut materia. Sicut auditus quae sunt partes animae sensitivae non sunt de integritate vel ratione animalis. Possunt enim esse aliqua animalia quae non habent sensum auditus. Et de compositione animalis quod animal per eum hoc quod sensus habet. Et erit hoc ibi vel est verum quod ille partes quae ponuntur in definitione alicuius sunt vel priores eo. Sed acutus angulus quamvis sit pars recti non tamen ponitur in definitione eius nec rectus resolvitur in divisione acuti, sed econverso. Quia enim definitur acutum per rectum, in definitione eius cadit angulus. Acutus enim est minor recto. Et similiter est de circulo et semicirculo, quia definitur per circulum, est enim media pars circuli. Et similiter est de digito et de homine qui ponitur in definitione digiti. Definitur enim digitus quod est talis pars hominis.

Certum autem est quod partes formae sunt partes rationis, non autem partes materiae. Sunt igitur solae partes rationis priores, non autem materiae. Sicut quaecumque sunt partes definiti sicut materia singularis resolvuntur, definitur ut compositum in materiam posteriora sunt. Quaecumque vero sunt partes rationis et substantiae quae est secundum rationem sunt priora toto aut omnia aut quaedam ratione sicut iam dictum est. Deinde cum dicit: Quoniam vero animalium et cetera. Exponit quod dixerat per exempla. Dicens quod anima animalium cum sit substantia animati secundum rationem vel forma animati, aliquod animatum habet propriam rationem et substantiam vel formam et quod quid erat esse talis corporis scilicet organici. Corpus enim organicum non potest definiri nisi per animam. Et sic haec anima dicitur quod quid erat esse talis corporis. Et quod hoc sit verum patet per hoc quod si aliquis bene definiat aliquam partem non potest eam bene definire nisi per propriam operationem. Sicut si dicatur quod oculus est pars animalis per quam videt. Propria autem operatio partium non existit sine sensu vel motu vel aliis operationibus partium animae. Et sic oportet quod definiens aliquam partem corporis utatur anima. Et quia ita est oportet quod partes huius scilicet animae sint priores vel omnes vel quaedam ipsius simul totius, id est quod est compositum ex anima et corpore. Et similiter est in unoquoque alio. Quare sic oportet quod partes formales sunt priores composito. Sed corpus et partes corporis sunt posteriores hac substantia scilicet forma quae est anima, cum oporteat animam in eius definitione poni, ut iam dictum est. Et id quod dividitur in partes corporis ut in materiam non est ipsa substantia vel forma, sed simul totum vel compositum. Patet ergo quod partes corporis sunt priores simul toto vel composito quodammodo et quodammodo non. Sunt quidem priores sicut simplicia compositis, materia enim ex eis constituitur. Sunt autem non priores per modum quo dicitur esse prius id quod potest esse sine alio. Non enim partes corporis possunt esse separate ab animali. Non enim digitus quocumque modo se habet est digitus animalis. Ille enim qui est desiccatus vel mortuus non dicitur digitus nisi aequivoce sicut digitus sculptus vel depictus. Sed secundum hanc considerationem hae partes sunt priores composito aliae quae possunt sine digito esse. Sed quaedam partes sunt quae non sunt priores toto, alia huiusmodi principales quae non possunt esse sine eo. Et tamen secundum considerationem hanc sic ipsae partes non possunt esse sine integro animali, ita nec integrum animal sine eis.

Nō.

hr̄ ac h̄ ptes p̄ncipales corpis ⁊ ināqb; p̄ qutu
forma .i. aīa . sicut cor ł cerebr̄ nō ad ꝓp̄
duct q̄cq̄d talis ē sc̄ tn̄ ꝙ h̄ ꝯpositū ꝙ ē aīa
ł hō p̄t duplr̄ sumi . ł sic vle . ł sic singlare
sic vle q̄d ut hō ⁊ aīal . sic singlare ut
sor ⁊ callias ⁊ io dicit ꝙ hō ⁊ eq̄s ⁊ q̄ ita
s͛ in singlarib; ꝫ vle qddā sic hō ⁊ equus ñ
s͛ sb̄a .i. nō s͛ solū forma . ꝫ s͛ sic totū qd
dam . ꝯpositū ex det̄iata mā ⁊ det̄iata
for̄ . nō q̄d ut singlarit̄ ꝫ ut vle . hō .n.
dicit qd ꝯpositū ex aīa ⁊ corpe ñ ex hac
aīa ⁊ h̄ corpe . ꝫ singlare dicit qd ꝯpō
ex vltima mā .i. mā individuali . ē .n. sor .
qd ꝯpō ex hac aīa ⁊ h̄ corpe ⁊ sūl ē in
aliis singlarib; . sic g͛ p; ꝙ mā ē ps sp̄ei
sp̄ēm ac h̄ intelligimꝰ ñ formā tm̄ ꝫ ꝙ q̄d
erat eē . ⁊ p; ⁊ ꝙ mā ē ps ei totius q̄ ē
ex sp̄e ⁊ mā .v. singlaris ꝙ signt̄ nat̄am
sp̄ei in h̄ mā det̄iata . ē .n. mā ps ꝯpositi
⁊ ꝯpositū ē tā vle ꝙ singlare . Deinde
enim dicit . ꝫ rōnis ptes ⁊c . ostēdit q̄ ptes de
beant poni in diffōne cū oñsu sit q̄ sunt
ptes sp̄ei ⁊ q̄ ptes individui . ꝙ mā ꝯīt supra
ē ps sp̄ei . ꝫ ac mā det̄iata ē ps individui in
ē ꝙ solum ille ptes s͛ ptes rōnis q̄ s͛ ptes
sp̄ei . nō ac que s͛ ptes individui . diffōne
.n. hōis ponitur caro ⁊ os . ꝫ nō h̄ caro . ⁊ h̄ os
⁊ h̄ io ꝙ rō diffinitiua nō assignat̄ ñ vlī
duum .n. ꝙ q̄d erat eē sit id cū eo cui ē ut
sup͛ oñsu ē . illi tn̄ erit diffō que rō signt
q̄d erat eē ꝙ ē id cū suo ꝙ q̄d erat eē . hr̄
ac s͛ vlia ⁊ nō singlaria . c̄clo .n. ⁊ id ꝙ ē
c̄clo eē ē id ⁊ sile aīa ⁊ id ꝙ ē aīe eē . ꝫ
eoꝝ que s͛ ꝯposita ex sp̄e ⁊ mā individuali
sic c̄cli h̄ cui alicuius aliorꝝ singlariū hoꝝ
nō ē diffō ut dictū ē utrū sint singlaria
sensibilia . ł intelligibilia sensibilia q̄d singla
ria s͛ sic c̄cli erei ⁊ lignei . intelligibilia
singlaria . s͛ sic c̄cli mathe͛ . Hoꝝ ac m
mathe͛ ꝯtingit aliq̄ singlaria ex h̄ p; .
ꝙ ꝯsiderant ibi plā eiusd̄ sp̄ei sic ptes line͛
eq̄les ⁊ plures fige siles . dicit ac intelligib
ilia . hr̄ singlaria . ꝑ ꝙ absq̄ sensu ꝯp̄hen
dunt̄ ꝑ solam fantasiā q̄ q̄nq̄ intellc̄s
uocatur ꝑ .iii. de aīa . intellc̄s passiuꝰ
corruptibil̄ ē . Hoꝝ ac singloꝝ singlariū c̄clo
rū nō ē diffō . ꝙ illa quoꝝ ē diffō sp̄ co
gnoscunt̄ ꝑ illā diffōnē . ꝫ singlaria ñ
cognoscunt̄ ñ dum s͛ s͛ sensu . ł yma
ginatiōne q̄ hr̄ intelligentia dr̄ ꝙ re
ꝯsiderat sine sensu sic intellc̄s . ꝫ h̄ singlares

c̄cli abeuntes ab actu .i. recedentes ab act
uali inspectiōne sensus q̄ ad sensibiles. ⁊ yma
ginatiōnes q̄ ad mathematicas nō ē manifestū vtr̄
sint ł nō sint magis s͛ singlares . ꝫ tn̄ sp̄
⁊ dicunt ⁊ cognoscunt̄ ꝑ rōnem vlē . cognoscit
.n. h̄ c̄cli sensibiles ⁊ q̄ nō actu uident̄
magis s͛ c̄cli ñ magis s͛ h̄ c̄cli . Rō aūt h̄ ē q̄
mā q̄ ē p̄ncipiū individuatiōnis ē ꝑ se in nota
⁊ non cognoscit̄ ñ ꝑ formā a q̄ sūa rō s͛.
ł io ꝫ singlaria nō cognoscunt̄ in sua
absentia ñ ꝑ vlia . mā ac nō solū ē p̄ncipiū
individuatiōnis singlarib; sensib; ꝫ ꝫ in
mathe͛ . mā .n. alia ē sensibilis . alia intellc̄u-
alis . q̄d ut es ⁊ lignū . ł ꝫ q̄lꝫ mā mobilis
ut lapis ⁊ aq̄ ⁊ hr̄ oīa ⁊ atā mā individ
duant̄ singlaria sensibilia . Intellc̄ualis no
mā ē q̄ ē in sensib; nō in q̄ s͛ sensibilia sic
mathe͛ . s͛ . sic .n. sor hōis ē mā mā q̄ ē
corpꝰ organicū mā sor c̄cli ł trianguli ē
subiectū mā q̄ ē ꝯtinuū vł linea ł superficies
ł corpꝰ . ꝯcludit g͛ ꝙ dcm̄ ē q̄o sc̄ht de
toto ⁊ pte ⁊ de p̄ore ⁊ posteriore .i. ꝙ ē ꝑ
sic ps q̄ sit for̄ ⁊ q̄ p̄ior . ptes .n. me
individuales s͛ ptes ꝯpositi singlaris ñ
ac sp̄ei ñ forme ptes ac me vliꝰ s͛ ptes
sp̄ei ꝫ ñ forme ⁊ ꝙ vle diffinit̄ ⁊ nō sin
glare io ptes me individuale nō ponunt̄
in diffōne . ꝫ solū ptes me ꝯīs sic cū for̄
ł ptib; for̄ . Deinde cū dicit . Interrogan
tio ⁊c . adaptat solōnē ꝓpositā q̄stiōni
ꝑus mote dicens ꝙ nc͛e ē obviare ꝑ
ꝑātam interrogatiōnē qn̄ q̄s interrogat
utrū rectus angulus ⁊ c̄cls ⁊ al s͛ p̄ora p
tib; cui eq̄ . ptes ingt hr̄ diuidunt̄ ex q̄b;
ꝯponuntur s͛ p̄ores . dd ꝙ nō ē simplr̄ s͛.
est .n. duplr̄ opio q̄dā .n. dicit ꝙ id ē tota
sp̄es ⁊ for̄ sic aīa ꝙ hō . q̄dā ac ꝙ nō . ꝫ h̄
ē ꝯpositū ex aīa ⁊ corpe ⁊ ꝑ vtramq̄ opio
nem ē dicendū ꝑ rn̄. Si .n. id ē aīa ꝙ aīal ł
c̄clm̄ . cui sile unūq̄q; ē id tn̄ forma q̄
ē p̄ncipalis ut c̄cls id tn̄ forma c̄cli . ⁊
rectus angulus id tn̄ for̄ recti . dd ē determ
inandū q̄d sit posterius ⁊ q̄ sit posterius . q̄z
h̄ ptes me s͛ posteriores h̄nt q̄ s͛ rōne .
⁊ s͛ ⁊ posteriores aliq̄ recto .s. rō ꝯīs .
ꝫ s͛ p̄ores ī rō singlari . hr̄ .n. rectus q̄
ē eneus ē cū mā sensibili ⁊ hic rectus
q̄ ē cū lineis singlarib; ē cum mā intelli.
ꝫ ille rectus q̄ ē sine mā .s. ꝯīs erit p̄ior
ptib; for̄ q̄ s͛ rōne . ꝫ erit p̄or ptib;
me q̄ s͛ ptes singlaris nec erit ꝑ hanc

opinionem distinguere inter materiam communem et individua-
lem. sed tamen simpliciter non erit verum. quia erit distinguere
inter partes materie et partes forme. Similiter alia opinio sit vera
scilicet quod anima sit animal quia animal sic erit dictum et non dicit partes
esse preter totum sicut determinatum est prius. Secundum vero hanc opinio-
nem oportet semper distinguere non solum inter materiam
et formam sed inter materiam communem que est pars speciei et inter mate-
riam individualem que est pars individui. Lectio XI

Dubitatur autem merito etc. Postquam iste determinat
quandam dubitationem que poterat oriri ex solo-
ne premisse questionis. determinat enim solvendo
premissam questionem inter partes speciei et partes individui
que est compositum ex specie et ex materia. et ideo hic querit que sunt
partes speciei et que non individui. Circa istud primo in partes
tres. Primo determinat hanc dubitationem. Secundo ostendit quid
restat dicendum. ibi utrum autem cum preter materiam etc. Tertio reca-
pitulat ea que dicta sunt. ibi. quod quid igitur est.
et quid erat etc. Circa primum tria facit. primo movet dubi-
tationem. secundo solvit eam. ibi. quare quod igitur etc. Tertio solutionem
manifestando colligit. ibi. palam autem et quia anima etc.
Dicit ergo primo quod cum dictum sit quod partes speciei poni-
tur in diffinitionibus. non autem partes compositi ex specie et
materia merito dubitatur que sunt partes speciei et que non sunt partes
speciei. sed sunt subiecti idest individui. quia nisi hoc fuerit notum
speciei cum materia quam individuante. Si enim hoc non sit
manifestum non poterimus recte ad diffinire quia diffinitio
uniuscuiusque est rei universalis. scilicet solum universale et spe-
ciem est et inter universalia species est que constituuntur ex
genere et differentia ex quibus omnis diffinitio constituitur. Si enim
autem non diffinitur nisi per hoc sit speciei. vnde patet quod nisi sciatur
que pars sit sicut materia speciei et que non est sicut materia sed sicut ad
ipsam speciem pertinent non erit manifesta que
debeat esse diffinitio rei assignanda. cum non assi-
gnetur nisi speciei et oporteat in diffinitione speciei partes
speciei ponere et non partes que sunt posteriores specie.
Deinde cum dicit quare quod igitur etc. Solvit
propositam dubitationem. et circa hoc tria facit. primo ponit
solutionem secundum opinionem platonicorum. Secundo improbat eam
ibi. accidit igitur unam etc. Tertio solvit secundum veri-
tatem. ibi. quare omnia reducere etc. Circa primum duo
facit. primo solvit propositam dubitationem quantum ad sensi-
bilia. Secundo quantum ad mathematica. ibi. quin et hic ideo
contingere etc. Primo manifestat quod in quibusdam manife-
stum est quod materia non sit pars speciei sicut in omnibus
illis que manifeste apparent fieri in materiis
diversis secundum speciem sicut circulus invenitur fieri in ere
et in lapide et in ligno. vnde manifestum est quod neque es
neque lapis neque lignum non est ad essentiam circuli. quia
pars existat hic speciei quia est circulus. est autem hic manifestum per hoc
quod circulus ab eis utrorumque separatur. Vnde manifestum quod potest separa-
ri ab eo quod est pars sive speciei. sed quedam sunt que

speciei non inveniuntur fieri in diversis materiis. sicut speciem
sic semper videmus fieri speciem hominis in carne et ossibus. ad hoc quod manife-
stum appareat non invenitur nisi in carnibus et ossibus
vnde tamen pluribus inter et illa que non videntur apparia in
separata. sicut se habeant ad materias materiales. sicut illa
que non possunt esse in diversis materiis et ab imaginatione
earum separari. sicut enim poneremus quod non videntur sensi-
bilia aliquem circulum nisi ereum. vnde tamen ei esset
pars speciei circuli et tamen non separaretur circulus actu ab
ere separaretur tamen mente. quia speciem circuli possibile in-
telligi sine ere ex quo esset non esset pars speciei cir-
culi. sed difficile sit mente auferre et separare
ab invicem que actu non separantur. vnde enim est hoc in
illorum quod quidam platonicorum quidem sensibilia elevari possunt et quod videtur
de homine speciem sic apparere in carnibus et ossibus et
talibus partibus. vnde utrum igitur iste partes. partes sunt
speciei humane et rationis. diffinitionis hominis. aut non
sunt partes speciei. sed solum materie speciei. sicut est circuli. sed quia
tamen species non fit in aliis partibus materialibus quam in
istis. ideo difficile non possumus separare hominem
per intellectum a carnibus et ossibus. vnde enim eadem ratio
esse hic et in circulo. sicut esset circuli esset enei. Deinde
cum dicit. quin et hic ideo etc. procedit
platonicis prosequendo opinionem predictam usque ad ma-
thematica. dicunt quod quia videtur hic contingere in aliquibus
scilicet quod materia non sit pars speciei quamvis speciem non inveniatur
nisi in illa materia sed non est manifestum quando et in quibus hic contin-
gat vel non contingat ideo aliqui etiam hic dubitant
non solum in sensibilibus sed in mathematicis ut in circulo et triangulo
vnde enim eis quod sicut materia sensibilis non est pars speciei in sensibilibus ita
et quod materia intelligibilis non sit pars speciei in mathematicis. materia autem figurarum
mathematicarum intelligibilis est continuum ut linea. vel superficies
et ideo volunt quod linea non sit pars speciei circuli vel trianguli
quoniam non sit competens quod triangulus et circulus diffi-
niatur per lineam et continuum cum non sunt partes
partes speciei. sed omnia ista sic diminuuntur ad circulum
et triangulum sicut carnes et ossa ad hominem et
es et lapis ad circulum. remoto autem triangulo et
circulo continuum quod est linea intellectus remanet nisi
varietur et motus. quia triangulus est et linea sic
et circulus unam. et quod lineam non dicunt esse partes
speciei reducunt omnes species ad numeros dicen-
tes quod ratio speciei mathematice omnium. dicunt enim
quod ratio duorum est ratio linee recte sicut hoc quod linea
recta duobus punctis terminatur. sed etiam hic inter platonicos
numeros ponentes videtur esse quedam differentia. quidam
enim non ponentes mathematica media inter species
et sensibilia dicebant speciem esse numeros dicunt
ipsam unam lineam esse dualitatem. quidam non
ponunt lineam mediam differentem ab specie linee
quedam non dicunt quod dualitas est species linee

et non linea. linea enim est quoddam mathematicum me
dium inter species et sensibilia et dualitas est ipsa
species et sic eos in quibus non differunt species et
de est species sic in numeris quod ipsas species dicebant
esse numeros. unde id dicebant esse dualitatem
et speciem dualitatis. sed linea hic non accipit
secundum eos quia linea dicit ad participandum speciem
cum multe linee inveniantur esse in una specie
quod non esset si species linee esset una species.
Deinde cum dicit accidit itaque et cetera. Improbat
predictam solutionem et ponit iii rationes quarum prima
est quod si soli numeri sunt species omnia illa que participant
uno modo participant una specie. Multa autem sunt
diversa specie que participant uno modo. verbi gratia
numerus est et triangulo per tres lineas et [illegible] per
tres [illegible] et incorporeo per tres divisiones. accidit
ergo multorum specie diversorum esse unam speciem quod non solum
Platonicis sed et Pictagoricis accidit qui et poneb
ant naturam omnium rerum esse numeros. Etiam ponit
ibi et contingit unam omnium et cetera. quod talis est. Si car
nes et ossa non sunt preter species humane nec linee
species trianguli pari ratione nulla materia est preter species. Sed
secundum Platonicos in numero dualitas attribuitur materie
unitas autem speciei ergo sola unitas est species. duali
tas autem et reliqui omnes numeri tanquam materie multiplica
tes non erunt species et sic una tantum erit species rerum
omnium. Tertiam ponit ibi. quoniamque sit et cetera.
que talis est. Illa sunt unum quorum species est una. Si ergo
omnium species est una sequitur quod omnia sunt unum secundum speciem
et non solum que videntur esse diversa. potest tamen dici quod hec
tertia non est alia ratio a secunda. Sed est inferens quod ex tra con
clusione secunde rationis. posita enim secunda ratione qua premissa
solutio intendebatur. ponitur rationibus quibus premissam solutionem
nec concludit deinde esse quod illa que sunt de diffinitione
huius dubitationis et quod dictum est sicut patet quod premissa premissa
omnino voluit difficultatem premisse dubitationis.
Deinde cum dicit. quare omnia reducere et cetera. Solvit
premissam questionem secundum propriam sententiam et primo quantum ad naturalia
secundo quantum ad mathematica ibi. et mathematica autem et cetera. dicit ergo
primo quod quorumdam predictorum ingenia sequuntur removentibus
[illegible] rei omnia que sunt materia. sine [illegible] sensibilia non [illegible]
[illegible] quod si [illegible] est omnis species rerum ita reducere ad
numeros. In unitatem et auferre totaliter materiam sensibilem
et intelligibilem quod Platonici faciebant est [illegible] quod qua
species rerum non sunt forme sine materia. sed sunt forsan hec in
hac. i. forme in materia ita quod id quod resultat ex forma in materia
existit species est. Cui si non sunt sic forma in materia sunt sene
[illegible] sic illa que habent formam in materia. ipse enim forma
in materia habent [illegible] quibus quidam similiantur mathematice.
in qua [illegible] sic circuli vel trianguli ad lineas est sic
[illegible] forme hominis ad carnes et ossa. et ideo sic species
hominis non est forma aliqua sine carnibus et ossibus
ita forma circuli vel trianguli non est aliqua sine lineis et ideo
parabola quam consueverat dicere de animali Socrates iunior non
bene se habet. volebat enim ipsum per hoc Socratem iuniorem no
minare quod in omnibus libris suis inducit Socratem loquentem
secundum hoc quod fuerat eius magister. opinionem autem Platonis
de immutabilitate specierum naturalium vocat parabolam quia
fabulis assimilatur qui componuntur ad aliquam speciem se
cuntur metaphorice insinuandam secundum hoc [illegible] sic
dixit quod hec opinio assimilatur opinionibus fingentium
deos esse et quod forme eorum sunt sicut forme humane. Ideo
autem predicta opinio non bene se habet quia ducit extra veri
tatem. Ideo quod facit opinari quod hoc modo contingit
accidere esse hominem cum partibus suis et cum carnibus
et ossibus sicut contingit circulum esse sine ere quod mate
riale non pertinet ad speciem circuli. Sed hoc non est simile
enim sic se habet homo ad carnes et ad ossa sicut
circulus ad es quia circulus non est ad sensibile sed animal totum potest
enim intelligi sine materia sensibili unde et quod est materia sensibilis
non est pars speciei circuli. Sed animal necesse est quod diffiniatur sensibile
Non enim potest diffiniri sine motu. Animal enim diffinitur
animo aliquo sensitivo et motivo ut patet in primo de
anima et ideo non potest diffiniri absque partibus cor
poralibus habentibus se aliquo modo debito ad motum
Non enim manus est pars hominis quocumque modo se habens sed
quando est sic disposita quod potest perficere opus manus quod non
potest facere nisi anima que est principium motus. Quare oportet quod manus
sit pars hominis secundum quod est animata. Sed non quod est inanimata non
est pars sicut manus mortua vel depicta. Unde oportet quod
preter talis que est ratio ad perficiendam operationem
ne species ipsa sit preter speciem quod est ex parte forme
que est ex parte materie. Deinde cum dicit. et mathematica
autem et cetera. Solvit questionem quantum ad mathematica. Ubi
enim post solutionem de naturalibus positam adhuc
relinquitur dubio de mathematicis. dixerat enim quod
autem sit sensibile non potest diffiniri sine partibus sensibilibus
sicut circulus potest diffiniri sine ere quod est sensibilis materia.
et ideo etiam ista mathematica quare autem sunt res. i. diffinitionis
partium non sunt preter rationem totorum. i. quare semicirculi
i. semicirculi non ponitur in diffinitione circuli. Ideo
enim potest dici quod hec. s. semicirculi sunt sensibilia.
sic et est sensibile materia. sed solvit quod hoc nihil differt
quantum ad propositum. sunt. s. preter materiam sunt sensibilia et non
sensibilia quod et non sensibilis est aliqua materia intelligibilis.
et talis materia que s. non est pars speciei est omnis eius quod
non est quod erat esse et speciei [illegible] secundum se. sed est et
hic [illegible] i. particulare ad [illegible] quod dicitur
quod [illegible] quod non est ipsa sua species. sed est aliquod
individuum [illegible] in specie. Oportet esse aliquid preter
materiam que non est preter speciem. Forma enim quod non est ipsa
sua humanitas. sed est habens humanitatem. Ideo

hic nisi partes materiales que non sunt partes speciei, scilicet que sunt partes huius materie individualis que est individuationis principium ut hae carnes et hec ossa et similia. Nam circulo sunt hee linee que non sunt partes speciei. Unde patet quod hic non sunt partes circuli qui est universalis, sed sunt partes singularium circulorum sicut dictum est prius. Et propter hoc semicirculi non ponitur in diffinitione circuli universalis quia sunt partes singularium circulorum et non universalis et hoc est verum tam in materia sensibili quam in materia intelligibili ut prius. Ulterius in materia ut ex dictis patet. Si autem esset aliquod individuum quod esset ipsa sua species sicut si Sortes esset sua humanitas non essent in Sorte aliquae partes que non essent partes humanitatis. Deinde cum dicit palam autem et cetera. Colligit igitur predicta solum existimando ea iam dictis palam esse quod anima est substantia prima id est forma animalis corporis et materia homo et animal id quod est ex utroque in universali. Sed Sortes et corpus id quod est in ultimis ipsorum. Quod anima dicitur dupliciter scilicet in universali et in particulari ut anima et hec anima. Ideo et oportet quod singulorum per modum totius dicitur universale et singulare ea ratione quod anima dicitur dupliciter. Quod hic competit secundum utramque opinionem hominum de anima. Sicut enim quidam est aliquis dicit hominem et animal non esse aliud quam animam. Quidam vero dicit hominem et animal non esse animam sed totum scilicet compositum ex anima et corpore. Patet ergo quod secundum illam opinionem que dicit hominem esse animam, si anima dicitur universale et singulare ut anima et hec anima, homo et dicetur ut universale et particulare, particulare scilicet homo et hic homo. Et similiter secundum aliam opinionem que dicit hominem esse compositum ex anima et corpore, scilicet quod si simpliciter dicitur universale et singulare quod et compositum dicatur universale et singulare. Sicut si anima est hec et corpus est hoc quod similiter dicitur tamquam partes compositi quod dicatur tamquam universale et singulare non solum partes sed et compositum. Deinde cum dicit utrum autem et cetera. Quid de certo remaneat determinandum tunc substantias. Et primo quod duo remanent determinanda. Quorum primum est cum determinatum sit quod substantia et quid est in sensibilibus et utrum sunt ipse partes speciei restat determinare utrum tantum substantiarum scilicet materialium et sensibilium sit aliqua alia substantia preter materiam talium quod oporteat querere aliquam substantiam istorum sensibilium aliam ab ea quam determinatum est, ut quidam dicunt numeros et aliqua existentes ante ad ulle id est species vel ydeas esse substantias horum sensibilium. Et de hoc perscrutandum postea, hoc enim perscrutatio propria est huius scientie. Unde hic enim et tertia temptatur determinare de substantiis sensibilibus huius gratia id est propter substantias immobiles. Quod speculatio de substantiis sensibilibus et mobilibus quodammodo pertinet ad physicam que non est prima philosophia sed secunda, sicut in quarto habitum est. Prima enim philosophia est de primis substantiis que sunt substantie immobiles de quibus speculatur non solum inquantum sunt substantie sed inquantum sunt tales substantie. De sensibilibus vero substantiis non speculatur inquantum sunt tales substantie sed inquantum sunt substantie aut entia vel inquantum per eas manuducimur in cognitionem substantiarum immobilium. Physicus autem e converso determinat de substantiis mobilibus non inquantum sunt substantie sed inquantum mobiles et habentes in se principium motus. Et quia posset aliquis credere quod scientia naturalis non speculatur circa totas substantias mobiles et sensibiles sed solum circa materias earum, ideo hoc removet dicens quod physicum non solum oportet considerare de materia sed etiam de ea parte que est secundum rationem scilicet de forma et magis etiam de forma quam de materia quia forma est magis natura quam materia ut probatum est in secundo physicorum. Secundum vero quod restat determinandum est quomodo partes que sunt in ratione id est in diffinitione se habeant utrum scilicet sint substantie existentes in actu et quare etiam diffinitio cum componatur ex multis partibus est una ratio. Palam enim est quod oportet diffinitionem esse unam rationem quia res est una. Diffinitio vero significat quid est res.

Deinde cum dicit sumenda igitur etc. concludit quod ex quo in differentiis consistit esse rerum, et sic intelligendi est earum cognitio, utile est sumere genera differentiarum reducendo scilicet posteriores differentias generibus, quia hae differentiae quae sunt principia essendi erunt principia cognoscendi, ut patet in differentiis quae sunt per magis et minus, et per rarum et spissum et alia huiusmodi. Ista enim rarum et densum et talia reducuntur ad magnum et parvum. Omnia enim haec significant superabundantiam et defectum. Et omnes figurae cum asperitate et lenitate omnia reducuntur ad rectum et curvum, quae sunt per se differentiae ad figuram pertinentes. Et similiter oportet quod alia reducantur ad esse mixtum vel non esse mixtum, quia quaedam res quarum esse est in eo quod miscentur, non esse vero earum in eo quod opposito modo se habent.

Deinde cum dicit palam igitur ex his, ostendit quomodo praedictae differentiae se habeant ad substantiam. Et dicit ex dictis esse manifestum quod si substantia est causa essendi unicuique rei, quod in praedictis differentiis quaerendum est quae sit causa essendi unumquodque eorum. Nulla autem harum differentiarum est substantia, idest forma vel quod quid est, nec etiam coniuncta materiae. Sed est in unoquoque materia simile. Praedictae vero differentiae significant formam et quod quid est praedictarum rerum, nullam autem harum praedicamus de substantia sicut materia. Et actus proveniens ad genus. Sed eadem proportio invenitur in eis quae est in substantia. Sicut in substantiis differentia quae praedicatur de genere et advenit ei ad constitutionem speciei, comparatur ad ipsum ut actus et forma. Ita et in aliis definitionibus. Non enim est intelligendum quod differentia sit forma et genus materia, cum genus et differentia praedicentur de specie, materia et forma non praedicentur de composito. Sed hoc dicitur quod genus sumitur ab eo quod est materiale in re, differentia vero ab eo quod est formale. Sicut genus hominis est animal, quod significat aliquid habens naturam sensitivam, quae materialiter se habet ad naturam intellectivam. Rationale autem sumitur, quae est differentia hominis. Rationale vero significat aliquid habens naturam intellectivam. Et inde est quod genus habet differentias in potentia, et quod genus et differentia proportionantur materiae et formae, ut Porphyrius dicit. Et sicut hic et hic dicitur quod in hiis actus vel differentia praedicatur de materia vel de genere. Et similiter est in aliis generibus. Sicut enim si velit diffinire limen inferius dicet quod est lapis vel lignum taliter positum, ita quod positione lapidis et ligni est ut materia, et talis modus positionis est ut forma. Et inferius quibusdam additur finis ac utilitas, forma dicitur. Et similiter in definitione cristalli aqua est ut materia, congelatio vero ut forma. Et in definitione symphoniae acutum et grave ut materia, et modus commixtionis ut forma. Et sic est in omnibus aliis.

Deinde cum dicit palam igitur ex his etc. concludit ex premissis duo corollaria. Quorum primum est quod diversarum materiarum diversi sunt actus et formae, in quibusdam enim est actus compositio, in quibusdam autem positio, et aliud aliorum.

Secundum ponit ibi, vel diffinientium etc. Et est quod cum in definitione unum comparetur ad aliud, ut actus ad materiam, quaedam diffinientium differentias rerum tantum materiam insufficienter diffiniunt, ut sic diffinientes domum per cementum et lapides et ligna, quae sunt materia domus. Quia talis diffinitio non notificat domum in actu sed in potentia. Qui vero dicunt quod domus est cooperimentum prohibens imbres et corpora dicunt formam domus, sed non materiam. Qui autem dicunt utrumque diffiniunt compositam substantiam. Et ideo composita definitio est perfecta. Ratio enim quae sumitur ex differentiis pertinet ad formam, quae vero ex partibus intrinsecis pertinet ad materiam. Et similiter huiusmodi definitionibus etiam Archytas approbabat sicut quod malacia, id est quies, est dispositio aeris quae est sine vento, quies in multo aere. Silentium enim idest modicum de aere in aliquo vase incluso quiescat dicitur malacia. In qua definitione aeris est ut materia et quies ut forma. Et similiter cum dicitur tranquillitas est planities maris, mare est ut materia et planities ut forma.

materia et tales differentiis est ultima. forma uero est
actus. Indiffinitione et dicit materia ut partes. actus
et forma totius. Deinde cum dicit. palam igitur
ex hiis epilogat quod quid est dictum est et est planum in
textu. oportet et non ignorare et cetera. postquam inquisiuit philosophus
principia istius sensibilis substantie quod ista sensibilis composita ex
materia et forma nunc et de principio materiali et formali decli
nare intendit inquirendo ea que sunt consideranda
circa utrumque et diuiditur in partes duas. In prima inquirit
ea que sunt consideranda circa principium formale. In secunda ea
que sunt consideranda circa principium materiale. ibi. sed de materiali quod
substantia et cetera. et quod pluribus partibus principii formalis tetigit
id determinauit de principio formali. secundum ea que pluribus po
suit. plures et posuit formas rerum esse species
et numeros. unde prima pars diuiditur in duas. In prima de
terminat de principio formali per comparationem ad species. In
secunda per comparationem ad numeros ibi. palam autem quod si sunt
quodammodo numeri et cetera. ponebat et pluribus tamen de formis
per comparationem ad species. Aliquorum primum est quod nomina
specierum significant tantum formam non autem formam tantum materiam quod
forma est aliquid preter res materiales. Secundum est quod forma
est ingenerabilis et incorruptibilis. Tertium est quod forme
sunt separate a sensibilibus. unde prima pars diuiditur in. 4. secundum
quod ad. 4. in. 4. partibus inquirit. secunda pars incipit
ibi. non uidetur autem quod generantibus et cetera. tertia ibi. utrum igitur
et cetera. quarta ibi. sed si sunt corruptibiles et cetera.
circa primum tria facit. primo mouet questionem dicens quod ne
cessarium est scire quod aliquando dubium est utrum nomen
speciei significet substantiam compositam aut formam tantum
sed ad quod est loco actus. ut hoc nomen domus utrum
significet compositum ex materia et forma. puta quod domus significat
cooperimentum constitutum ex cemento et lapi
dibus ordinatum ut decet. ista cooperimentum
est sicut forma cementum et lapides ut materia. aut per
actum nomen significat tantum actum et speciem. scilicet
cooperimentum et sic utrum hoc nomen linea significet
dualitatem et longitudinem aut dualitatem
tantum. hoc non dicit quod platonici posuerunt numeros esse formas
magnitudinum. dicebant enim quod punctus nichil aliud
est quam unitas positionem habens unde quod posita sunt. quod nomen
le unitas ut formale et sic ponebant quod du
alitas erat forma linee unde quod linea nichil aliud
est quam dualitas in longitudine et cetera. igitur philosophus utrum
hoc nomen linea significet dualitatem tantum que forma
aut dualitatem in longitudine sit forma in materia
et similiter utrum hoc nomen animal significet animam in
corpore quod forma in materia aut animam tantum que
est forma corporis organici. Secundo ibi. erit autem
utrisque. ostendit quid secundum aliquid dicitur quod nomen
speciei utroque modo secundum diuersimode significando unum. scilicet

significaret formam tantum. quibus et forma in materia. unde
dicitur utroque in utraque significatione aliquis accipiet. non uniuoce
quidem una ratione dictum sed analogice sicut est in illis
que habent nomen unum propter hoc quod referuntur ad
unum [illegible] omnino. non speciei non diceretur de composito nisi secundum
ordinem ad hoc quod dicit secundum formam tantum sicut platonici
posuerunt. ponebant enim quod homo qui est compositus
ex materia et forma dicitur secundum participationem hominis per se
aliis que est forma tantum. Tertio ibi. sed tamen et hoc ad
aliud dicitur differunt. ostendit philosophus ad quod tendit
predicta quod dicit quod si nomen speciei significet substantiam
compositam aut significet formam tantum hoc facit differentiam
quantum ad aliquid. sed ad questionem istius sensibilis nullam differentiam
facit. manifestum enim est quod ista sensibilis composita est
ex materia et forma ad quid et differat utrum sic uel
sic contingit inquirere. manifestum est quod si aliqua res est que
sit forma tantum et actus quod erat esse existat
ei. id est quod erat esse erit idem cum eo sicut idem est
anima et anime esse et anima et quod erat anime. sed uero
aliquid est compositum ex materia et forma non erit idem cum eo
et res ipsa. sicut non idem est homo et hominem esse. et hoc non forte
dicetur anima tantum secundum illos qui dicunt quod nomina specierum
significant formam tantum et sic patet quod aliqua res est cum
idem est quod quid erat esse suum. scilicet que est composita ex materia
et forma et hoc ideo est quod quod quid erat esse idem est quod
significat diffinitio. diffinitio autem significat naturam speciei. si autem
aliqua res est que sic composita ex materia et forma oportet
in illa re sic aliquid preter naturam speciei. cum enim materia sit
individuationis principium oportet quod in quolibet composito ex
materia et forma sint principia indiuiduantia que
sunt preter naturam speciei. unde hoc res non tota est
quod erat. sed quid hec preter hoc. sed si aliqua res est que
sit forma tantum non habet aliqua principia indiuiduan
tia preter naturam speciei cum ipsa forma per se existens per se
ipsam indiuiduetur et ideo ipsa res nichil est aliud
quam quod quid est esse eius. sic igitur patet quod si nomen speciei
significet formam tantum erit res idem est quod quid erat
esse suum sicut homo est quod quid erat esse suum et cetera et
anima et huiusmodi. si autem nomina speciei significant compositum ex
materia et forma tunc non idem erit rebus quod quid erat
esse earum. Deinde cum dicit. Non uidetur autem quod generantibus
preter predictorum. sed quod forma sit preter res materiales
dicunt quod platonici mouebantur. utitur questione
non uidetur quod sillaba sit ex elementis et compositione. quod compositio
que est forma sillabe sit preter sillabam. sic etiam et sic
limen ut dicit quod domus sit cementum et compositio quod
domus constituatur ex hiis sed non ex partibus materialibus
et sic ipse dicit quod si forma esset una de par
tibus materie dependeret ex materia et sic indiget esse
et sic. quod compositio et mixtio que sunt formalia principia

no[n] ostendit ex hoc q[uod] p[ro]ponit q[uod] cum unio
e[st] sic n[on] aliq[uid] q[uo]d forte ostendit ex ea ... b[ene] o[portet]
hac ... ostendit ex ponere q[uod] unio forme et ... n[on]
e[st] ... q[uod] si ponat[ur] q[uod] al[ia] ... sic ... h[oc]
n[on] erit al[ia] ... b[ene] erit ad ... p[er] h[oc] ... n[on] e[st]
eius n[on] ex eis ... tam[en] for[ma] ut dicu[n]t plo
nici q[ui] aufert ... additionib[us] re[rum] ... hoc
p[ro]p[ter] ee ... forma ... p[er] ...
... et ... n[on] ... sic ...
sic illa ... separata ... h[oc] ... sic ...
ponit ... et for[ma] ... sic forma ... Deinde
cum dicit necesse g[enerationis] et c[etera] p[ro]be[a]t ... p[ro]p[ter]
... q[uod] for[ma] ... plonici ... sempiterne et incor-
rup[tibi]les. unde concludit ex dictis q[uod] necesse e[st]
for[mas] ... ee sempiternas ... plonici ... possint
ponere ... q[uod] dicebant for[mas] re[rum] ee
sempiternas ... necesse e[st] forma[m] ee corrupt[ibi]lem
... sine h[oc] q[uod] corrumpatur p[er] se ... ee
... sine h[oc] q[uod] ... p[er] se q[uod] ... sing[u]l[ari]a
... q[uod] no[n] ponit formas separatas ... in ma[teria] ex
... for[ma] no[n] potest corrumpi p[er] se ... g[e]n[er]ari
... utrum ... de ... gen[er]at ...
h[oc] q[uod] ... p[ro]batum e[st] q[uod] nullus fac[it] forma[m]
... for[ma] g[e]n[er]at[ur] ... p[er] se ... p[er] se eius
et g[e]n[er]ari ... et ... e[st] q[uod] ... q[uod]
... ex ... unde ... cum sit ...
ex ... et for[ma] ... et g[e]n[er]atur ex hoc ... in illis
principiis individuantib[us] ... deinde e[st] q[uod] for[ma]
n[on] e[st] eius n[on] ex eis ... unde ... q[uod] for[ma] n[on] sit n[on]
g[e]n[er]at[ur] p[er] se. Deinde cum dicit ... corrup-
... et c[etera] ... q[uod] plo[nici] ponebant
formas ... separatas et ... fac[it] ...
... sit dubium ... hoc p[ro]p[ter] dicit q[uod] n[on]
e[st] ma[nifestum] ... for[mas] re[rum] corrup[tibi]les ... sep-
arabiles ut plonici posuit. Etiam ibi. actu
q[uod] quorum ... et c[etera] ... ma[nifestum] ee ...
h[oc] ... dicit ma[nifestum] ee q[uod] ... corrup[tibi]lium for[m]e
n[on] ... separari ... no[n] po[ssibi]le e[st] ee p[er] ...
... sic ... q[uod] for[ma] ...
... n[on] p[ro]p[ter] ee ... Et ideo ibi. forsan
et c[etera] ... excludit ... obviac[i]o[n]em dicit
q[uod] for[m]e artificialium forsan no[n] ... n[on]
... ad p[er] se ... separari no[n] potest et ...
... aliorum artificialium q[uod] no[n] sunt ...
... in rebus corrup[tibi]lib[us] ... ee ...
for[m]e ... artificialium ... for[m]e ... valet
... q[uod] ... plo[nici] ... posuit for[mas] ar-
tificiales ee separatas ... valet
... ibi. qui dubio et c[etera] ... manife[stum]

... q[uod] p[ro]p[ter] ... dicitur q[uod] si ponatur for[m]e
separate ut plonici posuit dubio q[uod] anti-
... dubitaverunt ... indocti ...
... q[uod] plonici ... dicebant ... q[uod] n[on] e[st] ad
... diffinire ... q[uod] ... rei q[uod]
... rei sic ... n[on] ... p[er] ...
... ex ... i. diffo q[uod]
assignatur rei e[st] oro longa ex multis ...
... n[on] ... q[uod] ... q[uod] ... e[st] ...
sic ... dicit q[uod] diffo argenti no[n] significat
argentum ... significat ... p[l]umbum ... stangnum
... ad ... q[uod] ...
diffinire ... sic ... sic ...
... ea ... ex quib[us] ... cum sunt simplicia
no[n] ... diffiniri ... e[st] ... q[uod] ... diffinitiva
... alio ... q[uod] ... e[st] ut for[ma] ... n[on] ...
... g[e]n[us] ... et ... ut ... e[st]
q[uod] ... re[rum] ... for[m]e ut plonici po-
suit no[n] ... diffiniri. palam ... q[uod]
et si ... q[uod] ... determinat de formis
... q[uod] ... ad ... introducat ap[er]tione ... sic
determinat de eis ... ad ... q[uod] plo[nici]
ponebat formas et ... re[rum] reducendo
... assimilationis for[m]e ad ... et
... in ... q[uod] ... assimilat forma[m]
... dicit ... q[uod] ... e[st] q[uod] si ... aliq[ui] ...
sunt ... re[rum] ... for[m]e ... sic ... ex ...
... Non ee ... unitatum ... plonici
... unitatum ... simp[lices] ... abso-
lute ... ad ... re[rum]
sic ... cum ... hoies ... re-
r[um] q[uod] significat diffiniones ... e[st] ...
diffo ... in ... q[uod] ... ut for[ma]
... ut ... e[st] ... e[st] ...
... diffiniones ... ad aliq[ui]d
... Non ... diffiniones ... ut
... infinitum ... diffo ... diffinitio ...
et ... diffo ... et ... no[n] p[ro]-
cedit ... infinitum ... p[ro]cedere in infinit[um]
... sic ... et ... ut ... p[ro]bat et
sic diffinitionis ... no[n] ... q[ui]dditatis
... q[uod] e[st] ... infinitum ...
... Deinde ibi. et ... n[on] ...
ponit ... assimilatio[n]em ... significat. diffo
ad ... et dicit. si ad addatur ...
aliquid ... et si ... n[on] erit ...
... numeru[m] ... e[st] ... q[uod]
si addatur ... q[uod] e[st] ...
... ab eod[em] ...

qui est et alia species vini et hoc ideo est quia ultima differentia dat
speciem vino. et similiter est in diffinitionibus et magis quando erat
esse. quia sequitur diffinitio. quia quelibet additio vel ablatio est alia
diffinitio et alia natura speciei. sicut in libro anima sensitiva tamen quod est
diffinitio animalis addat rationale constituunt speciem hominis. similiter
de Nicholas sensibile constituunt speciem plante quia et ultima
differentia dat speciem. Secundo ibi. et mixtum omne esse et cetera. ponit
tertiam assimilationem. et dicit quod mixtum est id quod est unum
est in parte ipsum una. igitur ultima unitas dat mixto speciem
et unitatem. sicut et rebus conveniunt extrema et forma. perfectio
est quod unum et unitatem et speciem servat. et ipse hic loquitur
de unitate mixti ac si mixtum non esset unum perfecte
ipsum non posset dicere quod est unum sicut est unius. cum non
contingat ex multis unitatibus unum esse verum simpliciter.
Sed unitas congregationis. in eo primo de continuatione
que non facit simpliciter unum et per consequens neque erunt in aliqua specie
constitutivum et sic neque mixtum erit aliqua species entis.
mixtum — cum sit nullo vero simpliciter. et non perfecte ipsum. dicendum est quod
faciat eum unum ex multis unitatibus quia non est assi-
gnare. et similiter diffinitio est una perfecte ipsam et quod non habet
assignare aliud per quod fiat una et hec rationabiliter acci-
dit. quia per eandem rationem sicut quod sequitur diffinitio est ita
unum sicut et mixtum. scilicet perfecte ex hoc quod una pars eius est ut
forma alteri et non est una ut materia sicut unum actu et po-
tentia. sicut quidam dixerunt. sed quod utraque earum est ut forma
et materia quedam. Quarto ibi. et quadam non mixtum et cetera.
ponit quartam assimilationem. et dicit quod sicut mixtum non sus-
cipit. magis et minus. ita neque alia. que dicit secundum speciem
sed forte illa que dicit secundum materiam sicut in toto mixto manifeste
determinato consistit cum non est addere nisi secundum hec ut
determinatum est. ita et toto forma sed magis et minus. contingit
quod materia perfecta vel minus perfecte formam participat. unde et
albedo non suscipit magis et minus sed album.

de generatione et corruptione — Deinde cum dicit. Epilogat que dicta sunt. dicens
quod determinatum est de generatione et corruptione tamen secundum
formam. quomodo contingit quod patiuntur et quomodo est impossibile quod perfecte
et de anologia vel de reductione earum ad mixtum
per unam assimilationem. Est de mixtis autem et cetera. propter
eorum presentem est ea que consideranda erant de forma
prima nunc determinat de primo mixto. et dividitur in partes
tres. primo vero determinat de mixto primo per comparationem
ad ea que fiunt ex materia. Secundo per comparationem ad alias
causas ibi. generatur de una materia existente. tertio per comparationem
ad consummationem generationis et corruptionis que sunt
est materia ibi. quem de sine generatione. circa primum duo
facit. primo manifestat utrum omnium sit una vel plures
species materia et dicit quod omnia non latere debemus quia
quia hec omnia sunt ex eodem primo mixti primo quod est materia prima
deste nullam habens formam. cum ex eisdem mixtibus

principium ut primum quod dictum supra minima elementa que terre prima mixta
genera omnibus generabilibus et corruptibilibus et hec sunt eadem
materia ut prima habens que fiunt secundum dictum supra hec quod materia non
est tamen principium in esse sed et mixta. hec magis prima materia et
elementa conveniunt se habeant ad elementa. tamen est hec res est
aliqua propria materia. ut materia prima flagitans non simpliciter. sed in
genere. sicut dulcia cum pinguia. hec enim habent quan-
dam assimilationem. cum flatus ratione sue humiditatis
colere non prima materia. sicut amara. cum alia quedam habet
hic amaritudinem. vel ubi calor omnino habet dominium super humi-
ditatem. ubi ad eius consumptionem et sic ratione
siccitatis et caliditatis assimilitate habet cum cole-
ra. hec duo materia scilicet amara et dulcia. forsan sunt
ex aliis prius multi potentiis. addit autem forsan quia
quoniam dicendum est sic dulcia materia quia eorum materia non redu-
citur in aliquo priori. sic corpora corruptibilia et incorruptibilia
est hic generatur quod hoc dicitur accipi. patet quod prima materia est una omnium
generabilium et corruptibilium hec ipse materia sunt dulce dul-
cior. Secundo ibi. fuit autem plures materia et cetera. dicit de quo
eius unius sunt plures materia dicitur quod eius ratione. sunt
plures materia quia una earum est alterius materia. sicut materia
flagitans sunt pingue et dulce. pingue est ex
dulci pinguius. vel sapor sunt medio sapores
componitur. medii autem sapores fiunt ex primis
qui sunt dulce et amarum. sed pingue est prius
dulci. Considerandum non est quod in illis ex materia
autem resolvitur ex quo ad fit. hec non sit propria
ment sed emulent. nec generatur ad extimarum quod sic
ad fit dicit ex multis primo non eius lenigatur quod
et excolera. dicitur ad fit per resolutionem colere in prima
materia et eius colera fit ex prima materia. quod dupliciter ad fit
ex altero cum quod id ex quo fit est ei primum natu-
ra in via generationis. hic vero est ut prima. cum quod
factio est resolutio in principium ut est in terra. et quod ex
compositione per resolutionem ut prius fit dicitur. sic
enim corpus mixtum ex elementis per compositionem. elementa non
ex corpore mixto per resolutionem. Deinde cum
dicit. generatur una materia existente et cetera. de-
terminat de materia per comparationem ad alias causas et primo
per comparationem ad agentem causam que ex materia ad fa-
cit que quod comparatio potius ad materiam propter quod est prima
fiendi. secundo per comparationem ad omnes causas prout
materia est prima cognoscendi ibi. qui vero quod quis et cetera
et cetera quod vero superius dixerat quod una materia erat
prima omnium possit aliquis dubitare quomodo existente una
diversitas rerum procedit. antiqui vero naturales
attribuebant hoc causam. tollentes causam
agentem ponentes raritatem et densitatem
existentem materiam rerum diversitatis provenit. hec generatur et cetera.

33 m-4

mouent phis dicit primo quod contingit una materia existente
sed diuersa propter mouentem causam. aut quia est alia et
alia causa mouens. aut quia eadem causa mouens
habet se ad operandum diuersa quod maxime in artifici
bus. uidemus enim ex ligno fieri archam et lectum ab
uno artifice secundum diuersas formas artis quas
apud se habet quia uero licet materia prima sit communis omnibus tamen
materie proprie sunt diuerse diuersorum. ideo nec oportet totam di
uersitatem rerum attribuere mouenti et ultimo materia
uel loco primo distinguit quod in quibusdam diuersorum ex
necessitate est diuersa materia propria. sicut serra non fit ex ligno
nec est in potestate artificis ut hoc faciat. unde
enim unam materiam attribuit causis oppositis. scilicet non enim
potest facere serram ex lana uel ligno quia propter mo
litiem suam non sunt apta ad opus serre quod
est secare. patet igitur quod diuersitas rerum est ex mouen
te et materia. sed quandoque contingit aliquid idem numero fieri
ex alia et alia materia sicut phialam ex argento
et auro. manifestum est quod principia mouentia oportet esse eadem
scilicet artem. si enim materia esset diuersa et mouens
diuersum necesse esset quod et factum esset diuersum. Deinde
cum dicit. quando uero quis querit et cetera. determinat
de materia per comparationem ad alias causas. et quia materia est
cognitionis principium. et circa hoc tria facit. primo ostendit quod oportet
reddere materiam cum aliis causis in generabilibus et corruptibilibus.
Secundo ostendit quomodo se habet materia in substantiis naturalibus perpe
tuis ibi. In naturalibus quidem et cetera. Tertio quomodo
se habet in accidentibus ibi. Sed quorum quidem et cetera. circa primum
tria facit. primo enim quod antiqui ualent assignantes
tantum materiam causam /materialem. dicit primo quod quia dicitur de aliquo
quid est causa eius cum pluribus dicantur cause oportet
omnes assignare contingentes. idest quorum contingit
esse unius rei. scilicet non enim sufficit dicere omnem causam
naturalem tamen et maxime generabilium et corruptibilium oportet
omnes habere ut hominis causa quae materia in generatione ipsius
sunt menstrua causa mouens sperma finis quod est
uirtus actiua. causa formalis quod quid erat esse. idest
id quod significatur per diffinitionem eius. sed finis est causa.
hec autem due cause. scilicet finis et forma forte sunt idem
nunc quod quid dicit quia in quibusdam causa sunt
idem et in quibusdam non. finis enim generationis est anima. finis
enim operationis eius est felicitas. Secundo ibi. oportet autem
proxime causas dicere et cetera. ostendit quod non solum oportet assi
gnare omnes causas sed oportet dicere et causas proximas
ut incipiendo a causis primis procedamus ad
causas proximas. patet enim primas habet cognitio de
re aliqua solum et uniuersaliter et in propinquioribus patet et
proximas habet cognitio rei et perfecta sicut significat
quantum causam materiae hominis non oportet assignare per causas ignis
aut terra que sunt materia communis omnium generabilium et corruptibilium
sed oportet assignare propriam materiam ut carnem et os et huiusmodi. tertio
ibi. quod cum naturales causas et cetera. epilogat quod dictum
est et dicit quod circa naturales substantias et generabiles
necesse est sic inquirere ut dictum est. si aliquis recte consideret
causas ut scilicet omnes assignet et proximas et hoc necesse
est ex eo quod hec cause sunt et tot ut dictum est. et
oportet causas cognoscere ad hoc quod aliquis sciat quia scire
est causam cognoscere. Deinde cum dicit. In naturalibus
quidem sempiternis et cetera. ostendit quomodo sit materia in substantiis
naturalibus et perpetuis scilicet in corporibus celestibus
dicens quod in naturalibus et perpetuis substantiis scilicet cor
poribus celestibus non est eadem materia sicut in corporibus
generabilibus et corruptibilibus. forsan enim talia quedam
esse non habent materiam aut non habent non habent talem quale
habent generabilia et corruptibilia. sed solum secundum potentiam que est in
motu locali ut enim supra dictum est in rebus generabilibus
et corruptibilibus generatio et corruptio inducit in eis cognitionem
materie que in generatione et corruptione oportet esse unum
subiectum quod est ad priuationem et formam. unde cum motus
celestis non sit potentia ad priuationem formae sed solum ad
diuersa loca non habet materiam que sit in potentia ad formam
et priuationem sed que est in potentia ad diuersa loca. corpus
autem comparatum ad locum non sic materia ad formam sed
magis sicut subiectum ad accidens. et hec comparatio
ubi ad accidens sit quodammodo ut materia ad
formam. non tamen subiectum est idem materia sicut materia
dicitur. et sic corpus celeste. scilicet ullo modo habet
materiam sed tamen subiectum materia non dicitur. ubi habet in
ad ubi. sed subiectum diuersum materia. Deinde cum dicit.
Sed quorum natura et cetera. ostendit quomodo materia attribuatur
accidentibus. et dicit quod illa que sunt secundum naturam
non tamen sunt substantia sed accidentia non habent materiam ex
qua sunt sed subiectum est eius subiectum. subiectum autem habet
ad accidens modum in quo est receptiuum accidentis
diuersi et causa magis materia non habet actu esse nisi per
formam. subiectum autem non constituitur in esse per accidens si
quaeratur que sit causa eclipsis non est assignare que
sit materia sed quid est subiectum patiens talem passi
onem causa autem mouens que corrumpit lumen
est terra interposita diametraliter inter solem et lu
nam et causam uero finalem forsitan non est assigna
re. causa enim que ad defectum pertinet non est per finem
sed magis preueniens ex necessitate materie. per causam
agentem. dicit forsan quod cetera defectus causa
et singula que contingunt in motibus ce
lestibus est ualde difficilis. Sed tamen uero formalis eclip
sis est diffinitio eius sed hec diffinitio non est manifesta nisi ita

ponatur causa, ut quod eclipsis lune est privatio luminis
in luna. Sed si addatur quod ista privatio est causata
a medio obiecta inter solem et lunam diametraliter
secundum dictos erit cum causa / sic. Hic patet ut homo accipiatur quod
est sompnus. Sed in sompno non est manifestum quid est
primum idem patiens habens passionem. Sed hoc manifestum
est quod animal est idem sompni. Sed secundum quid primo sompnus
insit animali utrum sit cor vel aliud a quo aliquid tale non est
manifestum cum quidam ponunt primum instrumentum sensus esse cerebrum
quidam vero cor. sompnus autem est quies operationis
sensus. Considerandum oportet considerare habito illo sompni
aliquo sit a causa agente sit sompnus utrum ab
evaporatione alimenti aut labore aut aliquo huiusmodi.
Considerandum oportet considerare que passio sit illius scilicet secundum quod
primo inest sompnus animali et non totius animalis. quod sompnus
est quedam immobilitas. Sed ea competit animali per
aliquod primum quod est idem talis passionis et primum oportet
ponere in diffinitione sompni. sicut et quando accidens di-
citur per proprium suum primum idem. color enim diffi-
nitur per superficiem et non per corpus. Considerandum cum dicit
quedam vero quedam sunt sine generatione etc. determinato
autem de materia comparatione ad transmutationem
unius ad alterum et postquam ostenditur quomodo diversimode se habet
transmutatio in diversis. hic movet quandam du-
bitationem. ibi. habet autem dubitationem. dicit ergo primo quod
quedam que sunt et que non sunt sine generatione
et corruptione sicut hec quod ipsa per se generentur et cor-
rumpantur sicut puncta et universaliter omnes species et
forme sive sint qualitates seu accidentales
non enim album per se loquendo fit, sed lignum
album. omne enim quod fit, fit ex aliquo scilicet materia
et fit aliquid ad quod terminatur generatio quod est forma
et sic omne quod fit est compositum ex materia et forma.
unde ea que sunt forme tantum per se fieri non
possunt. cum ergo dicitur quod contraria fiunt ex adin-
vicem diversimode intelligendum est in compositis
et simplicibus. aliter enim fit albus homo ex
nigro homine et aliter nigrum ex albo. quia albus
homo sicut compositum et ideo per se potest fieri. sed albedo
sicut forma tantum. unde non fit nisi per accidens
ex nigro. patet ergo ex predictis quod non omnium rerum
est materia sed illorum que per se generantur et transmu-
tantur in invicem. illa vero que quandoque sunt et quandoque
non sunt sine hoc quod transmutentur per se non se habent
quod eorum non est materia ex qua fiunt. Sed habent
idem in quo sunt per materiam. Considerandum cum dicit
habet autem dubitationem etc. movet dubitationem quomodo se
habet materia cuiuslibet quomodo materia se habeat
ad contraria utriusque. sed ita sit quod in omnibus que

videntur contrarietatem aut oppositionem habere. materia equaliter
vel eodem ordine sit in potentia ad utraque opposita.
sicut sanitati opposita infirmitas et illud unum in
potentia ad utrumque equaliter et eodem ordine. sanitas enim
temperantia equalitas quedam humorum. infir-
mitas vero inequalitas. inequalitas vero et equalitas
eodem ordine se habent ad suum idem. videtur ergo quod
vinum et acetum sunt contraria et que est materia contrarii
humorum sit in potentia et equaliter se habeat ad utraque.
Sed possit dici solvendo quod hoc non est verum. forma
enim vini se habet ut habitus quidam et species. forma autem
aceti est ut privatio quedam et corruptio vini. sicut ergo
materia se habet per prius quandoque ad vinum sicut ad habitum
et ad speciem. ad acetum autem sicut ad privationem et
ad corruptionem vini et non comparatur ad acetum nisi
mediante vino. secundam dubitationem movet ibi. dubitatio autem
quedam est. que talis est. videlicet ex quo fit ad vinum esse materiam illius
sicut ex elementis fiunt corpora mixta et sunt materia eorum
cum ergo ex vino fiat acetum et ex vivo fiat
mortuum. dubitatur quare vinum non sit materia aceti
et vivum materia mortui et ordinentur ad ea sicut
potentia ad actum. Sed ad hoc solvendum quod acetum est
corruptio ipsius vini. mortuum corruptio vivi. solo
ergo acetum fit ex vino sicut ex materia. neque mor-
tuum ex vivo sed per accidens dicitur ex eo fieri. quod quidem
fit ex materia eius. unde aliquis non est materia phiale
sed argentum. sic vinum non est materia mortui
sed materia vini que est elementa. Et autem dicitur ex vivo
fieri mortuum vel ex vino acetum sicut reversuntur
ad ipsam formam vini vel animalis. hoc ipsum ex
significabit ordinem quia scilicet in eadem materia post
formam vini est acetum. et post formam animalis est
mortuum per eum modum dicimus quod ex die fit nox
et ideo quecumque sic transmutantur ad invicem sicut
ex vino fit acetum et ex animali mortuum non
fit quando transmutationis nisi redeatur ad materiam
sicut si ex mortuo debeat fieri animal vivum oportet quod
primo redeatur in materiam primam. inquantum corpus mortuum
resolvitur in elementa et ex elementis iterum ordine
debito venitur ad constitutionem animalis et similiter
de aceto et vino et hoc ideo est quia quecumque materia se habet
ad diversa per ordinem non potest ex posteriori re-
diri in id quod precedit per ordinem. sicut igitur
animalis ex cibo fit sanguis et ex sanguine semen
et menstruum ex quibus generatur animal. non potest converti
iste ordo. scilicet ut ex semine fiat sanguis aut
ex sanguine cibus nisi per resolutionem in primam materiam
ex eo quod est rei est terminatus modus generationis
et sic quod materia vini non comparatur ad acetum nisi per

unum magis. scilicet est corpus unum. et similiter est de mortario
et vino et ceteris huiusmodi et ceteris. et in omnibus
predictis non fit reditus a privatione ad habitum nisi per resolutionem
ad primam materiam. Si autem fuerit aliqua privatio ad quam materia in
medio ordinetur, quod scilicet includit aliquid significatum et negationem
forme in materia tali ordine ad formam, a tali privatione
potest fieri reditus ad formam sicut a tenebris ad
lucem quia nox quod dicitur non absentia lucis in dyaphano.
[E]x ratione vero diffinitionis etc. Postquam philosophus de
terminavit de principiis materie et forme, hic incidenter
determinare de unione eorum ad invicem. et circa
hoc tria facit. primo movet dubitationem. secundo solvit ibi
palam igitur quia si accipiantibus etc. Tertio ex
cludit falsas opiniones circa predictam questionem ibi
propter hanc vero dubitationem etc. Circa primum ponit rationes
ex quibus ostenditur quod esse dubium esse. dicens quod circa
questionem que superius tacta est circa diffinitiones et numeros
quid faciat utrumque esse unum. hoc considerandum est quod
omnia que habent plures partes et totum eius non est
sola coacervatio partium sed aliquid ex partibus constitutum
quod est preter ipsas partes habent aliquid quod facit eius unum.
In quibusdam enim corporibus sicut unitatem habentibus causa
unitatis est contactus. in quibusdam viscositas aut
aliquid aliud huiusmodi. Manifestum autem est quod diffinitio ratio
est una ex pluribus constans. non est una per solam
coacervationem partium sicut ylias id est poema fictum
de hystoria troiana quod per solam aggregationem
est unum. diffinitio autem est unum simpliciter. est enim significativa
unius. unde restat dubitatio quid est quod facit diffinitionem
hominis esse unum et hominem cuius ratio est diffinitio. cum
enim homo sit et animal et bipes que videntur esse duo maxi
me dubitatur cum homo sit animal bipes quare hoc est
unum et non plura. [S]ecundo ibi. At quod et si est etc.
ponit rationem questionem que ostendit dubitationem dicens quod
alia ratio dubitationis occurrit circa predictam questionem. Si enim
quod quidam dicunt. scilicet hoc ipsum quod est animal sit aliquid per
se existens et separatum et similiter hoc ipsum quod est bi
pes quod platonici posuerunt. Si enim sic est videtur quod
quare homo non est illa duo aggregata ita quod homines
participarent non tantum homines vel participatione hominis unius
participatione aliorum unius. sed participatione duorum
que sunt animal et bipes. et sic homo non erit unum. sed
duo. scilicet animal et bipes. [D]eterminatio tamen dicit. palam
autem etc. solvit predictam dubitationem. et circa hoc duo fa
cit. primo proponit unum apparentem viam ad solutionem
dubitationis dicens manifestum esse quod si aliqui acceperint
quod diffinitio est de positione platonis et consueverint et
consueti sunt notare rerum quod ponant universalia
separata sicut platonici determinare et dicere causam
unitatis non contingit reddere causam unitatis hominis et

solvere dubitationem predictam. Sed si ponatur sicut dictum
est quod in diffinitionibus unum est sicut materia aliud sicut forma
unum sicut potentia aliud sicut actus. quod talis facta est
ad solvendum quod dubitationem non videtur habere. Secundo ibi.
Est autem dubitatio. per unam premissam solvit predictam
dubitationem. et primo solvit eam in naturalibus
que generantur et corrumpuntur dicens quod premissa
dubitatio est eadem ac si quis queret … quid est rotundum
ponamus enim quod diffinitio huius nominis vestis sit es
rotundum et quod hoc nomen significet illam diffinitionem
cum queratur que est causa quare illa diffinitio es rotundum sit
unum non videtur esse dubitabile eo quod est es sicut materia
et rotundum sicut forma. Nulla enim alia causa est quare id
quod est unum nisi illa que facit id quod est in potentia esse
actu. et hoc est agens in hiis in quibus est generatio. unde est
hoc sit quod erat esse signatum per diffinitionem. scilicet id quod
est in potentia sit actu. Manifestum est quod agens est causa
in rebus generabilibus et corruptibilibus quare quod quid
erat esse est una diffinitio. [D]eterminat cum dicit
est autem materia etc. solvit predictam dubitationem in ma
thematicis et dicit quod duplex est materia. scilicet sensibilis et intelligibilis.
Sensibilis quidem que concernit qualitates sensibiles calidum
et frigidum rarum et densum et alia huiusmodi. cum qua
quidem materia concernitur tantum naturalia. sed ab ea abstra
hunt mathematica. Intelligibilis autem materia dicitur que ac
capitur sine sensibilibus qualitatibus vel differentiis sicut
ipsum continuum et ab hac materia non abstrahunt
mathematica. unde sive in naturalibus sive in
mathematicis semper oportet quod sit in diffinitionibus aliquid quasi materia
et aliquid quasi forma. sicut in hac diffinitione circuli mathematici
circulus est figura superficialis. et superficies est quasi materia
et figura quasi forma. Eadem igitur est ratio quare diffinitio
mathematica est una et quare diffinitio naturalis. sed in mathematicis
non sit agens sicut in naturalibus quia utrobique aliquid
est sicut materia et aliquid sicut forma. [S]ecundo ibi.
quecumque igitur non habent materiam etc. solvit predictam du
bitationem quantum ad ea que sunt omnino a materia separata di
cens quod quecumque non habent materiam intelligibilem ut
mathematica neque sensibilem ut naturalia sicut
sunt substantie separate statim unumquodque eorum est unum
aliquid. Substantie enim que habent materiam non statim unum
quodcumque est unum. sed unitas eorum est ex hoc quod
unitas advenit materie. Sed si aliquid est quod sit
forma tantum statim est unum quia non est medium po
nere ad quod ordine primum quod expectet
unitatem a forma. et ponit exemplum quod cum decem predicamenta
inventa non hoc modo se habent ex additione
differentiarum ad genera. sed hoc ipsum quod est ens materialiter
est quod eius non expectat additionem ad hoc
quod fiat hoc vel illud … quantum vel quale. sed statim

a primo est vel substantia vel quantitas vel qualitas et hoc est causa quare in diffinitionibus non ponitur neque unum neque ens ut genus, quia oporteret quod unum et ens se haberent ut materia ad differentias per quarum additionem esset aliquid, vel substantia vel qualitas. Et similiter id quod est separatum omnino a materia quod est omnino quod quid erat esse, ut quod quid est statim est unum sicut et statim est ens. Non enim est in eo materia expectans formam a qua habeat unitatem et esse, et ideo in talibus non aliqua est causa movens ad hoc quod sint, scilicet ad hoc quod sint unum. Habent tamen quedam eorum causam non influentem esse sine motu substantiarum eorum, et non sicut in generabilibus per que motum fiunt. Statim enim unumquodque eorum est aliquid ens et aliquod unum. Non tamen quod ens et unum sint genera quedam communia singillatim existentia preter singularia, ut Platonici ponebant. Propter eam autem dicit. "Propter eandem dubitationem etc." Excludit quandam falsam opinionem circa predictam questionem, et circa hoc tria facit. Primo ponit eorum sententiam, et dicit quod propter dictam dubitationem quidam scilicet Platonici posuerunt participationem qua scilicet inferiora participant superiora, ut hic homo hominem et homo animal et bipes, et inquirebant quid est causa participationis et quid participare ut eis sic notesceret quare est unum hoc quod dico animal bipes. Alii vero posuerunt causam unitatis hominis quamdam consubstantiam sive quo existentiam anime cum corpore, sicut si significaret in abstracto animam cum corpore, quidam dicentes animationem, sicut Licophron dixit quod scientia est medium inter animam et scire. Alii quod dixerunt quod ipsum vivere est medium per quod coniungitur anima corpori. Secundo ibi "Et quod eadem ratio in omnibus etc." Excludit dictam positionem, dicens quod si hoc bene dicitur de anima et corpore quod sit aliquod medium coniungens, eadem ratio erit in omnibus que se habent ut forma et ut materia, quare secundum hoc convalescere erit medium quo quedam compositio anime cum quadam coniunctione sive vinculum inter animam per quod solvitur aer et sanitatem, et esse trigonum erit quoddam medium coniungens figuram trigoni eri, et esse album erit quoddam medium quo coniungitur albedo superficiei, quod est manifeste falsum. Unde falsum est quod vivere sit medium quo coniungitur anima corpori, cum vivere nihil aliud sit quam esse animatum. Tertio ibi "Causa vero quod potentia et actus etc." assignat causam erroris predictorum, dicens quod causa quare talia posuerunt est quia inquirebant quid faciebat unum potentia et actu, et inquirebant differentiam eorum, quia oporteret ea colligari per aliquod unum medium sicut ea que sunt divisa per actum. Sed sicut dictum est, ultima differentia que scilicet est appropriata ad formam et ipsa forma se habet, aliud ut eorum est sicut potentia, aliud sicut actus. Unde simile querere que est causa alicuius rei et que est causa quod illa res sit una, quia unumquodque in quantum est unum est in potentia et actus quodammodo unum est. Quod enim est in potentia fit actu, et sic non oportet ea uniri per aliquod vinculum sicut ea que sunt penitus diversa. Unde nulla causa est faciens unum ea que sunt composita ex materia et forma nisi id quod movet potentiam in actum. Sed illa que non habent materiam simpliciter per se ipsa sunt aliquid unum sicut aliquid existens.

Ergo de primo ente etc. Postquam determinavit Philosophus de ente secundum quod dividitur per x predicamenta, hic intendit determinare de ente secundum quod dividitur per potentiam et actum, et dividitur in partes duas. In prima continuat se ad predicta et manifestat suam intentionem in hoc libro. In secunda prosequitur quod intendit ibi "Quod quidem igitur dicitur multipliciter etc." Dicit ergo quod manifestum est de ente primo ad quod alia omnia predicamenta entis referuntur, sicut ad ens primum, in quantum alia entia, scilicet qualitas, quantitas et huiusmodi, dicuntur secundum rationem substantie. Dicitur enim quantitas ex hoc quod est mensura substantie, et qualitas ex hoc quod est dispositio quedam substantie, et sic in aliis. Et hoc patet ex hoc quod omnia accidentia habent rationem substantie, quia in definitione cuiuslibet accidentis oportet ponere proprium subiectum, sicut in definitione simi ponitur nasus, et hoc declaratum est superius scilicet in principio septimi. Sed quia ens dupliciter dividitur: uno modo secundum quod dicitur aliquid quid scilicet substantia, aliquid quantitas, aliquid qualitas, quod est dividere ens per x predicamenta; alio modo secundum quod dividitur per potentiam et actum vel operationem, a qua derivatum est nomen actus ut postea dicetur, oportet nunc determinare de potentia et actu. Et primo determinat de potentia que maxime dicitur proprie, non tamen utilis est ad presentem intentionem. Potentia enim et actus ut plurimum dicuntur in hiis que sunt in motu, quia motus est actus existentis in potentia. Sed principalis intentio huius doctrine non est de potentia et actu secundum quod sunt in rebus mobilibus solum, sed secundum quod consequuntur ens commune. Unde et in rebus immobilibus invenitur potentia et actus, sicut in rebus intellectualibus. Sed cum dixerimus de potentia que est in rebus mobilibus et de actu ei correspondente, ostendere poterimus et de potentia et de actu secundum quod sunt in rebus intelligibilibus que pertinent ad substantias separatas, de quibus postea agetur. Et hic est ordo conveniens, cum sensibilia que sunt in motu sint magis nobis manifesta, et ideo per ea devenimus in cognitionem substantiarum rerum immobilium lib. ix

ex quo et species sentiunt actum sicut que sic habet
et quidem potentia que dicitur magis proprie non solum utilis
est ad quod volumus nunc. quia ista potentia que est in
rebus mobilibus maxime proprie dicitur. Non tamen hoc
solum dicitur potentia ut dictum est et utile est ad propositum in-
tentionem nostram quia de ea principaliter intendimus sed quia per eam
iuvat propositum devenimus. Secundo cum dicit quod quidem
igitur determinat de potentia tantum et dividit ipsum in tres.
In prima determinat de potentia. In secunda de actu ibi quoniam
vero de potentia secundum motum et cetera. In tertia de comparatione actus
ad potentiam ibi quoniam vero prius determinatum est et cetera.
Prima dividitur in duas. In prima determinat de potentia ista
secundum se. In secunda comparatione ad ea in quibus est ibi
quoniam hec quidem in inanimatis et cetera. Prima in duas. In prima de-
terminat de potentia. In secunda de actu ibi et impossibile et possibile
et cetera. Circa primum duo facit. Primo ostendit quot modis dicitur
potentia. Secundo manifestat quandam veritatem expositam circa
potentiam ibi palam igitur quod est quidem ut una et cetera. Dicit
ergo primo quod determinatum est in aliis scilicet in quinto huius quod
nomen dicitur potentia et posse. Sed ista multiplicitas quantum
ad quosdam modos est multiplicitas equivocationis
sed quantum ad quosdam analogie. Quedam enim dicuntur
possibilia vel potentia eo quod habent aliquod principium in se ipsis
et hec secundum multos modos secundum quos omnes dicuntur potentia non
equivoce sed analogice. Aliqua vero dicuntur possibilia vel
potentia non propter aliquod principium quod in se ipsis habeant et ita
non dicuntur potentia equivoce. Dicit ergo quod dimittende sunt po-
tentie pertinentes ad presens secundum quos potentia
dicitur equivoce. In quibus quedam enim dicuntur potentia non propter aliquod
principium habitum sed propter similitudinem quandam ut in geometria
dicitur enim potentia alicuius linee esse quadratum eius et
dicitur quod linea potest in suum quadratum et ternarius potest in
in numerum quia ternarius potest in novenarium quod
est quadratum eius eo quod ex ductu eius in se
ipsum facit novenarium ter enim tria novem
faciunt. ex linea enim que est radix quadrati
ducta in se ipsam fit quadratum et similiter est
in numeris. unde radix quadrati habet aliam similitudinem cum
ex qua fit res et propter hanc per quandam similitudinem dicitur
potentia in quadratum. Sic dicitur in mathematicis. Similiter
in logicis dicimus aliqua esse possibilia et impossibilia
non propter aliquam potentiam sed eo quod aliquo modo sunt aut non sunt.
possibilia enim dicuntur quorum opposita non necesse est esse vera. Impos-
sibilia quorum opposita non contingit esse vera. Et hec diversitas est
propter habitudinem predicati ad subiectum quod quandoque est re-
pugnans ei sicut in impossibilibus. quandoque non sicut in
possibilibus. Hiis igitur modis pretermissis considerandum est
de potentiis que reducuntur ad unam speciem. que

quibus earum est principium quod dicitur. et omnes potentie sic dicte reducuntur
ad aliquod principium ex quo omnes alie dicuntur et hoc est principium
activum quod est principium transmutationis in alio inquantum est aliud.
et hoc dicit quod potentia est que principium activum sive sit in ipso mo-
vente sicut passio sicut cum aliquid movet se ipsum non tamen per idem
est movens et motum agens et patiens. et ideo dicit
quod principium quod dicitur potentia activa est principium in alio inquantum est
aliud quia et si contingat principium activum esse in eodem
non tamen secundum quod est idem sed secundum quod est aliud. et quod ad unum principium
quod dicitur potentia activa reducuntur alie potentie manifestum est. Alio
enim modo dicitur potentia passiva que est principium quod aliquid movetur
ab alio inquantum est aliud. hec autem potentia reducitur ad primam
quia passio ab agente causatur et propter hoc et potentia passiva
reducitur ad activam. Alio modo dicitur potentia quidam habitus
impassibilitatis eius que est in deterius vel dispositio quedam
contraria. Ad hoc quod non possit pati transmutationem
que in deterius et hec est quod non possit pati
corruptionem ab alio inquantum est aliud scilicet a principio transmutativo
quod est principium activum. unde manifestum est quod utrumque
istorum modorum dicitur per comparationem. alius enim existit
in nobis [illegible] ad passionem inquantum uno dicimus
potentiam propter principium ex quo aliquid non potest pati. ubi est passio
ab activo dependeat. oportet quod in diffinitione utriusque
istorum modorum duorum ponatur diffinitio potentie prime scilicet active
et ita iste due potentie reducuntur ad primam scilicet potentiam
activam sicut ad priorem. Item alio dicuntur potentie non
solum per ordinem ad hoc quod est bene vel utrumque. sicut est cum
aliquem potentem ambulare, non quia possit bene
ambulare quocumque modo sed eo quod possit bene am-
bulare et contra dicimus de claudicante quod non potest
ambulare. Contrario dicimus ligna combustibilia
eo quod comburi possunt de facili. ligna vero
viridia que non de facili comburuntur dicimus
incombustibilia. unde manifestum est quod in diffinitione harum potentiarum
que dicuntur bene agere vel pati includuntur
rationes primarum potentiarum que dicebantur simpliciter agere
et pati. sicut et bene agere includit agere et pati
includit quod est bene pati. unde manifestum est quod omnes iste
modi potentiarum reducuntur ad unum primum scilicet ad potentiam
activam et inde patet quod hec multiplicitas non est secundum equi-
vocationem sed secundum analogiam. Secundo cum dicit
palam igitur quod est et cetera. exponit quandam veritatem circa
predictam potentiam. manifestat et dicit quod potentia faciendi
et patiendi est quodam modo una potentia et quodam modo non
una. quidem est si consideretur ordo unius ad aliam.
per vitam intelligendo opera vite. unde manifestum
est quod et felicitas in tali operatione consistit
que est in operante et non que transit in exteri-
orem cum felicitas sit bonum felicis et
perfectio eius. est enim aliqua vita felicis scilicet vita
perfecta eius. unde sicut vita est in vivente ita fe-
licitas in felice et sic patet quod felicitas non
consistit nec in edificando nec in aliquo huiusmodi
actione que est exterius transeat sed intelligendo
et volendo. Ultimo autem cum dicit quare manifestum etc.
redit autem ad conclusionem principaliter propositam dicens quod manifestum
est ex predictis quod substantia et forma et species est actus
quidam et ex hoc manifestum est quod actus est prior quam
potentia secundum substantiam vel formam et est prior tempore sicut supra dictum
est quia semper prius exigitur actus secundum quem generatur
cum movens cum faciens est actu cum
cum alterum actum quo generatur. sed tamen est
in actu prius quam fuit in potentia quousque veniatur
ad primum movens quod est in actu tantum. id
enim quod exit de potentia in actum requirit actum
precedentem in agente a quo reducitur in actum.
Sed vero magis ipse etc. Supra probavit
quod actus erat prior potentia substantia vel diffini-
tione et perfectione; probat ex ipsis corruptibilibus


superioris. hic autem id ostendit per comparationem sempiternorum
ad corruptibilia. et dividitur in duas partes. In prima ostendit propositum.
In secunda ex proposito ostenso excludit quandam opinionem
dicens ibi. Si quidem aliquid est etc. et est. Circa primum duo
facit. primo ostendit propositum et hoc tali ratione. sempiterna
comparantur ad corruptibilia sicut actus ad potentiam
Sed sempiterna magis habent non esse impossibilia corruptibilia
vero magis habent impossibilia esse. Sed sempiterna sunt priora
corruptibilibus substantia et perfectione. hoc enim manifestum est. ergo actus
est potentia prior substantia et perfectione. dicit autem quod habent ratio-
nem magis propter hoc quod appositum quia non assumitur
actus et potentia in eodem sed in diversis quia facit per
rationem magis evidentem. Ideo ibi ac vero hoc etc.
probat quod supponebat scilicet quod nullum sempiter-
num sit in potentia. et circa hoc duo facit. primo ponit
rationem ad ostendendum hoc que talis est. omnis potentia
simul contradictionis est. dicit autem hoc non de potentia activa. Sed
quando dictum est enim quod potentie rationales non sunt contrario-
rum sed loquitur de potentia passiva sed quod ad dicit possibile esse
et non esse vel simpliciter vel secundum quid. hoc autem quod supponebat manifestum
propositum quia ubi non est talis potentia non est utrumque
per contradictionem. Nam quod non est possibile esse necessa-
rium est. hoc enim non est possibile esse impossibile est esse
et necesse est non esse. Sed id quod possibile est esse contingit non
esse in actu. manifestum est ergo quod id quod possibile est esse contingit esse
et non esse. et sic potentia sua contradictionis est quia id est
impossibile ad esse et ad non esse. Sed id quod potest non esse
contingit non esse. hec enim duo equipollent. quod autem contingit
non esse est corruptibile vel simpliciter vel secundum quid prout
dicitur contingens non esse sicut si contingat aliquod
corpus non esse in loco vel est corruptibile secundum locum
et sic de quantitate et de qualitate. Sed simpliciter est
corruptibile quod potest non esse secundum substantiam. relinquitur
ergo quod omne quod est in potentia magis habet corruptibile esse.
Ideo ibi nullum ergo incorruptibilium etc. infert conclusionem
ex premissis principaliter intentam. et circa hoc tria facit.
primo concludit propositum dicens sempiterna intelligens quod
predicit quod si omne quod est in potentia est corruptibile sequitur
quod nullum incorruptibilium simpliciter sit eius in potentia
simpliciter ut si accipiamus incorruptibile simpliciter et eius
impotentia simpliciter secundum substantiam. Sed nichil prohibet id quod est in-
corruptibile simpliciter esse in potentia secundum quid ut secundum quale
cum ubi ut luna est in potentia ut sit illumina-
ta a sole et sol est in potentia cum est in oriente
quod sit in occidente. patet ergo ex predictis quod
omnia sempiterna magis habent esse in actu.
Ideo ibi nec eorum que ex necessitate sunt etc. conclu-
dit id de necessariis quod concluserat de sem-
piternis quia et in ipsis rebus corruptibilibus sunt
quedam necessaria ut hominem esse animal. de totum

est magis in potentia. Dicit ergo primo quod in nullo eorum quae sunt ex necessitate sunt in potentia; quae enim necessaria sunt, sunt in actu, et non possunt esse et non esse. Ea vero quae sunt necessaria sunt prima inter omnia, quia eis ablatis nihil remaneret aliorum, ut patet si tollerentur esse naturalia perpetua, quae nullo modo possent inesse actui perpetuo, quae contingit inesse et non inesse, et sic relinquitur quod est per potentiam. Neque utique. Si est aliquis motus etc. Concludit idem de motu sempiterno quod concluserat de substantiis sempiternis; et circa hoc tria facit. Primo ex praedictis concludit propositum, dicens quod si aliquis motus est sempiternus, ille motus non est in potentia, nisi quod mobile est in potentia ad motum, sed est in potentia unde quo, ut ad hoc vel ad id tendat; tamen ille motus sic actus existens in potentia. Oportet omne quod movetur esse in potentia ad terminum motus, non autem ad ipsum motum, sed ad aliquid quo tendit per motum. Et ideo quod mobile oportet habere materiam. Concludit quod nihil prohibet id quod movetur motu sempiterno habere materiam, quae licet non sit in potentia ad motum simpliciter, est tamen in potentia ad hoc vel ad ubi. Propter quod sol etc. Concludit quoddam corollarium ex dictis. Quia enim quod movetur motu sempiterno non est in potentia ad ipsum motum, motus autem caeli sempiternus est, propter quod contingit in libro Physicorum, sequitur quod sol et astra et totum caelum semper agant, quia semper moventur, et per motum suum agunt. Nec est timendum quod aliquando motus caeli stet, sicut timuerunt quidam naturales, scilicet Empedocles et sequaces eius, qui posuerunt quod frequenter et tamen iterum mundus, quibus corrumpitur et rursus reparatur. Et ideo dicit non esse timendum quod sit in potentia ad non moveri. Et propter hoc etiam non corruptibilia in eo quod moventur non laborant. Non enim inest eis potentia contradictionis, scilicet ut moveantur et non moveantur, sicut est in corruptibilibus, quae habent per motum [illegible]; quorum motus fit eis cum labore. Corruptibilia enim laborant in eo quod moventur, cum sint in potentia ad motum et non motum, et non habent hoc ex natura sua, sed [illegible] quod sic moveantur. Unde videmus quod quanto aliquis motus est violentior, quanto a natura rei est propinquior ad non moveri, sic patet quod in omnibus virtutibus materialibus laboriosum est quod etc. Hoc dicit de perpetuitate motus caeli, dicens secundum convenientiam corporis caelestis quod ex parte sua. Sed haec non praeiudicant divinae voluntati a qua dependet motus caeli et esse eius. Imitantur vero incorruptibilia etc. Ostendit quod corpora corruptibilia imitantur corpora incorruptibilia in agendo, et primo quod ad incorruptibilia.

Dicit quod corpora quorum esse est in mutatione imitantur corpora incorruptibilia in eo quod semper agunt, sicut ignis, qui per se calefacit, et terra quae per se facit operationes proprias et naturales. Et hoc ideo est quod habent motum et operationem per se et in se. Unde [illegible] per talium motum et actionum. Neque utique potentiae non aliae etc. Ponit [illegible]. Dicit quod quaedam potentiae rerum mobilium, de quibus supra determinatum est, omnes sunt contradictionis, et in rebus sempiternis, quae semper sunt in actu, sed dividuntur. Nam potentiae rationales sunt contradictionis eo quod possunt movere sic vel non sic, ut supra dictum est. Potentiae vero irrationales operantur uno modo, sed et ipsae sunt contradictionis per hoc quod possunt adesse et non adesse, sicut potentia visiva. Quare inde [illegible]. Si quidem aliquae sunt tales etc. Ostendit ut excludit quamdam opinionem Platonis. Ponebat enim Plato formas separatas quae maxime essent. Dicebat enim scientiam separatam quae non attingit per se scientiam, et dicebat quod haec erat principium in singulis scibilibus, et similiter per se motum in singulis mobilibus. Sed secundum positionem ad erat principium in singulis scibilibus ~~et similiter per se motum in singulis mobilibus~~. Quod per se scientia [illegible] quod potior est actus ratione quam potentia; scientia autem ipsa est quaedam potentia; unde considerato quo est actus eius, erit ea potior, et sic de aliis. Ultimo epilogat quod dictum est, scilicet quod actus est prior potentia et omni principio motus. Quod autem melior est etc. Postquam comparavit actum et potentiam secundum prius et posterius, hic comparat ea secundum bonum et malum, et circa hoc duo facit. Primo dicit quod in bonis actus est melior potentia; quod quidem manifestum est ex hoc quod id quod est in potentia est idem in potentia ad contraria, sicut quod potest convalescere, hoc idem potest infirmari, et simul est in potentia ad utrumque; et hoc ideo quia eadem est potentia convalescendi et laborandi, et quiescendi et movendi, et aliorum huiusmodi oppositorum. Et ita patet quod adsunt simul potentiae contrariorum, sed contraria non possunt esse simul actu, contraria quoque utrumque simul esse, scilicet quod bonum ut sanum, aut non malum ut infirmum. Nam semper alterum utrumque est et deficiens quod ad malum pertinet. Sic ergo id quod est bonum in actu est tantum bonum; sed potentia se habet similiter ad utrumque, scilicet secundum quod est esse in potentia habet et neutrum. Sequitur quod esse in actu; relinquitur ergo quod actus est melior potentia, quia quod est simpliciter et per se bonum est melius

eo quod est secundum quid bonum et coniunctum malo. Secundo
ibi, necesse autem et cetera. Ostendit quod etiam in malis est actus
peior potentia. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit propositum. Et rationem
quae inducitur talis. Quia et id quod est simpliciter malum et non se
habens ad malum est peius eo quod est secundum quid malum
et quod se habet ad malum et ad bonum. Unde cum
potentia ad malum non dicatur habere malum nisi secundum quid,
et eadem est ad bonum. Nam idem est quod potentia quae est
ad contraria, relinquitur ergo quod actus malus est
peior potentia ad malum. Secundo ibi, palam igitur et cetera.
Concludit ex dictis quod ipsum malum non est natura
quaedam praeter res alias quae sunt secundum naturam bonae.
Nam ipsum malum secundum naturam est posterius quam potentia,
quae est posterior et magis elongatum a perfectione.
Unde cum potentia non possit esse aliquid praeter res, multo
minus ipsum malum. Tertio ibi, non ergo in ea-
eis et cetera. Inducit aliam conclusionem scilicet quod ma-
lum non est nisi post potentiam; potentia autem non invenitur in rebus
sempiternis, ut quae omnibus est. Non erit igitur in eis
aliquod malum neque peccatum neque aliqua corruptio. Nam
corruptio quoddam malum est. Et hoc intelligendum magis de
sempiternis incorruptibilibus. Nam secundum quid nihil prohibet
inesse corruptionem, ut secundum ubi, aut secundum ad hoc.
Invenitur autem et diagrammata et cetera. Postquam compara-
vit potentiam et actum secundum prius et posterius, et secundum
bonum et malum, hic comparat eadem secundum intelligentiam
veri et falsi. Et circa hoc duo facit. Primo comparat ea secundum
ipsum intelligere. Secundo vero secundum veritatem et falsitatem,
ibi, quod autem non ens et cetera. Dicit ergo primo quod diagram-
mata, id est descriptiones geometricae inveniuntur,
id est per inventionem cognoscuntur, secundum dispositionem figurarum
in actu. Geometrae enim inveniunt veritatem quam quae-
runt dividendo lineas et superficies. Divisio autem
reducit in actum quod erat in potentia. Nam partes
continui sunt in potentia in toto ante divisionem. Si autem
omnia essent divisa secundum quod requirit inventio,
invenirentur manifeste esse conclusiones quaesitae. Sed quia
in prima constructione figurarum sunt in potentia huiusmodi divisiones,
ideo non statim fit manifestum quod quaeritur. Sicut quod no-
tificatur per duo exempla. Quorum primum est quod hoc quaeritur
cur trigonum est duo recti, id est quare triangulus
habet tres angulos aequales duobus rectis.
Quod quidem sic demonstratur. Sit triangulus a. b. g.
et protrahatur basis a. g. in infinitum et directum. Haec
igitur basis protracta faciet cum latere trianguli b.
g. angulum in puncto g. qui quidem angulus
extrinsecus aequalis est duobus angulis interior-
ibus sibi oppositis, scilicet angulo a. b. g. et angulo
b. a. g. Manifestum est autem quod duo anguli constitu-
tes circa punctum g. quorum unus est extrinsecus triang-
uli et alter intrinsecus sunt aequales duobus rectis. Demonstra-
tum est enim quod linea recta super aliam lineam cadens
qualitercumque faciet duos angulos rectos aut aequales
duobus rectis. Relinquitur igitur quod angulus interior in
puncto g. constitutus cum aliis duobus qui
sunt aequales angulo exteriori, omnes scilicet tres sunt ae-
quales duobus rectis. Hoc est ergo quod philosophus
dicit quod probatur triangulum habere duos rectos,
quia duo anguli qui sunt circa unum punctum, pu-
ta circa punctum g. quorum unus est interior et alius
exterior, sunt aequales duobus rectis. Et ideo cum produ-
citur angulus qui fit extra producto uno latere
trianguli statim manifestum fit videnti dispositionem figurae
quod triangulus habet tres angulos aequales duo-
bus rectis. [et] Secundum exemplum est, quod causa huius quaestionis quare omnis an-
gulus qui est in semicirculo descriptus est rectus.
Quod quidem demonstratur sic. Sit semicirculus a. b. c. et
in puncto b. qualitercumque cadat constituatur an-
gulus cum subtendatur basis a. c. quae est dya-
meter circuli. Dico igitur quod angulus b. est rectus.
Cuius probatio est quia cum linea a. c. sit dyameter
circuli, oportet quod transeat per centrum. Dividatur igitur per medium
in puncto b. et producatur linea d. b. Sic igitur linea
d. b. aequalis est lineae d. a. quia sunt protractae a
centro usque ad circumferentiam. Igitur in triangulo a. b.
c. aequalis est aequalis est angulus b. angulo a. quia omnes
anguli cuius duo latera sunt aequalia, anguli
qui sunt bases sunt aequales. Duo igitur anguli a.
et b. sunt duplum solius anguli b. Sed angulus b.
d. c. cum sit exterior est aequalis duobus angulis
a. b. et b. praedictis. Igitur angulus b. c. d. est du-
plus anguli b. praedicti. Et similiter probatur quod angulus
c. est aequalis angulo b. trianguli b. c. d. eo quod
duo latera d. b. et d. c. sunt aequalia, cum sint
protracta a centro ad circumferentiam, et angulus
exterior scilicet a. d. b. aequalis utrique; igitur est duplus an-
guli c. d. b. Sic igitur duo anguli a. d. b.
et b. d. c. sunt dupli totius anguli a. b. c. Sed
duo anguli a. d. b. et b. d. c. sunt aut recti
aut aequales duobus rectis, quia linea b. d. ca-
dit super lineam a. c. Igitur angulus a. b. c. qui
est in semicirculo est rectus. Et hoc est quod philosophus dicit
quod ideo demonstratur esse rectus ille qui est in semi-
circulo, quia tres lineae sunt aequales, scilicet duae in quas
dividitur basis, scilicet d. a. et d. c. et tertia quae ex
medio erigitur, scilicet d. b. et
haec videnti dispositionem statim manifestum est scienti
principia geometriae quod omnis angulus in semicirculo





et bonum

est verum. Sic ergo concludit philosophus manifestum esse quod quando aliqua reducuntur de potentia in actum, tunc inveniuntur eorum veritates. Et huius causa est quia intellectus actus est. Et ideo ea quae intelliguntur oportet esse actu. Propter quod ex actu cognoscitur potentia. Unde facientes aliquid actu cognoscunt, sicut patet in praedictis descriptionibus. Oportet tamen quod in eodem secundum numerum prius secundum ordinem generationis et temporis sit actus quam potentia, ut supra expositum est.

Quoniam vero ens et non ens etc. Hic comparat actum ad potentiam secundum veritatem et falsitatem. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quod verum et falsum potissime dicitur secundum actum. Secundo manifestat propositum ibi: Hoc autem in rebus est componi et dividi etc. Tertio concludit quoddam corollarium ibi: Palam autem et quod circa immobilia. Dicit ergo primo quod cum ens et non ens et opposita dicantur dupliciter: uno modo secundum diversa praedicamenta, quae sunt quidditas, qualitas et cetera; alio modo secundum potentiam et actum vel unum vel alterum contrariorum, quia utrumque contrariorum contingit actu esse et potentia, hoc quod est in actu magis proprie dicitur verum aut falsum. Secundo cum dicit: Et hoc in rebus etc., probat propositum. Et circa hoc tria facit. Primo manifestat in compositis. Secundo in simplicibus ibi: Circa incomposita. Tertio colligit veritatem ibi: Esse vero ut verum. Circa primum duo facit. Primo dicit quod hoc scilicet esse verum vel falsum in rebus nihil est aliud quam componi et dividi. Unde qui putat dividi quod est divisum in rebus verus est in sua opinione, ut qui putat hominem non esse asinum. Et similiter qui putat compositum quod est compositum in rebus, ut qui putat hominem esse animal. Ille autem mentitur in opinando qui e contrario habet res in sua opinione quam res sint in sua natura, ut qui putat hominem asinum, aut non esse animal. Ex quo patet quod quando est aut non est, tunc dicitur verum vel falsum quod sic considerandum est. Non enim ideo tu es albus quia nos vere existimamus te esse album, sed quia tu es albus. Unde manifestum est quod dispositio rei est causa veritatis in opinione et oratione. Hoc autem addit in manifestatione ut ostendat quod verum et falsum est in rebus componi et dividi. Oportet enim veritatem et falsitatem quae est in oratione vel opinione reduci ad dispositionem rei sicut ad causam. Cum autem intellectus compositionem format, accipit duo quorum unum se habet ut formale respectu alterius. Unde accipit id ut in alio existens, propter quod praedicata tenentur formaliter. Et ideo si talis operatio intellectus ad rem debeat reduci sicut ad causam, oportet quod in compositis substantiis ipsa compositio formae ad materiam, aut eius quod se habet ad modum formae et materiae, vel etiam compositio accidentis ad subiectum respondeat quasi fundamentum et causa veritatis compositioni quam intellectus interius format et exprimit

voce. Sicut cum dico: Socrates est homo, veritas huius enuntiationis causatur ex compositione formae humanae ad materiam individualem per quam Socrates est hic homo. Et cum dico: homo est albus, causa veritatis est compositio albedinis ad subiectum. Et similiter est in aliis. Et idem patet in divisione. Si quaedam semper componuntur etc. Concludit ex dictis quod si compositio et divisio rei est causa veritatis et falsitatis in opinione et oratione, necesse est quod secundum differentiam compositionis et divisionis quae est in rebus sit differentia veritatis et falsitatis in opinione et oratione. In rebus autem talis differentia invenitur circa compositionem et divisionem, quod quaedam semper componuntur et impossibile est ea dividi, sicut animal et rationale in homine; semper enim coniunguntur naturaliter et impossibile est quod dividantur ab ea, scilicet quod anima rationalis sit sine vi sentiendi, licet e converso possit esse anima sentiendi sine rationali. Quaedam vero sunt divisa et impossibile est ea componi, sicut nigrum albo et formam asini homini. Quaedam vero se habent ad contraria, quia possunt componi et dividi, sicut homo et album et etiam currens esse. Et cum in his consistit compositio intellectus aut enuntiationis, compositionem quandam et unionem indicat. Non esse vero quod designat negatio tollit compositionem et designat pluralitatem et diversitatem. Unde manifestum est quod in his quae contingunt componi et dividi, una et eadem ratio fit vera et falsa, quandoque vera quandoque falsa; sicut haec: Socrates sedet, est vera eo sedente, eadem autem falsa eo surgente. Et similiter est de opinione. Sed in his quae non possunt aliter se habere, scilicet quae semper componuntur vel dividuntur, non est possibile quod eadem opinio vel oratio quandoque sit vera, quandoque falsa; sed quae est vera semper est vera, et quae est falsa semper est falsa, sicut haec semper est vera: homo est animal, haec autem semper est falsa: homo est asinus. Deinde cum dicit: Circa incomposita etc., ostendit quomodo in simplicibus possit esse verum et falsum. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit quod non similiter est verum et falsum in simplicibus et compositis. Dicit ergo quod circa incomposita, id est simplicia, cuiusmodi non est esse verum et falsum secundum compositionem aut divisionem quae sunt in rebus; sed sicut cognoscitur quod quid est alicuius, cum cognitione attingitur ad cognoscendum quod quid est alicuius, simpliciter tunc intellectus videtur verus esse. Cum autem non attingit ad cognoscendum quod quid est, sed aliud ei attribuit, tunc falsus est. Sicut enim in simplicibus est compositio, ut possit dici quod quando componuntur res, tunc intellectus componens sit verus, vel quando divisum est, tunc intellectus non sit verus. Vel aliter, non est in simplicibus compositio ita quod cum dicitur de eo quod sit affirmatio, significetur esse compositum, et cum dicitur de eo quod non sit, negatio;

si significatione eius dico sicut in rebus compositis
cum dicitur quod lignum sit album significatur esse compositio. cum autem
dicitur quod lignum sit album dyametrum non sit com-
mensurabilis significatur esse divisio et sic patet quod verum et
falsum non est sub incomplexis sed in compositione. Sed si
veritas est circa esse non est similiter in utrisque. Sed esse compo-
sitorum surgit ex componentibus. non autem esse sim-
plicium. Verum autem consequitur esse quia sicut unumquodque se habet
ad hoc quod est dispositio rerum in esse et in veritate. Unde quae non
sunt similia in esse non sunt similia in veritate. Circa in-
complexa vero verum est et est. Ostendit qualiter sit verum et falsum
in simplicibus ~~ut dicitur~~ dicens quod hoc est verum et
falsum in simplicibus ut dictum est attingere id est tangere
ad ipsum simplex. ut scilicet apprehendat quod est et
dicere id est significare voce ipsum simplex. hoc est
verum quod est in simplicibus et quod dicitur quia similiter
per affirmationem affirmatam quae cum compositione fit.
huius intellectum removet dicens quod non est idem
affirmatio et dictio quia affirmatio est plus quam aliquid dicere
de aliquo quod est cum compositione. dictio autem simplex pro-
latio alicuius. Si ergo attingere et dicere est verum
sed non attingere totaliter ipsum simplex est ea pe-
nitus ignorare quamvis enim non attingit
ad quod quid est rei simpliciter penitus ignorat
ipsam. non enim potest ad eius scire et ad ig-
norare esse quod non est compositum. videbatur autem quod sic
diceret quod attingere simplicia est dicere verum
mens. ita non attingere est dicere falsum cum
decipi. sed hoc non dixit sed dixit quod non attingere
est ignorare et id reddit causam quia non attin-
gere non est decipi dicens quod circa quod quid est non
est decipi nisi per accidens quia sic intellectus est. dicitur
enim supra in vi libro de anima quod intellectus si
phisicus id est verus et quod quid est. sic ergo circa illa
simplicia sicut ipsum quod quid est. sed iudicium est de
cognitione rei simplicis et de cognitione
eius quod quid est. sed circa quod quid est non decipi-
tur intellectus nisi per accidens. cum enim per intellectum
actum scitur quod quid est rei et tunc vere
cognoscitur quid est res. cum non attingit
et tunc non apprehendit rem illam. unde circa
ea non contingit decipi. propter quod dicit
Aristoteles in tertio de anima quod sicut sensus circa propria
obiecta semper verus est ita intellectus circa quod quid est
id est circa proprium obiectum et quod intellectus circa quod quid
est non decipitur. non solum est in simplicibus
verum sed etiam in compositis quomodo autem per accidens de-
cipiatur circa quod quid est considerandum est. Falso. n.
decipitur circa quod quid est nisi in compositione cum dicimus
dicendo quod quidam in toto compositionis contingit dici.

uno modo per compositionem diffinitionis ad rem diffi-
nitam cum dicimus ut si aliquis dicat asinum esse
animal rationale mortale cum hoc non est animal rationale mortale
utrobique falsum esse. alio modo per quod diffinitio consti-
tuitur ex partibus quae non sunt invicem compossibiles.
ut si aliquis significaret hanc diffinitionem homo
est animal insensibile. per quod dicitur diffinitio dicitur falsa quia non
est hoc. secundo modo dicitur falsa per se. ut dicitur in quinto docu-
it philosophus. In simplicibus vero substantiis non potest esse de-
ceptio nisi quod ad per accidens non per se. Non enim cor
quod quod est est compositum ex pluribus esse quorum compositio-
nem possit accidere falsum. Tertio ibi. Et omnes
sunt actu et cetera. ad aptat quod dixerat de substantiis
simplicibus ad principale propositum. scilicet ad ostendendum
quod verum magis est actu quam in potentia. ostendit
quod hoc esse composita per eo quod verum est esse compositum et
divisum quae actum designat. ibi. Quibus vero
simplicibus et cetera. ex eo quod non est in eis falsum. sed
tamen verum quod non sunt in potentia. Et in actu
dicit ergo quod omnes substantiae simplices sunt actu entes
et neque entes in potentia. quia si quandoque essent in actu et
quandoque in potentia generarentur et corrumperentur. Sed
hoc non potest esse ut ostensum est. Nam hoc
esse sunt formae tantum. unde sunt per se entes.
ens autem per se ipsum non generatur nec corrumpitur
omne enim quod generatur ex aliquo generatur. Cum autem
simplex in quantum eius non potest ex aliquo ge-
nerari. Non enim est aliquid ante eius sed ex tale
ens. ut puta homo est aliquid eius. unde hoc eius
potest generari per aliud. Sed simplex non. Sed id quod est
eius per esse per hoc quod ipsum non est forma ad quam sequitur
esse non est generabile. Unde non est quandoque in potentia quandoque in
actu. Et ideo quod esse actu maxime consistit verum
quaecumque sunt talia quae sunt solum in actu et sunt
id quod solum vere aliquid est quae sunt quidditates et
formae cum ea non contingit decipi aut esse
falsitatem Sed contingit ut intelligantur ea si attingat
ante mente vel penitus non intelligantur si
mente non attingant. Sed quamvis in eis contingat
decipi per se quantum de eis quod quid est. Sed si talia
sint aut non et sic circa ea est per accidens ut
puta si quis quaerat de aliqua substantia simplici
utrum sit ignis aut substantia corporea. vel non et
si attribuatur ei esse substantiam corpoream erit falsi-
tas per accidens per compositionem. Deinde cum dicit
esse vero ut verum et cetera. colligit quod dixerat
de vero et falso tam esse compositorum quam sim-
plicium dicens quod hoc ipsum esse quod significat verum
esse et non esse quod significat falsitatem. quia cum dicitur homo
est animal. significat hoc esse verum. cum dicitur non esse

albuum licet hoc esse falsum hoc impossibile esse. et non esse unum .v.
modo dicitur .s. incomplexum quod est verum si componitur. unde quod
intellectus componit. falsum autem si non componitur in re quod
intellectus componit intellectus cum eminentiam. Alio vero
modo in rebus simplicibus verum est. Si id quod est vere ens
.i. quod est ipsum quod quid est .i. illa res simpliciter sic est sic
intelligitur. Si vero non est ita ut intelligitur non est
verum intellectum et sic est verum intelligere ipsa. Sed falsum
non est ibi nec deceptio ut expositum est sed ignoran-
cia quia si non attingit ad quod quid est penitus
ignorat rem illam. In incomplexis autem potest unum scire
et etiam aliquas proprietates eius decipi. qualiter autem ignoran-
cia est ostenditur cum dicitur quod illa ignorancia non est talis privatio
sicut cecitas. Nam cecitas est privatio potentie visive
sed illa ignorancia sicut cecitas esset si anima non
haberet virtutem intellectivam ad attingendum. Dicit
simplicium exemplum quod sicut cecitas aut humanus in-
tellectus potest pertingere ad intelligendum. Dicit simplicium
quod videtur duo reliquisse intellectus de anima. Deinde
cum dicitur. palam autem et quod de immobilibus etc. Indu-
cit quandam corelarium dicens quod ex dictis manifestum est
quod de immobilibus non est deceptio secundum quid. In contingentibus
enim contingit decipi secundum quid. In hiis autem que non sunt semper
ut puta si Sortes est sedens et hic aliquis putet potest aliquis
decipi et hoc eo quod putet eum sedentem qui non est
sedens et similiter si aliquis putet eclipsim futuram
que non est futura. Sed in rebus immobilibus et que semper
sunt non potest contingere nisi uno modo .s. si aliquis putet
ea esse mobilia et non semper esse. tunc enim decipitur
mens secundum quid et ideo dicit quod si aliquis putat ea esse
immobilia non putabit esse ea quandoque esse et quandoque non
esse. et sic non decipitur mens secundum quid ut si aliquis
putat triangulum non permutari non opinabitur
quod quandoque habeat duos rectos quandoque ad equalentiam
et quandoque non. sic enim permutaretur et in permutaretur.
Sed in rebus immobilibus contingit aliquo circa accipere ad
quod sic se habet et ad quod non sic. puta triangulo aut
quod equilaterum et aliquid non. et contingit dubitari de numero
pari utrum ullus sit primus. et aliquis dixerit primum aliquis
non. Similiter primus dicitur quem sola unitas numerat
ut ternarius et inter pares solus binarius est primus
et nullus aliquis. Sed circa unum numero in rebus immobilibus
non contingit errare aut decipi nec quantum ad hoc non enim
in eodem numero potest aliquis putare aliquid sic se
habere et aliquid non sic. unum enim numero non dividitur
in multa. unde oportebit quod semper dicatur verum
vel falsum cum res unum numero semper similiter se habeat
non contingeo accipere diversitatem. Quia ad tempus in quantum ad
suppositum exequibus apparet quod hic magis est actu.
In immobilibus enim ipsum hoc semper est actu.

Unum vero quia multis dicitur etc. Sicut
in quarto libri philosophus ostendit quod ista scientia habet
pro obiecto ens et unum quod cum ente
convertitur. et ideo philosophus determinat de ente per
se et accidens et de ente quod significat veritatem propositionis in
sexto et de ente per se. Sed quod dividitur per x predicamenta
in vii et viii. et sed quod dividitur per potentiam et actum
in ix. Incipit hic x qui intendit determinare de uno
et de hiis que consequuntur ad unum. et dividitur in
duas partes. primo determinat de uno, secundo se. In secunda per comparatio-
nem ad multa ibi. opponitur autem unum et multa
prima dividitur in duas. In prima ostendit quot modis unum dicitur.
In secunda quandam proprietatem eius. ibi. maxime vero
in eo quod est mensura esse. prima iterum. In prima determi-
nat quot modis dicitur unum. In secunda reducit
omnes illos ad unum unius. ibi. dicitur quod
unum. In tertia ostendit quot modis unum principaliter de hiis
de quibus dicitur. dicit primo quod licet quatuor modos dicat
de uno dictum sit quod in .v. libro non omnium est quo-
ciens dicuntur nomina que pertinent ad considerationem
huius scientie. dicendum est quod unum dicitur multis
modis. sed cum multi dicantur unum principales
modi sunt tamen iiii. ita tamen quod accipiantur modi unius
secundum quod unum dicitur per se et non per accidens. Nam
unum per accidens habet alios suos modos et nunc
modus unius dicti per se unius modus est secundum quod con-
tinuum dicitur unum. quod quidem accipi potest dupliciter. aut
simpliciter. ut .s. quocumque modo sit ad continuum di-
catur unum. aut dicatur unum continuitate solum
quod per naturam est continuum quod magis continuum est
et non est continuum per violenciam aut artem nec
per aliquem modum contactus sicut patet in [illegible]
lignorum. nec per aliquam continuationem sicut et in
hiis que continuantur .s. ligatura clavo vel
colla vel quocumque vinculo. continuum autem per naturam
dicitur dupliciter. .s. quod est totum et uniforme ut linea
recta aut circularis. et quod non totum uniforme
sicut due linee constituentes angulum in quo
continuantur. magis autem horum est unum et prius
unum quod dicitur linea recta vel circularis quam
linee angulum constituentes. Nam linea
recta oportet quod habeat unum motum. Non enim
potest esse quod una pars eius moveatur et alia
quiescat nec una sic moveatur alia non
autem sed tota sic et uno motu movetur et similiter
in circulari est. Sed in duobus continuis constituentibus
angulum hoc non contingit possumus enim ymagina-
ri quod una linea quiescat et moveatur
ei appropinquans et minorem angulum constitu-
at cum ab ea elongatur et constituet

angulum maiorem scilicet et quod utrumque moveatur in
diversas partes. Et ideo dicit quod illud continuum est ma-
gis unum cuius motus est indivisibilior et magis simplex.
Deinde cum dicit amplius tale, ponit secundum mo-
dum, inquiens quod continuorum non solum id quod dicitur
unum secundum tale, id est continuum, sed etiam quod plus habet, scilicet quod
sit quoddam totum habens aliquam formam, sicut speciem,
sicut est unum et secundum totius tanguntur est una
hoc quod unum sit unitate continuitatis. Addidit uni-
tatem quae est ex forma. Sed quod aliquid est totum et speciem
habet, et quod aliquid est totum per naturam, aliquid vero per artem,
addit quod magis est unum illud quod est unum per naturam
et non per violentiam, ad aliquod totum continuandum;
coniunguntur quaedam unitiva, ut visco aut aliqua
tali coniunctione. Sed id quod est continuum per naturam est
magis unum, quia scilicet est sibi ipsi causa ut sit continuum,
quia per naturam suam est tale. Deinde cum dicit
tale vero et vere etc., ostendit rationem unitatis. Illud enim secundum
motum dicitur quod id est tale continuum et unum
eo quod est motus eius unus et indivisibilis loco et tempore.
Loco quidem quia simul quorum partes loci mo-
vent una pars continua et alia tempore vero quia quan-
do movetur una et alia. Unde si aliquid continuum et
totum per naturam dicitur unum, quia motus eius est unus,
manifestum est quod si aliquid continuum et totum habet in
se principium primum motus, hoc erit primum unum
in magnitudine. Sicut inter motus primus motus est
localis, et inter motus locales primus est circularis,
ut probatur in VIII Physicorum, quia inter corpora quae
moventur motu circulari aliquid est quod habet
primum talem motum, scilicet corpus quod revolvitur.
Et revolvit alia corpora motu diurno. Unde
manifestum est quod hoc est prima magnitudo una, quae habet
primum principium motus primi. Sic igitur apparet
duos modos unitatis, cum sic continuum dicitur
unum, cum sic unum dicitur totum. Deinde cum
dicit hoc autem sunt quaedam una etc., ponit ali-
os modos unitatis, dicens quod quaedam alia
dicuntur unum non propter motum unum, sed propter ratio-
nem unam. Huiusmodi autem sunt quorum est intelligentia una
quae una apprehensione apprehenduntur. Ab
anima una et dicitur una apprehensione
apprehendi scilicet. Quorum est una apprehen-
sio indivisibilis, et quid quod dicitur. Cum apprehensio
indivisibilis est eius quod est unum specie. Cum eius
quod est unum numero, scilicet quod est indivisibile ipsum
singulare et non potest praedicari de multis. Haec autem
est indivisibilis, est quod unum secundum speciem et notitiam.
Solum enim individuis singularibus est aliqua ratio
una numero, quae possit diffiniri sed intellectus appre-

hendit ut unum in quo omnia inferiora conveniunt et
in apprehensione intellectus habent esse individualiter. Quae
vero est diversa individua individuntur et quod illa
species est ratio omnibus communis generibus. Cum unum dicatur
habens motum primum, rationem unitatis sequitur quod primum
unum secundum hos modos sit unum. Illa, quae scilicet est causa
talium unitatis sic, scilicet primo duo sunt primum unum, erit
magnitudo circularis motus. Deinde cum dicit: dicitur
quod vero unum, reducit modos unitatis quos posuit ad
unam rationem colligendo quod superius dixerat. Dicit ergo quod
unum dicitur multis modis, scilicet quod continuum per naturam
secundum totum. Tertio singulare. Quarto universale, ut species et
omnia dicuntur unum secundum rationem unam, scilicet propter quod est esse
indivisibile. Illa namque proprie unum est cuius indivisibile est. Sed ipsius
duobus dicitur unum quod est motus indivisibilis. In aliis
autem duobus quae est intelligentia cum ratio indivisibilis ut vel
hoc comprehendatur apprehensio rei praedicatur. Deinde
cum dicit oportet autem intelligere, ostendit quod non sunt eadem
est unum, cum aliquid res dicitur una et cum dicitur quod quid
est unum quod est ratio unitatis. Sicut et non est idem dicere
lignum esse album et quod lignum sit hoc ipsum quod est al-
bum. Sed quod album accidit ei. Hoc autem quod dixerat secundum
modos quod unum dicitur multis modis, ut dictum est,
et quaelibet res dicitur esse una ex eo quod inest ei ali-
quis istorum modorum, puta scilicet continuum, scilicet totum,
vel totum vel species vel singulare. Sed ipsum quod est unum
quandoque quidem accipitur secundum unum aliquorum
modorum, puta ut dicamus quod unum sit quod est continuum,
unum est et tale de aliis. Quandoque ad hoc ipsum quod
est unum attribuitur aliquid quod est magis propinquum
nomini unius, sicut indivisibile, quod est in potestate
eius praedictorum modorum quod indivisibile secundum motum
est continuum et totum indivisibile, et secundum rationem est
singulare et universale. Et ad hoc subdit exemplum de elemento et
causa quae quandoque accipiuntur secundum determinationem ad res,
puta dicimus rem talem res esse elementum, scilicet causam, assig-
nando distinctionem nominis, puta ut dicimus causam hoc ipsum
quod est esse causam, quando dicimus quod ignis est elementum aut
et infinitum secundum se, id est hoc ipsum quod est infinitum, quod Pytha-
gorici ponebant separatum, et elementum omnium scilicet. Quod ad
tale quod potest dici elementum esse. Sed quodammodo ignis
non est elementum, nec infinitum. Non enim igne est hoc ipsum
quod est elementum quia non est eadem ratio ignis et elementi. Sed quoddam res
est et tamen natura ignis est elementum. Sed nomen elementi de igne
praedicatur significando aliquid accidisse igni. Scilicet quod ignis sit
ex quo aliquid, quod est ut ex primo inexistente existit quod
est ratio elementi. Dicit autem inexistente ad removendum princi-
pium. Sicut autem dictum est de elemento, sic est in causa et uno et in
omnibus talibus quod res de quibus dicuntur non sunt hoc
ipsum quod significant nomina. Sicut homo albus non significat

hoc ipsum quod significat hoc nomen album. significat enim quod
litatem. Et quia hoc unum esse est indivisibile esse quod
competit enti quod est inseparabile loco et tempore. Et
quoque alio modo. Maxime autem eo quod est metrum et
primum. Ostendit quot modis unum dicitur et quae sit
ratio unius ad quam omnes modi reducuntur scilicet esse
indivisibile. Hic ex hac ratione unius ostendit quandam eius
proprietatem scilicet esse mensuram et dividitur in partes duas. In prima
ostendit quomodo unum competit rationi mensurae et aliis
generibus accidentium. In secunda vero ostendit quomodo unum
habet rationem mensurae in unaquaque [?] ibi
Secundum vero non et naturam et cetera. Circa primum duo facit.
Primo ostendit in quo genere primo invenitur unum habens
rationem mensurae et quomodo exinde ad alia deri-
vatur secundum propriam rationem mensurae. Secundo ponit quomodo
derivatur ad alia secundum quandam similitudinem ibi. Si autem
et motum rerum [?] esse dicemus. Circa primum duo
facit. Primo ostendit ubi primo sit unum ratio mensurae et quomodo
exinde fiat ad alia derivatio. Secundo ponit quaedam
consideranda circa mensuram ibi. Non semper autem numero
unum. Circa primum duo facit. Primo ostendit quod unum
quod est mensura invenitur in quantitate et ex
inde ad alia genera derivatur. Secundo in qua specie quan-
titatis primo est ibi. Ex quo enim cognos-
citur et cetera. Dicit ergo primo quod cum ratio unius sit
indivisibile esse id autem quod est aliquo modo indivisibile in
quolibet genere sit mensura maxime dicendum unum
quod est esse mensuram primam cuiuslibet generis et hoc maxime
proprie invenitur in quantitate et inde derivatur
ad alia genera ratio mensurae. Mensura autem nihil aliud
est quam id quo quantitas cognoscitur. Quanti-
tas vero rei cognoscitur per unum aut numerum per
unum quidem sicut cum dicimus unum stadium vel
unum pedem. Per numerum autem sicut dicimus tria stadia
vel tres pedes. Ulterius autem omnis numerus cogno-
scitur per unum eo quod unitas aliquotiens
sumpta quemlibet numerum reddit. Unde relinquitur
quod omnis quantitas cognoscitur per unum.
Addit autem in quantum quantitas ut hic refertur
ad mensuram quantitatis. Similiter proprietates
et actum [?] quantitatis alio modo cognoscuntur.
Deinde cum dicit Ex quo primo cognoscitur et cetera.
dicit in qua specie quantitatis primo sit unum et
mensura et circa hoc duo facit. Primo invenit in
discretione quantitatum quae est numerus dicens quod id
quo primo cognoscitur quantitas est ipsum unum id est
unitas quae est principium numeri. Similiter unum in aliis
speciebus quantitatis non est ipsum unum sed id cui
accidit unum. sicut dicimus unam manum aut
unam magnitudinem unius [illegible] quod ipsum unum

quod est primo mensura sit principium numeri secundum quod est numerus. Secundo
ibi. Hinc autem et in aliis et cetera. Ostendit quomodo derivatur
in alias species quantitatis et circa hoc duo facit.
Primo ostendit ad quas species quantitatis derivatur di-
cens quod hinc scilicet ex numero et uno quod est princi-
pium dicitur mensura in aliis quantitatibus id est
quo primo cognoscitur unumquodque eorum et id quod est men-
sura cuiuslibet generis quantitatis dicitur unum in illo genere
et hoc efficitur in his generibus scilicet in dimensionibus
quae sunt tres scilicet longitudo latitudo et profunditas et
in ponderibus et hoc quod dicit in gravitate et in
motibus et hoc quod dicit in velocitate quod
refertur ad mensuram temporis et de dimensionibus
quidem nulli dubium erat quin quantitates
essent et quod per se eis competeret mensurari.
Sed de gravitate et velocitate poterat esse
dubium eo quod magis videntur esse qualitates
quam quantitates et ideo ostendit quomodo pertinent ad
genus quantitatis et quomodo competit eis mensura di-
cens quod gravitas et velocitas habent ad quae-
dam contraria scilicet quod in uno contrariorum invenitur
alterum. Nam grave est aliquo modo leve et
econverso et velox est aliquo modo grave. Uno modo
dicitur absolute scilicet quod habet inclinationem ut feratur ad
medium sine hoc quod consideretur quantum habeat de
tali inclinatione et sic non pertinet ad genus
quantitatis nec competit ei mensurari. Alio
modo dicitur grave per comparationem ad aliud scilicet quod ex-
cedit alterum inclinatione praedicta ut si
dicamus quod terra est gravis in comparatione ad
aquam et plumbum in comparatione ad lignum
et sic gravis ratione huius excessus invenitur ibi
aliqua ratio quantitatis et mensurae. Et similiter
velox dicitur dupliciter uno modo absolute scilicet quod habet
motum quemcumque et alio modo quod habet excessum mo-
tus et uno modo competit sibi ratio quantitatis et mensurae
alio modo non. Et ut exponat quod dixerat de
cognitione gravitatis et velocitatis. Inquantum o-
stendit quod in ipso tardo invenitur velocitas
inquantum id quod est simpliciter et absolute tardum per excessum
se habet ad tardiora. Et similiter gravitas in-
venitur in levi sicut aer est gravis ad ig-
nem. Secundo ibi. In omnibus autem aliis. Ostendit qualiter
omnino derivatur ratio mensurae ad alia
et primo hoc manifestat in dimensionibus et ponderi-
bus. Secundo in velocitate motuum ibi.
Motum autem simplicem. Dicit ergo primo quod hoc modo
derivatur ratio mensurae a numero ad alias
quantitates quod sicut unum quod est mensura
numeri est indivisibile, ita in omnibus generibus quan-

ad unum modicum indivisibile est mensura et principium, sicut in mensuratione linearum utuntur homines quasi indivisibili mensura pedali, id est unius pedis. Ubique enim quaeritur pro mensura aliquid indivisibile, quod est aliquid simplex vel qualitate vel quantitate. Qualitate quidem ut album in coloribus, quod quodammodo est mensura colorum, ut dicetur infra. Quantitate vero ut unitas in numero, et mensura pedalis in lineis. Et assignat causam quare mensuram oportet esse indivisibilem, quia haec est certa mensura a qua non potest auferri vel addi. Et ideo unum est mensura certissima, quia unum quod est principium numeri est omnino indivisibile, nullam additionem aut subtractionem suscipiens manet unum. Sed mensurae generis quantitatis continuae imitantur hoc unum quod est indivisibile, accipientes aliquod minimum pro mensura secundum quod possibile est. Quia si acciperent ad magis, ut potest stadium in longitudinibus et talentum in ponderibus, lateret aliquid modicum subtrahere vel addere. Et semper in maiori mensura hoc magis latet quam in minori. Et ideo omnes accipiunt hoc pro mensura tam in humidis, ut est oleum et vinum, quam in siccis, ut est granum et hordeum, quam in ponderibus et in dimensionibus, quod signum est pro gravitate et magnitudine, quod primo inveniunt tale ut ab eo non possit auferri sensibiliter vel addi quod lateat. Et tunc putant se cognoscere quantitatem rei certitudinaliter, quando cognoscunt per huiusmodi mensuram minimam. Deinde cum dicit et motum etc., manifestat idem in velocitate motuum, dicens quod etiam in motibus mensurant homines motu simplici, id est uniformi, et velocissimo, quia habet minimum de tempore. Et ideo in astrologia accipiunt tale principium ad mensurandum. Accipiunt enim motum primi caeli, scilicet motum diurnum, qui est regularis et velocissimus, ad quem iudicantur et mensurantur omnes alios motus. Et quia ex velocitate et tarditate motuum consequitur gravitas et acuitas in sonis, ut determinatur in musica, subdit exemplum de mensura tonorum sonorum, dicens quod in musica prima mensura est diesis, id est differentia duorum semitoniorum. Tonus enim dividitur in duo semitonia et aequalia, ut in musica probatur. Et similiter in voce mensura est elementum, quia et brevitas et longitudo vocis velocitatem et tarditatem motus consequitur. Omnes autem istae mensurae sunt ad unum, non tamquam quod unum sit mensura communis omnibus, sed quia quaelibet mensura talis est ad unum ut dictum est. Non semper numero unum etc. Ostendit quod plures aliquando sunt pro uno

sumit totum mensurae, sed declarat quandoque mensuras considerandas esse plures, id quod est mensura habeat totum unius, licet accidat ad multitudinem. Solum enim necesse est unum unitate esse quod mensurat. Sed aliquando plura sunt mensurantia, sicut in melodiis sunt duae dieses, id est duo semitonia, si sunt parva, non discernuntur secundum auditum. Sola enim non percipitur differentia valde parvorum, sed eorum differentia percipitur in rationibus, id est proportionibus diversis sonorum, quae ex diversis proportionibus numeralibus causantur. Et sic voces quibus mensuramus plures sunt. Et quantitas motus, id est unius mensurae, scilicet unius pedis, mensuratur ex diversis syllabis, quarum aliae sunt breves et aliae longae. Similiter et diameter cuiuslibet quadrati et latus quadrati, et quaelibet magnitudo mensuratur duobus, scilicet non invenitur quantitas ignota nisi per duas quantitates notas. Hic autem deinde concludit epilogando quae supra dicta sunt, scilicet quod unum est mensura omnium, cuius ratio est quia unum est ad quod terminatur divisio ex quibus est, scilicet ea vero ex quibus est substantia rerum cognoscuntur per divisionem, sive resolutionem totius in componentia, sive sint partes secundum quantitatem, sive sint partes secundum speciem, ut materia et forma, et elementa corporum mixtorum. Et ideo oportet id quod est primum unum esse indivisibile, cum sit mensura qua cognoscitur res, quia quod intelligitur est primum in compositione et ultimum in resolutione, et per hoc cognoscuntur res, ut dictum est. Sed tamen non similiter in omnibus invenitur indivisibile, sed quaedam sunt omnino indivisibilia, sicut unitas quae est principium numeri; quaedam vero non sunt omnino indivisibilia, sed divisibilia secundum sensum, secundum quod voluit auctoritas institutionis talis ad pro mensura, sicut mensura pedalis, quae quidem indivisibilis est secundum rationem, sed non naturam, nam omne continuum fortassis divisibile est. Dicit autem forte propter dubitationem quorundam ponentium magnitudinem componi ex indivisibilibus, vel quia magnitudines naturales non dividuntur in infinitum, sed solum mathematicae. Est enim invenire minimam carnem, ut tangitur in primo Physicorum. Deinde cum dicit semper autem cognitum est mensura etc., ponit quartam conditionem mensurae, dicens quod mensura semper debet esse cognata, id est eiusdem naturae cum mensurato, sicut mensura magnitudinum oportet esse magnitudinem, et non sufficiat quod conveniat in natura communi, sicut omnes magnitudines conveniunt, sed oportet esse convenientiam mensurae ad mensuratum in natura speciali, secundum unumquodque, sicut longitudinum sit longitudo mensura

et latitudinis latitudo. vox vocis et gravitas
gravitatis et unitatum unitas. sed. i. oportet accipe-
re absque transsumptione loquendo. sed non quod minorum
mensura videtur simpliciter. i. non habet rationem primae mensu-
rae sed unitas et si unitas mensura est ad significandum
convenientiam inter mensuram et mensuratum oportet dicere quod uni-
tatis sit mensura unitatum et non minorum et
tamen si rei veritas attendatur oportebit et hoc con-
cedere quod unitas sit mensura minorum et unitas
minorum. et sic accipiatur. sed non sic dignum
dicere. dicere unitatem esse mensuram unitatum et minimum
minimi vel unitatem minimi propter differentiam quae videtur esse inter
unitatem et minimum. sed istam differentiam obviare id est
ac si diceret dignum diceret quod unitates essent men-
surae unitatum. sed non unitas quia unitas
differt ab unitatibus ut singulare a plura-
libus quia pluraliter proferuntur. et sic non est dic-
vel materia circa. Sic ergo patet ex predictis quod alterum contrariorum dicitur per privationem. Deinde cum dicit: Sufficiat autem et cetera. Ostendit idem reducendo ad prima contraria, dicens quod sufficit ad ostendendum quod alterum contrariorum sit privatio, scilicet hec (?) inter que principia contraria que sunt genera aliorum contrariorum sicut sunt unum et multa. Et quod ista sunt prima contraria patet ex hoc quod omnia alia contraria reducuntur: equale et inequale, simile et dissimile, idem et diversum. Differentia autem diversitas quedam est, et contrarietas differentia quedam, ut supra habitum est. Et sic patet quod omnis contrarietas reducitur ad unum et multa. Unum autem et multa opponuntur ut indivisibile et divisibile, ut supra habitum est. Et ita relinquitur quod omnia contraria privationem includant. Quoniam vero unum uni contrarium et cetera. Postquam philosophus ostendit quid est contrarietas, hic declarat quasdam dubitationes circa predeterminata. Et circa hoc duo facit. Primo movet dubitationes. Secundo solvit eas, ibi: Utrum enim semper in oppositione dictum et cetera. Oriuntur autem dubitationes ex hoc quod supra dictum est quod unum uni contrarium est et quod indivisibilis oppositione tale inde (?). Nam unum et multa opponuntur, cum tamen et multis opponantur pauca; sunt autem et equale videtur opponi duobus, scilicet magno et parvo. Unde relinquitur dubitatio quomodo predicta opponuntur. Si non opponuntur secundum contrarietatem, videtur falsum esse quod dictum est quod unum uni contrarium est. Deinde cum dicit: Utrum enim semper et cetera, prosequitur predictas dubitationes. Et primo prosequitur dubitationem de oppositione unius ad multa, ibi: Similiter autem et de uno et multo. Circa primum duo facit. Primo disputat questionem. Secundo veritatem determinat questionis, ibi: Relinquitur ergo aut negationem oppositum. Et circa primum duo facit. Primo obicit ad ostendendum equale esse contrarium magno et parvo. Secundo ad oppositum, ibi: Sed accidit unum et cetera. Circa primum tres ponit rationes. Ad primam quarum duo facit. Primo manifestat quendam ex quo ratio procedit, dicens quod hec dictio utrum semper utimur in oppositis, ut cum querimus utrum aliquid sit album aut nigrum, que sunt opposita secundum contrarietatem, et utrum sit album aut non album, que sunt opposita secundum contradictionem. Sed utrum aliquid sit homo aut album non dicimus nisi ex hac suppositione quod non possit esse album et homo, et sic querimus utrum sit album vel homo. Sicut querimus utrum veniet Cleon aut Socrates, supponentes quod non ambo simul venerint. Sed hic modus querendi in his que non sunt opposita in nullo genere est secundum necessitatem, sed solum secundum suppositionem. Et hoc ideo quia hec dictio utrum utimur solum in oppositis ex necessitate. In aliis autem ex suppositione tantum, quia sola opposita ex sua natura non contingit simul existere. Et hoc scilicet ut non simul sit verum utrumque, quod videtur qui querit utrum veniat Socrates aut Cleon. Quia si contingeret eos simul venire, derisoria esset interrogatio. Et si ita est quod non contingit eos venire, incidet predicta questio in oppositione que est inter unum et multa, scilicet querere de Socrate et Cleone utrum ambo veniant vel alter tantum, quod quidem quod est secundum oppositionem unius ad multa. Et supposito quod alter veniat tantum, deinde habet locum quod utrum veniat Socrates aut Cleon. Secundo ibi: Si vero et in oppositis. Ex propositione iam manifestata argumentatur sic. Hec particula utrum interrogantes in oppositis utimur, ut dictum est. Sed utimur hac particula in equali et magno et parvo; querimus enim utrum hoc illo sit maius aut minus aut equale. Est ergo aliqua oppositio equalis ad magnum et parvum. Sed non potest dici quod alterum horum sit contrarium magno vel parvo, quia nulla ratio est quare magis sit contrarium magno quam parvo. Item secundum predicta videtur quod ambobus sit contrarium, quia unum uni est contrarium. Secundam rationem ponit ibi: Amplius inequale et cetera, que talis est. Equale est contrarium inequali. Sed inequale significat idem ambobus, scilicet magno et parvo. Ergo equale est contrarium ambobus. Tertiam rationem ponit ibi: Hic dubitant (?) et cetera, que procedit ex opinione Pythagoricorum, qui attribuebant inequalitatem et alteritatem dualitati et unitati (?) ... autem uno ipsi; et est ratio talis. Equale opponitur inequali. Sed inequale competit dualitati. Ergo inequale est contrarium duobus. Deinde cum dicit: Sed accidit unum et cetera, obicit in oppositum duabus rationibus, quarum prima talis est. Parvum et magnum sunt duo. Si ergo equale est contrarium magno et parvo, unum est contrarium duobus, quod quidem est impossibile, ut supra ostensum est. Item rationem ponit ibi: Amplius equale et cetera, que talis est. Non est contrarietas medii ad extrema, quod quidem est et per se ipsum apparet, et ex diffinitione contrarietatis manifestatur, quia contrarietas perfecta est distantia. Sed autem est medium aliquorum non est perfecte distans ab alio eorum, quia extrema magis distant ab invicem quam a medio. Et sic relinquitur quod contrarietas non est mediorum ad extrema, sed magis contrarietas est eorum que habent inter se aliquod medium. Equale autem videtur esse medium magni et parvi. Non ergo equale est contrarium magno et parvo. Deinde cum dicit: Restat, determinat veritatem questionis. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit equale opponi magno et parvo alio modo quam secundum contrarietatem; concludit hoc ex rationibus supra positis ad utramque partem. Nam per rationes ostendit quod equale non opponitur magno et parvo. Per hec autem quod non est contrarium eis, restat ergo quod opponatur eis alio modo oppositionis et tenendo rationem oppositionis (?). Primo quia equale dicitur ad inequale, non ad magnum et parvum. Relinquitur quod equale

Restat

opponatur magno et parvo aut sit negatio eorum aut
sicut privatio. Si quod alterius istorum magis opponatur utrique
eorum et non alteri tantum. Deinde dicit: propter quid non est ratio
quare equale sit magis negatio aut privatio magni quam
parvi aut e converso. Unde oportet quod sit negatio aut privatio amborum
simul. Deinde hic probat quod necesse est oppositum utrique. Propter hoc
utimur hic particula utrum interrogantes de equa
li comparatione ad ambo et non ad alterum tantum.
Non enim querimus utrum hoc illo sit magis vel equa
le aut equale. Sed minus. Sed sic ponimus talem utrum
sit maius aut minus aut equale. Deinde ibi: Non privatio
ex necessitate etc. Vult determinare quomodo equale opponitur
equale magno et parvo dicens quod hec particula non
que includitur in ratione equalis tamen dicit equa
le esse quod neque est maius neque minus non est privatio simpliciter.
Sed ex necessitate est privatio negatio. Non enim absolute dicitur
tamen non inest sua opposita affirmatio quia non
accidit de proposito. Non enim esse dicit equale omne
quod non est maius aut minus sed solum hoc dicit in illis
in quibus aptum natum est esse maius aut minus. Sed est
non equale. Equale est quod neque magnum neque parvum
est aptum natum esse magnum aut parvum sicut ea
privationes distinguntur et ita manifestatur quod equale
opponitur ambobus scilicet magno et parvo ut negatio
privativa. Deinde ibi: Neque igitur medium est etc.
Concludendo vult quod equale est medium magni
et parvi et circa hoc duo facit: primo concludit ex dictis
propositum. Cum enim dictum sit quod equale est quod neque magnum
neque parvum est aptum natum esse aut hoc aut illud patet quod
hoc modo se habet ad contraria medium est inter ea sicut quod
neque malum neque bonum est opponitur ambobus et est
medium inter bonum et malum. Unde relinquitur quod equale
sit medium inter magnum et parvum. Sed hic est differentia in
utrisque quia quod neque magnum neque parvum est nominatur
dicitur enim equale. Sed quod neque bonum neque malum est non nomina
tum. Et ratio huius est quia quando ambe privationes duorum contra
riorum cadunt solum ad unum determinatum tunc est
unum tantum medium et potest de facili nominari sicut
equale. Ex eo enim est quod neque magnum neque minus
quod habet unam et eandem quantitatem. Sed quando plures sunt quod
cadunt due privationes contrariorum dicitur multis et non est
unum tantum susceptivum utriusque privationis coniuncte
et tunc non habet unum nomen sed remanet omnino
innominatum sicut quod neque bonum neque malum est contingens.
Vel habet diversa nomina sicut hoc quod dicit quod neque album
neque nigrum. Hoc enim non est ad unum sed sunt quidam
colores determinati in quibus negatio privativa
tiva dicitur. Necesse est enim id quod neque est album neque nigrum
aut esse pallidum aut esse croceum aut aliquid tale.
Deinde ibi: quare non recte etc. Excludit per predicta
quorundam rationem de hoc quod id quod neque bonum

neque malum. Dicebat enim quod pari ratione possit
assignari medium inter quecumque. Dicit ergo quod ex
dictis patet quod oportet esse aliquod susceptivum quod natum
est esse utrumque extremorum in his in quibus me
dium per rationem assignatur per ab negatione
utriusque. Manifestum est quod non recte increpant
illi assignationem medii illi qui opinantur
licet quod sic possit dici in omnibus puta
quod calceus et manus sit medium quod neque calceus
neque manus est. Quod quia id quod neque bonum neque malum est
medium boni et mali quod similiter modo in omnibus
sit futurum aliquod medium. Sed hoc non est necesse accidere
dicere quia ista coniunctio negationum que facit medium
est oppositorum que habent aliquod medium et que sunt
in una distantia quae unius generis extrema. Sed quorum
de quibus ipsi inducunt sunt calceus et manus
non est talis differentia quod sunt in una distantia quia
sunt in alio genere quorum negationes sunt acci
pientes. Unde non est ad unum quod subiectum habet nega
tionibus et sic inter talia non est accipere medium.
Deinde et de uno et de multis dubitaverit etc. Per
prescrutatus est philosophus questionem que mota fuit de
oppositione equalis ad magnum et parvum hic prosequitur questionem mo
tam de oppositione unius ad multa et circa hoc duo
facit: primo obiicit ad questionem. Deinde determinat veritatem
ibi: Sed forsan multa dicuntur etc. Circa primum tamen facit
primo assignat rationem dubitationis dicens quod sicut dubitatum
est de oppositione equalis ad magnum et parvum.
Similiter quidem potest dubitari de uno et de multis
utrum opponantur ad invicem et ratio dubitationis
est quia si multa absque distinctione opponantur
uni sequuntur quedam impossibilia ut determinavit
de multo sicut ipse post determinavit. Deinde ibi: Si
simul unum paucum etc. Probat quod dixerat
probat enim quod si unum opponitur multis quod unum
sit paucum vel pauca et hoc duabus rationibus
quarum prima talis est. Multa opponuntur paucis
sicut igitur multa opponuntur uni simpliciter et sine
distinctione tamen unum unum sit contrarium. Relinquitur
quod unum sit paucum vel pauca. Deinde ibi: Ea ratio talis est.
Duo enim multa quod probatur ex hoc quod duplex est multiplex
sed multa opponuntur paucis. Ergo duo opponuntur
aliquibus paucis. Sed duo non possunt esse multa
ad aliquid paucum nisi ad unum. Nihil enim minus
duobus nisi unum. Relinquitur ergo quod unum sit paucum.
Deinde ibi: Amplius in longitudine. Vult hic esse impossibile scilicet quod
unum sit paucum. Sicut enim se habet unum et pau
cum ad pluralitatem sic productum et breve ad
longitudinem utrumque enim utriusque. Sunt passiones ista. Sed
omne breve est longitudo quedam. Ergo omne
paucum est pluralitas quedam. Si ergo unum est

pauci quod multa videtur dicere. Si duo sunt multa, sequitur
quod unum sit quedam pluralitas, et ita unum non solum
erit multum, sed et multa. Vel forte hic dicit multitudinem
facile divisibilibus, ut sunt aqua, oleum, aer et huiusmodi,
que nominantur hic continua bene terminabilia. Nam humidum est
quod bene terminatur termino alieno. In talibus enim et ad
continuum dicitur multum, sicut multa aqua vel multus aer,
quia propter facilitatem divisionis sunt propinqua multitudini. Sed
tamen horum quod est continuum non dicitur esse multum sim-
pliciter, quia non dicitur esse multa pluraliter. Sed in aliis non
dicitur multum nisi que sunt divisa actu. Non enim si huius-
modi continuum dicitur quod sit multum, sed magnum.
Divisione autem actu adveniente non solum dicimus
quod sit multum, sed etiam quod sit multa. In aliis ergo
non dicitur differenter multum et multa, sed solum magnitudine
in uno bene terminabili. Si ergo unum sit multum, sequitur quod
sit multa, quod est impossibile. Deinde: Sed forsan multa
dicuntur et cetera. Solvit predictam dubitationem. Et circa hoc duo
facit. Primo ostendit quod multum non eodem modo opponitur
uni et pauco. Secundo ostendit qualiter multum opponatur
uni, ibi: opponuntur itaque unum multis et cetera. Circa
primum duo facit. Primo solvit predictam dubitationem.
Secundo excludit ex dictis quorundam errorem, ibi: quare
non recte et cetera. Duo autem supponit in obiectione
tangebat, ex quibus impossibile sequi videbatur, scilicet quod
multum sit multa, et quod multa opponantur pauci.
Primo ergo interimit primum, dicens quod forsan in quibusdam multa
dicuntur indifferenter, sicut et multum. Sed in quibusdam differenter
et multa accipiuntur, ut ad differentiam scilicet magnitudinis
bene terminabilis, sicut de una aqua continua dicitur
quod est aqua multa, et non quod sunt aque multe.
Sed multitudo que sunt divisa actu, quecumque sunt
illa multitudo indifferenter dicitur et multum et multa.
Secundo ibi: uno quidem modo et cetera interimit secundum, scilicet quod
multa opponantur paucis, et dicit quod multa
dicuntur dupliciter. Uno modo significat pluralitatem excedentem,
vel simpliciter vel per respectum ad aliquid. Simpliciter quidem sicut
dicuntur aliqua esse multa eo quod excedunt pluralitatem
que solet communiter inveniri in genere suo.
Ut si dicatur multam pluviam, que ultra consuetum
cursum pluit. Per respectum autem ad aliquid, ut si dicatur
X homines multos in comparatione ad tres. Et sic
pauci dicuntur pluralitas habens defectum vel deficiens
a pluralitate excedente. Alio modo dicitur multum
absolute, et tunc dicitur quedam multitudo et sic multum
opponitur tantum uni, non autem pauco. Nam multa
secundum hunc significatum est quasi plurale eius quod dicitur unum,
ut ita dicamus unum et multa, ac si diceremus
unum et una pluraliter, sicut dicimus album et alba,
et sic mensuratum dicitur ad mensurabile. Nam

multa numerantur per unum ut infra dicetur. Et secundum hunc
significatum accipitur dicendo multiplicia. Unumquodque enim est
quod secundum quemlibet numerum dicitur ad multiplex, sicut a binario
duplum et a ternario triplum et sic de aliis. Unumquodque
enim numerus est multa, quia unusquisque refertur ad unum, et quia quilibet
mensurabilis uno. Et secundum hoc multa que opponuntur uni, non autem
secundum quod opponuntur pauco. Unde et ipsa duo que sunt numerus
quidam sunt multa. Secundum quod multa significant pluralitatem
excedentem, duo non sunt multa, sed sunt pauca. Dualitas enim
est paucitas, duobus quia unum non est paucum, ut supra
probatum est. Paucitas enim est pluralitas habens defectum.
Prima autem pluralitas habens defectum est dualitas. Unde
dualitas est prima paucitas. Deinde cum dicit: quare
propter non recte et cetera, excludit ex predictis quorundam errorem.
Sciendum est enim quod Anaxagoras posuit generationem rerum
fieri per extractionem. Unde posuit a principio omnia extitisse simul
in quodam mixto. Sed intellectus incepit segregare ab
illo mixto singulas res, et hec est rerum generatio. Et
quia generatio secundum eum est in infinitum, ideo posuit quod res
in illo mixto existentes infinitatem haberent.
Dixit ergo quod ante distinctionem rerum omnes res
simul erant infinite, quod et pluralitate et parvitate,
et quod infinitum multitudine et parvitate posuit.
Sunt... recte dictum est quod in quibusdam continuis
nec infinitum per divisionem. Cum quod infinitatem
significat pluralitatem. In quibusdam autem dicitur infinitum
inveniri per additionem, quod quidem significat pluralitatem.
Cum ergo hic recte dixisset, deficiunt ab hoc suo dicto
non recte. Visum fuit enim ei per modum quo loco eius
quod dixit pluralitatem debuit dicere et paucitatem,
que quidem correctio ideo non facta fuit, quia res non
sunt infinite paucitate. Est enim invenire paucum
primum, scilicet duo, non autem unum ut quidam dicunt. Unde autem
est invenire aliquid primum non proceditur in infinitum.
Si autem unum esset paucum, oporteret in infinitum procedere
consequenter. Unde quod unum esset multa, quia omne pa-
ucum est multum vel multa, ut supra dictum est. Si autem unum
esset multa, oporteret esse aliquid minus eo quod esset paucum
et illud iterum oporteret esse multum, et sic in infinitum ab-
iret. Deinde cum dicit: opponuntur itaque unum multis
et cetera. Ostendit quomodo unum et multa opponantur. Et circa hoc
duo facit. Primo ostendit quod unum opponitur multis relative.
Secundo ostendit quod multitudo absoluta non opponitur pauco, ibi: plu-
ralitas autem nec pauca esse contraria et cetera. Circa primum tria fa-
cit. Primo ostendit quod unum opponitur multis relative, dicens
quod unum opponitur multis sicut mensura mensurabili, que quidem
opponuntur ut ad aliquid, non tamen ita quod sint de numero
eorum que sunt ad aliquid per se ipsa. Quia, ut in quinto dictum
est, quod dupliciter dicuntur aliqua esse ad aliquid. Quedam enim
referuntur ad invicem ex equo, sic dicuntur et convers-

pri et filius. magnum et paruum. et hec dicuntur esse ad aliquid ut contraria et sunt ad aliquid per se ipsa quia utrumque eorum hoc ipsum quod est ad alterum dicitur. alia uero sunt ad aliquid non ex equo. sed unum eorum dicitur ad aliquid non quia ipsum refertur sed quia aliud refertur ad ipsum sicut in scientia et scibili. quod scibile enim dicitur relatiue non quia ipsum refertur ad scientiam. sed quia scientia refertur ad ipsum. et sic patet quod hec non sunt relatiua secundum se quia scibile non hoc ipsum quod est ad alterum dicitur. sed magis aliud dicitur ad ipsum. Ideo ibi. unum uero esse et cetera. manifestat quando unum opponitur multis ut mensura mensurabili. et quia de ratione mensure est quod sit minimum aliquo modo. ideo primo dicit quod unum est minimum multis et est duobus sed non sic paucis. non enim sequitur si aliquid est minimum quod sit paucis. sed ratione pauci sic quod sit minimum. quia omnis paucitas pluralitas quedam est. sciendum est uero quod pluralitas sumitur multitudo absoluta que opponitur uni quod conuertitur cum ente et quoddam genus numeri quia numerus non est aliud quam pluralitas et multitudo mensurata uno. sicut igitur unum secundum quod sumptum dicitur eius indiuisibile conuertitur cum ente. et ex eo quod accipitur ratione mensure sic determinatur ad aliquod genus. scilicet ad genus quantitatis in qua proprie inuenitur ratio mensure. et sic pluralitas. scilicet multitudo secundum quod significat entia diuisa non determinatur ad aliquod genus. sed ex eo quod significat aliquid mensuratum determinatur ad genus quantitatis cuius species est numerus. et ideo dicit quod numerus est pluralitas mensurata uno. et quod pluralitas est quasi genus numeri. et non dicit quod sit simpliciter genus. quia sicut ens genus non est proprie loquendo ita nec unum quod conuertitur cum ente nec pluralitas ei opposita. sed est quasi genus quia habet aliquid de ratione generis nec tamen est genus. sic igitur accipiendo unum quod est principium numeri et habet rationem mensure et numerum qui est species quantitatis. et est multitudo mensurata uno. opponuntur unum et multa. non ut contraria ut supra dictum est de uno quod conuertitur cum ente et de pluralitate sibi opposita. sed opponuntur sicut aliqua eorum que sunt ad aliquid quorum scilicet unum dicitur relatiue quia aliud refertur ad ipsum. sic igitur opponitur unum et multa inquantum unum est mensura et multa est mensurabile et quia talis est natura horum relatiuorum quod unum potest esse sine altero. sed non econuerso. ideo hoc inuenitur in uno et numero quia si est numerus oportet quod sit unum. sed non oportet quod ubicumque sit unum quod sit numerus quia si est aliquid indiuisibile ut punctus ibi est unum et non numerus. In aliis uero relatiuis quorum utrumque per se dicitur ad aliquid neutrum est sine reliquo. non enim est dominus sine seruo nec seruus sine domino. Secundo ibi. scientia quoque et cetera. manifestat similitudinem relationis scibilis ad scientiam similis unius ad multa dicitur. quia cum scientia sumatur per rei mensurationem dicitur ad scibile sicut multa

ad unum. non tamen assignatur a quibusdam quod uerum a quibusdam sicut pictagoricis ut supra dictum est quod scientia sit mensura et scibile sit mensuratum. sed contrarium apparet. dictum est enim quod si est unum quod est mensura non est necesse numerum esse qui est mensuratum. sed econuerso uidemus quod si est scientia oportet scibile esse. Non autem oportet si est aliquid scibile quod sit eius scientia unde apparet quod magis scibile est sicut mensura et scientia sicut mensurata. quodammodo enim mensuratur scibili scientia sicut multa uno ex hoc quod uera scientia rei habetur quod intellectus apprehendit rem sicuti est. Deinde cum dicit. pluralitas quoque et cetera. ostendit quod pluralitas uel multitudo absolute non opponitur pauco directe. dicens quod pluralitas secundum quod multitudo opposita uni ut mensure. sed non est contraria pauco sed pauco quod significat pluralitatem excessam opponitur multum quod significat pluralitatem excedentem. Aliter et pluralitas. Non enim in omni modo opposita uni sed dupliciter. uno modo sicut supra dictum est opposita ei ut diuisibile indiuisibili. et hoc si accipiatur communiter unum quod conuertitur cum ente et pluralitas ei correspondens. alio modo opponitur pluralitas uni ut ad aliquid sicut scientia ad scibile et hoc dico si accipiatur pluralitas que est numerus et unum quod habet rationem mensure et est principium numeri. Quoniam uero contrariorum et cetera. postquam philosophus determinauit de contrariis. hic determinat de mediis contrariorum et circa hoc duo facit. primo ponit de quo est intentio dicens quod quia contrariorum contingit aliquid esse medium ut supra dictum est. et quedam contrariorum medium habent. ostendendum est quod necesse est media esse ex contrariis. Non autem hoc solum dicit. sed et quedam alia que ad hanc probationem sunt necessaria. Secundo ibi. omnia namque media et cetera. prosequitur intentionem suam et circa hoc tria facit. primo ostendit quod media sunt eiusdem generis cum contrariis. Secundo ostendit quod media sunt inter contraria tantum. ibi. at uero media et cetera. Tertio uero ostendit quod media componuntur ex contrariis quod est propositum. ibi. si uero sunt eiusdem generis. dicit ergo primo quod omnia media sunt eiusdem generis cum hiis quorum sunt media quod sic probat quia hec est diffinitio mediorum quod media sunt in que prius uenit id quod mutatur de uno extremorum quam in alterum extremum et hoc manifestat per duo exempla. primum quidem in sonis. sunt enim quidam soni graues et quidam acuti et quidam medii. et per hanc distinctionem sonorum distinguuntur corde in musicis instrumentis. Ille enim corde que reddunt graues sonos dicuntur ypate quasi principales. Ille uero que reddunt acutos sonos dicuntur nete. si igitur musicus paulatim a grauibus ad acutos descendere uelit quod est transire per media tonorum necesse est quod prius ueniat ad sonos medios.

Secundo autem manifestat in coloribus. si enim aliquid mutatur
ex albo in nigrum oportet quod prius veniat ad
medios colores quam ad nigrum. et similiter est manifestum
in mediis. Sic igitur patet quod de medio fit transmutatio
contrario ad extrema et econverso. sed excludit que sunt in diversis
generibus non fit transmutatio in invicem. nisi for-
te per accidens sicut patet in colore et figura. Non enim
mutatur aliquid de colore in figuram aut econverso.
sed de colore in colorem et de figura in figuram.
Unum igitur est quod media et extrema sunt in eodem
genere. Secundo cum dicit At vero omnia me-
dia ostendit quod media sunt inter contraria. et circa hoc duo facit.
Primo ostendit quod media. sunt inter necesse est esse inter opposi-
ta. Secundo inter que opposita sunt inter contraria. ibi Oppositorum vero et c.
Dicit ergo primo quod omnia media necesse est esse inter
opposita. quod sic probat quia solum ex oppositis per se loquendo
fiunt mutationes ut probatum est supra in Physicorum.
Ex nigro enim aliquid fit album per se loquendo. dulce
autem non fit ex nigro nisi per accidens in quantum dulce contingit
esse album. sed media sunt inter illa ex quibus est in me-
dia transmutatio sicut per diffinitionem mediorum supra posi-
tam patet. Impossibile est igitur quod media sint non oppositorum quia
sequeretur quod esset permutatio non ex oppositis.
Deinde cum dicit Oppositorum vero et c. manifestat inter
que opposita possunt esse media dicens quod inter opposita
contradictione nullo modo potest esse medium. contradictio enim est
oppositio cuius altera pars ex necessitate adest. Semper enim vel
sit ens. sive non ens. de quolibet enim esse vel non
esse necesse est dicere quod sedet vel non sedet. et sic patet
quod contradictio nullum habet medium. Sed aliorum oppositorum
alia sunt ad aliquid. alia privatio et forma. alia vero
contraria. eorum autem que sunt ad aliquid quedam se habent ut
contraria que ex equo ad invicem referuntur. quedam vero
se habent ut contraria que non ex equo ad invicem re-
feruntur sicut scientia et scibile et ista non habent medium.
Cuius causa est quia media et extrema sunt in eodem genere. sed ad aliquid
sunt in eodem genere cum unum per se refertur. ut scientia. non
autem ad aliquid ut scibile. quia scientie et scibilis potest aliquid esse
medium. sed magis et parum potest esse aliquid medium. inter equa-
le. ut supra dictum est et similiter eorum que referuntur ad in-
vicem ut contraria. quando autem ea que opponuntur privative
habeant medium. vel non habeant et quando sic opposita aliquo
modo pertinent ad contrarietatem. hoc tractatum est supra in expositione.
Deinde cum dicit Si vero sunt in eodem genere et c.
ostendit quod prima intendit. scilicet quod media sunt composita
ex contrariis. et circa hoc duo facit. Primo proponit quod inten-
dit dicens quod si media in eodem genere sunt cum extre-
mis sicut ostensum est. et si iterum media sunt solum inter contra-
ria ut iam ostensum est. necesse est media componi ex his
contrariis inter que sunt. Secundo cum dicit Non est autem

et c. probat propositum. et circa hoc tria facit. Primo ostendit quod contrarie species
habent priora contraria ex quibus constituuntur. quod sic probat
oportet enim quod contrariorum aut sit aliquod genus aut nullum. Si au-
tem genus est contrariorum non habentium medium quod medium
non est nisi eorum que sunt unius generis ut ostensum est patet.
Sed si contrariorum quorum possibile medium sit aliquod genus sit
prius ipsis contrariis. necesse est quod sint differentie contrarie
priores speciebus contrariis que faciant et constituant
species contrarias ex ipso genere. Non enim species ex genere
et differentiis constituuntur. et hoc manifestat per exemplum. sicut si album
et nigrum sunt contrarie species et habeant unum genus
quod est color. necesse est quod habeant aliquas differentias
constitutivas ita quod album sit color disgrega-
tivus visus. nigrum vero color congregativus. et sic
differentie congregativum et disgregativum sunt priores albo
et nigro. Unde cum utrobique sit contrarietas manifestum est
quod contraria sunt sibi invicem priora contrarie. Unde differentie sunt priores
contrariis speciebus. et sunt magis contraria que sunt contrarie
ipsis speciebus. Considerandum tamen quod disgregativum et congre-
gativum visus non sunt vere differentie constitutive albi
et nigri. sed magis effectus eorum. ponuntur in loco
differentiarum signa eorum sicut multotiens per accidentia designantur
differentie et forme substantiales. disgregatio vero visus pro-
cedit ex excellentia luminis cuius plenitudo albedinem
constituit et congregatio visus contrarie excellentie contraria.
Secundo cum dicit Et reliqua media et c. ostendit quod et medie
species habent priora media ex quibus constituuntur. dicens
quod cum media sint species eiusdem generis et omnes species
ex genere et differentia constituuntur. necesse est quod media con-
stituantur ex genere et differentiis. sicut quicumque colores
sunt medii inter album et nigrum oportet hoc diffinitionem
ex genere quod est color et ex quibusdam differentiis. Sed hee
differentie ex quibus constituuntur medii colores non
possunt esse prima contraria scilicet differentie contrarie que constituebant
contrarias species albi et nigri. aliter oportet quod
quilibet color medius esset albus aut niger. Ille enim
color congregativus est niger et disgregativus est
albus. Oportet igitur quod differentie constitutive mediorum colorum
sint alie a differentiis que sunt constitutive contrariarum
specierum et quod sicut se habent species ad species. ita se
habent differentie ad differentias. oportet quod sicut sunt medii co-
lores et species medie inter species contrarias ita differentie
constitutive eorum sint medie inter differentias contrarias que
dicuntur prima contraria. Tertio ibi Prime autem differentie et c. ostendit
quod medie differentie ex differentiis contrariis componuntur. dicens
quod differentie contrarie sunt disgregativum visus et congrega-
tivum. unde iste differentie sunt id primum ex quo compo-
nuntur omnes species generis. sed si aliqua contraria non
essent in eodem genere querendum restaret ex qui-
bus media constituerentur. sed nihil que sunt in eodem

genere non est diffinibilis. Sed tamen ex hac ratione est omnia que
sunt media genere aut esse incomposita aut composita ex
incompositis, id est simplicibus que sunt in genere illo. Contra-
ria non sunt composita ex invicem, sed nec album compositum
ex nigro, nec nigrum ex albo, nec contrarium ex alio
contrario, nec ex hiis, quia contraria sunt principia. Quia sim-
plicia in quolibet genere sunt prima. Sed de mediis oportet
dicere quod aut omnia componantur ex simplicibus,
id est ex contrariis, aut nullum. Quia eadem ratio videtur de omnibus.
Sed non potest dici quod nullum, quia aliquid est medium quod compositum ex
contrariis. Ex eo quod transmutatio prius pervenit ad
media quam ad extrema. Sed et sic apparet quia id in
quod prius pervenit transmutatio est magis et minus respectu
utriusque extremorum. Puta vero ad sit minus album et
minus nigrum quam totaliter non album et totaliter nigrum. Et ideo
quod est minus album quam simpliciter album, et minus ni-
grum quam nigrum simpliciter, et et magis accedit ad album
quam nigrum simpliciter et magis accedit ad nigrum
quam simpliciter album. Et sic patet quod id quod prius pervenit
transmutatio est magis et minus respectu utriusque extremi,
et propter hoc oportet quod sit medium contrariorum. Et sic quod omnia
media sunt composita ex contrariis. Illa enim medium quod est ma-
gis et minus respectu utriusque extremorum oportet esse compositum ex
extremis simpliciter, respectu quorum dicitur maius et minus, et quia
non sunt alia extrema priora contrariis medii generis, relin-
quitur quod due differentie constitutive mediorum sint
composite ex contrariis differentiis, et ita media erunt ex
contrariis. Patet quod omnia inferiora, id est omnes species ge-
neris contraria quam media, sunt ex primis contrariis, id est differentiis.
Ex his manifestum cum dicit. Quod quidem igitur media et cetera
concludit epilogando quod quantum de mediis dictum
est et ita plana. Dubitabit autem aliquis et cetera. Quia plus
supponit contrarietatem esse differentiam maximam
dicit, id est esse secundum genus et secundum speciem. Intendit hic
quod ostendere quod contraria se habeant ad hoc quod
differant genere et specie et dividitur in duas.
In prima ostendit quod differentia secundum speciem pertinet ad contrarietatem.
In secunda ostendit quod de quibus contrariis aliquid est ibi
Dubitabit autem aliquis utique quare femina. Circa primam duo
facit. Primo ostendit quod differentia que facit differre specie est
secundum se existens generis, quod speciem nata generare dividit
vel species dividunt. Secundo ostendit quod oportet contrarieta-
tem ibi: Contrarietas quidem igitur et cetera. Tertio concludit quod-
dam quod sunt contraria que non faciunt differre
secundum speciem sed sunt in eadem specie. Circa secundum quod contraria
que faciunt genere differre et non solum specie, id est
quando vero contraria diversa et cetera. Circa primum duo facit.
Primo movet dubitationem. Secundo solvit ibi: Aut quia hec que
dicit et cetera. Dicit ergo primo quod dubium est quare femina non
differt specie a viro, cum femininum et masculinum

sint contraria et differentia secundum speciem contrarietas ex
ut quidem ostensum est. Et etiam cum animal sit quod ipsa
nata generat divisibile individuas species per quasdam
que sunt per se differentie generis, quarum altera masculinum
et altera femininum, non sunt diversa secundum speciem, quoniam
masculinum et femininum sunt per se differentie animalis
et non habent se per accidens ad animal sicut albedo
et nigredo. Sed masculinum et femininum per accidens
de animali inest animali sicut par et impar de numero,
in quorum diffinitione ponitur numerus in diffinitione
masculini et femine. Deinde cum dicit ... dubitationis non
reddit causam quare contrarietas faciat differre specie,
cum quod differentie speciei dividunt genus individuas
species sunt per se differentie generis, quorum utrorumque
oportet esse, et quare hanc dubitationem in speciebus talis
moveat, reducit eam ad generaliorem formam,
et dicit quod hoc dubium idem est eadem ratio si queratur
quare quedam contrarietas facit differre specie et quedam
non, sicut ambulativum et volativum sunt genera et
volatile faciunt differre specie animalia, sed albe-
do et nigredo non. Deinde cum dicit: Aut quia hec
quedam sunt proprie passiones, solvit propositam
questionem, et circa hoc duo facit. Primo solvit eam in
generali, ad quod questionem reduxerat. Secundo adaptat
generalem solutionem ad speciales terminos in quibus primo
movebat questionem ibi: Masculinum vero et femina et
cetera. Dicit ergo primo quod ideo quedam contrarietas
facit differre specie et quedam non, quia quedam
contraria sunt proprie passiones sui generis et quedam
sunt minus proprie, quod videntur generis causa similiter ut ex
parte habet ordinem ad formam. Ille enim proprie sunt differentie
generis que sumuntur a diversis formis perfectio-
nibus materie, sed quia forma speciei etiam multiplicatur in
diversa secundum materiam signatam que est principium individu-
ationis, propter quod contrarietas accidentium individualium
minus proprie se habet ad genus quam contrarietas differentiarum
formalium. Et ideo contingit quod quia in composito est materia
et forma, sed quod est ratio, id est forma que constituit
speciem, hic autem est materia que est individuationis principium,
quecumque contrarietates sunt in ratione, id est ex parte forme,
faciunt differre specie. Ille vero que sunt ex
parte materie, que sunt proprie individui, que est concepte
cum materia, non faciunt differre secundum speciem, et propter hoc
albedo et nigredo non faciunt homines differre secundum
speciem. Non enim homo albus et homo niger differunt
specie, et si utroque imponatur nomen unum, ut si homo albus
dicatur a et homo niger b. Hic autem addit quod homo
albus non videtur esse nomen unum, sed si imponeretur
videretur esse nomen unum, et talis est de homine, et non
dico quod homo et albus et niger non differunt specie.

+ hic deficit vii ca.

quia homo particularis cum dicitur album et nigrum.
est quasi materia. non enim dicitur quod homo sit albus nisi quia hic
homo est albus et sic est homo particularis conceptus cum
materia et materia non facit differentiam secundum speciem sequitur quod hic homo
et ille homo non differant specie quamvis plures homines
non propter hoc sunt species hominum quia tamen plures quia non
tamen sunt propter diversitatem materie quia licet diverse car-
nes et ossa ex quibus est hic et ille sed tamen totum ·i·
individuum congregatum ex materia et forma est diversum
sed non est diversum secundum speciem quia non est contrarietas ex
parte forme sed hic ·s· homo est ultimum et individuum secundum
speciem quia non dividitur ulterius divisione formali ·p·h·s·
particulare est ultimum individuum quia non dividitur ulterius nec
materiali nec formali differentia. sed quamvis individuum
non sit contrarietas ex parte forme non tamen est contrarietas
diversitas individuorum particularium quia particulare
quod ut Callias non solum est forma sed est forma
cum materia individuata et ita licet diversitas forme
faciat differentiam specierum. ita diversitas materie individua-
lis facit differentiam individuorum. album quia non pertinet
de homine nisi ratione individui. non enim dicitur homo albus
nisi quia aliquis homo dicitur albus ut Callias et sic patet
quod homo per accidens dicitur albus quia non in quantum homo.
sed in quantum hic homo albus dicitur. hic autem homo dicitur propter
materiam. Unde patet quod album et nigrum non pertinet
ad differentiam formalem hominis sed solum ad materiale
et propter hoc non differunt specie homo albus et niger.
sicut nec circulus ereus et ligneus differunt specie
et nihilominus ea que differunt specie non est differentia speciei
propter materiam sed propter formam. sicut triangulus ere-
us et circulus ligneus non differunt specie propter materiam
sed propter diversitatem forme. Unde si queratur utrum
materia faciat diversa specie aliquo modo. videtur quod
faciat. quia hic equus ab homine diversus est
specie et tamen materia est. quia ratio utriusque est cum materia in-
dividuali. et sic videtur quod materia aliqualiter faciat
differre specie. sed manifestum est quod hoc non contingit propter diversitatem
materie sed propter quia contrarietas est ex parte forme
Sic patet quod homo albus equus niger differunt specie
sed hoc non est propter album et nigrum. quia si ambo
essent albi adhuc specie differrent. sic igitur appa-
ret quod contrarietas que est ex parte forme fa-
ciat differre specie. non autem illa que est ex parte
materie. ¶ Deinde cum dicit. masculinum vero et fe-
mininum etc. solvit generalem [illegible]
ad terminos speciales in quibus questio prius movebatur
scilicet ad masculinum et femininum dicens quod masculus
et femina sunt proprie passiones animalis. quia animal per se in
differentiis utriusque. sed non secundum aliam substantiam
et formam sed ex parte materie et corporis. quod patet ex hoc

quod idem sperma potest fieri masculus et femina secundum quod diversas
patitur aliquas passiones. quia cum calor
operans fortis est fiet masculus. cum autem erit de-
bilis fiet femina. hoc autem non posset esse ·s· quod idem
generetur masculus et femina si differrent specie. non enim
ex uno semine diversa secundum speciem producuntur. quia
semen virtus est activa. et omne agens naturale
agit ad determinatam speciem quia agit sibi simile.
Unde relinquitur quod masculus et femina non differ-
ant secundum formam nec sunt diversa secundum speciem. ¶ Deinde
cum dicit. quod quidem est esse diversum etc. epilogat
quod dictum est quod planum est in littera. ¶ Quia vero contraria
diversa etc. postquam philosophus ostendit que contraria que non
faciunt differre specie. hic ostendit que contraria que et
genere differre faciunt. et tamen hoc ita facit. primo deter-
minat veritatem. ¶ Secundo excludit quorundam falsam
opinionem. ibi. manifestum quod omnino ex hiis etc. ¶ Circa
primum quedam corollarium excludit. ibi. palam quod que
non contingit etc. Circa primum premittit duo ad ostendendum
propositum. quorum primum est quod contraria sunt diversa specie. ut
quod oportet est. secundum est quod corruptibile et incorruptibi-
le contraria. quod sic probat ex hoc quod impotentia opposita
determinate potentie est quedam privatio ut in ·ix°.
habitum est. privatio autem est principium contrarietatis. Unde relinquitur quod tam
potentia sit contrarium potentie corruptibilis et incorruptibilis oppo-
nitur secundum potentiam et impotentiam sed diversitas. Nam si accipiatur
potentia communiter secundum quod se habet ad posse agere vel pati quod-
sic corruptibile dicitur secundum potentiam et corruptibile secundum impotentiam.
Si autem dicatur potentia secundum quod non est posse pati a deter-
minatur sic eo incorruptibile dicitur secundum potentiam. Corruptibi-
le secundum impotentiam. cum autem ex hiis inde concludit quod
sunt diversa genere. et hoc ideo quia sicut forma et actus
pertinent ad speciem ita materia et potentia pertinent ad
genus. Unde sicut contrarietas que est secundum formas
et actus facit differentiam secundum speciem. ita contrarietas
que est secundum potentiam facit generis diversitates.//
¶ Deinde cum dicit. manifestum quod diximus etc. exclu-
dit quorundam falsam opinionem. et circa hoc duo fa-
cit. primo ponit causam. secundo improbat ibi. sed contrariorum que
etc. dicit ergo primo quod Platonis primo dicta corruptibilis et
incorruptibilis est accepta ex ratione horum universalium
nominum secundum quod universalia sunt potentia et ad impotentiam sed
sic quibusdam videtur non necesse est quod corruptibile et in-
corruptibile differant specie. sicut non est hoc necesse in
albo et nigro. contingit enim idem esse album et nigrum. sed
diversimode. quia si idem quod dicitur album et nigrum sit ad
universale. sicut dicitur esse album et nigrum quantum ad diversos.
sicut simul verum est dicere quod homo est albus propter Sortem
et niger propter Platonem. si vero sint aliquid singula-
rium. non erit simul albus et niger. Sed tamen potest

quod corruptibile et incorruptibile differunt specie concludit

nunc esse album postea nigrum. tamen cum album et
nigrum sint contraria et hoc modo dicit quedam quod sin-
gulariter in eadem specie possit esse quedam corruptibilia et quedam
incorruptibilia et idem singulariter quia corruptibile et quia
incorruptibile. Deinde cum dixit: Sed contrariorum et quedam
per se. excludit predictam opinionem dicens quod contrario-
rum quedam sunt inherentia de quibus dicuntur sicut album et
nigrum homini de quibus nunc dictum est et alia inherentia
sunt huius contraria in quibus locum habet quod dictum est scilicet quod
possibile est esse in eadem specie et successive et eodem sin-
gulari. Sed quedam contraria sunt in quibus hoc est impos-
sibile quorum unum est corruptibile et incorruptibile. Non
enim corruptibile inest secundum accidens alicui eo quod de quibus
predicatur quod quod est secundum accidens contingit non esse. corruptibile autem ex
necessitate inest hiis quibus inest. aut si hoc non est
verum sequetur quod unum et idem sit quia corruptibile
quia incorruptibile quod est impossibile secundum naturam. Sed hoc
non excluditur quin virtus divina possit
aliquod corruptibile secundum suam naturam incorruptibiliter
conservare. sic igitur necesse est cum corruptibile non predicatur
secundum accidens quod cum significet substantiam eius de quo
predicatur cui inest quod est in illa. Est enim utrumque cor-
ruptibile forma que est de substantia rei. et similiter ratio est
de incorruptibili. quia utrumque ex necessitate inest. sic
igitur patet quod corruptibile et incorruptibile oppo-
nuntur. sic secundum se predicamenta que scilicet predicantur
de aliquo in quantum huiusmodi secundum quod tale et per se et exi-
stentia ex necessitate. quod corruptibile et incorruptibile
sint genere diversa manifestum est enim quod contraria que
sunt in uno genere non sunt de substantia illius generis.
Non enim concavum et rectum sunt de substantia alicuius
sed alterum est per accidens utrumque quod quidem genus accip-
iatur. Sed quod corruptibile vel incorruptibile sit de
intellectu eius cui inest hoc est quod contingit. manife-
stum quod genere et hec rationabiliter accidit. Nam cor-
ruptibilia et incorruptibilia non possunt esse in una
genere. et philosophus loquendo communiter sumitur. unde
dictum est quod ea que non communicant in materia sunt ge-
nere diversa. logice autem loquendo nichil prohibet quod
communicant in genere in quo communiter in una communicatione
predicamenti. ut substantie vel qualitatis. vel aliquo huiusmodi. Deinde
cum dicit: Palam igitur quod non possibile et cetera. Infert quoddam
correlarium ex dictis. scilicet quod non possunt esse species
separate sicut platonici posuerunt. ponunt enim duos
homines unum sensibilem qui est corruptibilis et unum
separatum qui est incorruptibilis. quem dicunt speciem vel
ydeam hominis. species autem cum ydee dicuntur esse eadem
specie per platonicos cum singularibus et non in spe-
cie ... de specie et singularibus. cum tamen incor-
ruptibile et corruptibile genere distant et ea que

sunt diversa genere plus distant quam que differunt
in specie. attendendum est autem quod hic philosophus ostendit
quod quedam contraria non faciunt differre specie et
quedam faciunt differre genere. tamen omnia contraria
aliquo modo faciunt differre specie. si fiat comparatio
contrariorum ad aliquod determinatum genus. Nam
album et nigrum licet non faciant differre genere
specie in genere animalis. faciunt tamen differre specie in
genere coloris. In masculino et femineo faciunt
differre specie in genere sexus et animatum et inanimatum
licet faciant differre genere quantum ad communes species. tamen quantum
ad genus quod prius dicitur animato et inanimato
faciunt differre specie tamen. Nam omnis determinatio generis
sunt contrarie specierum quarumdam. licet ille species possunt
esse genere diversa. corruptibile autem et incorruptibile
dividunt per se eius quod corruptibile est quod potest non
esse. incorruptibile vero quod non potest non esse. unde cum
eius non sit genus non est mirum si corruptibile
et incorruptibile non conveniant in aliquo uno genere.

Quod quidem igitur sapientia. Liber xi^us.

Quoniam sapientia particularis scientia quedam cor
que perscrutatione indiget per
terminationem. necesse fuit quamdam scientiam esse
universalem et primam que perscrutetur ea de quibus
particulares scientie non considerant. hiis autem videntur esse com-
munia que sequuntur ens commune de quibus nulla
scientia particularis considerat cum non magis ad
unam pertineant quam ad aliam. Sed ad omnes communiter
quod est substantie separate que excedunt comprehensionem
omnium particularium scientiarum et ideo circa hec scientiam
nobis tradit. Philosophus perscrutatur de quibus acce-
dit ad contemplandum speculative de substantiis separatis ad
quarum cognitionem ordinatur non solum ea que
in hac scientia tractata sunt. Sed et que in aliis scientiis
tractantur et ideo ad manifestiorem considerationem
de substantiis separatis habendam. primo quodam compendio
recollegit ea que dicta sunt tam in hoc libro quam
in libris physicorum utilia ad cognitionem illarum sepa-
ratarum. Secundo de ipsis substantiis separatis inquirit circa
medietatem sequentis libri ibi. Sed quoniam tres
sunt substantie. Prima pars dividitur in duas. In prima recolligit
ea que precedunt considerationem substantie. In secunda recolli-
git ea que ad considerationem substantie pertinent ibi
in principio sequentis libri. De substantia quidem theorica
est. Circa primum facit considerationem substantie. primo movet
dubitationes in tertio libro quas in hoc primo recolligit.
Secundo determinat ea que ad considerationem huius
scientie pertinent in quarto libro que et hic secundo loco
recolligit ibi. Quoniam autem philosophi scientia. Circa primum determi-
nat de ente inquantum ens. scilicet de ente per accidens

et demotu infinito de quibz pcipua determinat
in 60 li pcipua inlr phicor et de huic intencio
loco li recollegit .i. quia a sunt cuius sunt plures
mot .p ro .didi in .d. Jux mot dubitones ce
gsidacom li scie. Jux a ce vel de quibz intencio
scia determinat .i. ad li um oz pom. ce pmu d.
facit .p inquirit quid sit gsidacio li scie et ce
quat reat .i. li uet ce dem implicat. ce pmi d
facit .p dubitones mot de gsidacone li scie
ce pma. po de gsidacone li scie ce reat ibi.
ad li um oim reaz. ce pmu ta facit .p us
ptonit gsidacom li scie ce ce pma. dicit
q ma e ex pmo li inquo disputauimo qi
ea que phi alii dixerut de pmis rex pcipii
q sapia e scia quedam ce pma omni .e. n .i.
phemio istius libri. q sapia gsidat cam.
altissimas et max e vlez et e nobilissima
sciaz. Eo ibi. dubitabit a vtiles. mot
qom de gsidacone li scie q sapia dr. ce
pma rex dicit. q at pt dubitare vtru op
teat sapiam que gsidat pma ee vna
sciam an mltas. et si dicat quod e vna. vr
li ee ingrui. qima pla de quibz gsidat. in
vna scia contria. eo q vnu gtrior e eo
ad cognoscend altm p li ur eo vna arte
ande. li pma rex cu sint pla no e gtria.
alioquin no possent gte in vno pcipato
sapia g que e de pcipiis no vr ee vna
scia. si no dicat q no e vna li plez no
e eas assignare e a intat q sapia e vna
scia q gsidat pla pma. inq reducit.
ad vnu genus q iulit rone gtria. ro una
scia cadunt inq re vnius gnis. Eco ibi
ad huc demonstr. mot dubitom de gsidacone
li scie ce pma demonstracionis dicit q ad. huc du
bitabile e vtru. spectant pma demonstratiua.
ut omne totu mai sua pte et silia sit vnius
scie. an plu et si dicat q vnius vr diffile
assignare q magis sit istius scie q eiubz
alterius cu oes scie. communes eis vtant. si a
detur q sit plu sciaz diffile e assignare
plez sciat tales. Et intat q vna scia pma
gsidat ista pma ad qua gsidacio gnui q re
cuiu istoz pcipiox. sic eius et no eius totu
et ps. et alia li. et ab ea alie scie li pma.
accipiunt. Dem cu dicit. Juli vtru reaz
mot dubitones de gsidacone li scie ce reat
et querit duo .p utru li scia gsidet de
omnibz rebus an no et si detur q no. diffile
e. assignare de quibz rebus considet. et de quibz

non. et si detur quod de omnibz gsidet cu
sit vna remanet dubiu quod ead. scia possit
ee. de plibz. cum vna scia sit vnius. Et intat
e q li scia e de omnibz rebus. licz de quibzdam
pcipaliter .s. de rebus separatis inq omni gnis.
in vno gne quod e eius pte Eo ibi. ad li
vtru ce reat. querit vtr demonstracio sit solu ce
reat an et ce accin. si n. demonstracio pte e ce accin
q ad demonstracone pcipua gclude pte. accin de rebus
no erit demonstracio ce reat. li si dicat q alia de
monstratiua scia e reaz et alia accidentium. querend
restat que sit vtraqz eaz et vtr eaz sit
digna noie sapie q ex vna pte vr q sit
ce reat q cu rea sit prima mentibz. scia que
e ce reat vr ee prima. Et a intat q sapia et
reat et accin gsidat inq gnis in ente q e
eius rom li reat pma. sic pte et pma entia et de
eis accin demonstrat. Dem cu dicit. li n ce
dem implicit mot qones ce magis spales
de gsidacone li scie et p ce quat reat sit
gsidacio li scie. Eco ce que pma ibi. dubitabit
a vtr. ce pmi mot sm. qones et p qo pcipua
ad tur. reaz sensibilium dicit q no vr ponend
hanc sciam qua querim ce sm gnia caz
de quibz dem e inlr phicor q max vr ee
ce cam finale que e potissima inte alias.
sz no vr ee li scia. ce id cu gna .i. ce cam
finale. q finis he rom bom. bonu a gsi
stit in opacionibz et in his que sunt in motu
vn in imobilibz sicut mathematicis n de mrant
p cam finalem et ma e q finis e q pmo
mot. mouet .n. efficientem. pmu de mouens
no vr ee in rebz mobilibz. Et a intat li
scia. gsidat dem gna caz et pcipue cam
finale et formale et vltimus finis q e pmo
mouens e oio sm mole ut inferius ondet
Eo ibi. ad huc a. mot qom de gsidacone
reaz sensibilium et querit vtr li scia sit ce
reat sensibiles an no. si n. sit ce reat sensibiles
no vr differe a scia naturali. si a ce alias
reat. diffile e assignare ce quas alias.
an .n. e ce spes .i. ce ydeas q platonici posu
erunt an e ce mathematica que et quidam po
suerunt ee media inte ydeas et reat sensibiles
sicut st superficies et linee et figure et alia li
sz ma e pluriores libros q spes no sunt .i.
ydee separate et de mathematicis statim quere.
Et a intat li qom q ista scia determinat
de rebus sensibilibz inq sunt ree. no inq sunt sensibiles
et mobiles .li .n. pte pcipua ad naturale. sz.

consideratio huius scientie est de omnibus. Ostendit quod non est
ponere vero mathematica separata secundum primum motorem ut
patebit. Consequenter ibi: Atque dubitatione. Movet tertiam du-
bitationem ex inconvenienti quod sequitur dicentes media esse quod non
sunt species separate. Movet dubitationem de mathematicis utrum
sint separata et ostendit primo quod non, quia si aliquis ponat species
separatas et mathematica separata preter sensibilia, quia
non ita est in omnibus que habent species et sensibilia
quia etiam quedam entia preter species et particularia, quia
sicut linea mathematica preter species linee et lineam sensibi-
lem poneretur, tertius homo et tertius equus preter autoon
id est per se hominem et per se equum quod appellabant
platonici ydeas et equum et hominem singulares
sed inter ista platonici media non ponebant sed solum
in mathematicis. Postea vero cum dicit Si autem utraque
non est, obicit in contrarium quia si non sunt mathematica
separata difficile est assignare circa que mathematice
scientie negotientur. Non enim negotiari videntur
circa sensibilia quia sicut manifestat sensibilibus non sunt
tales linee et tales circuli quales scientie ma-
thematice querunt. Unde videtur necesse ponere quasdam
lineas et quosdam circulos separatos. Consequenter cum dicit Sed si autem
innuit quod mathematica non sunt separata a sensibilibus
secundum esse sed solum secundum rationem ut superius ostensum est in vi°
et infra docebitur. Et quia hanc dubitationem ex incidenti
interposuerat de separatione mathematicorum ea
occasione que dicebat media esse quod species non
sunt separate, ideo cum dicit Sed non et circa mathematica
redit ad questionem principalem qua querebatur circa que
substantias sit ista scientia et cum ostenderit quod non sit
circa species quia species non sunt separata secundum eandem
rationem quod non est circa mathematica quia nec ipsa sunt separata
scilicet secundum esse, sed non videtur esse circa sensibiles substantias
cum sint corruptibiles et in motu existentes. Consequenter
dubitat hic questionem que superius posita est. Consequenter tertiam
questionem ponit ibi: Totaliter autem dubi(tabit). Et querit
cuius scientie sit dubitare de materia mathematicorum scilicet
materie de quibus mathematice considerant. Non enim est
scientie naturalis, probatio: quia totum negotium naturalis philosophie
est circa ea que habent in se ipsis principium motus et quietis
nec alia naturalia dicuntur. Unde de hac dubitatione
se non intromittit. Similiter etiam consideratio huius dubitationis
non videtur pertinere ad illam scientiam que intendit
de demonstratione et scientia mathematicorum que dicitur mathe-
matica scientia quia hec scientia supponit hec materia sicut hec verum
et circa ipsum aliqua inquirit. Unde relinquitur quod ad
hanc philosophiam pertineat considerare de quo tractet
scientia mathematica. Deinde cum dicit Dubitabit
autem utrumque. Inquirit circa alia principia sit consideratio
huius scientie et circa hoc movet tres questiones. Prima enim quarum
utrum hec scientia sit circa principia que a quibusdam dicuntur ele(menta)

dicunt quod universaliter quod omnes ponunt hec principia esse
in existentia, id est inexistentia composita. Et ita oportet ad
cognitionem compositorum quod ipsa cognoscantur.
Sed ex alia ratione videtur quod ista scientia sit magis
universalium quia omnis ratio et omnis scientia videtur esse universalium
et non extremorum id est particularium ad que divisio
omnium terminatur. Et sic videtur quod ista scientia maxime
sit priorum generum. Consequenter innuit esse quod hec scientia prin-
cipaliter considerat omnia non tamen quod omnia sicut prima
sicut platonici posuerunt. Considerat autem et principia in-
existentia rerum sicut materia et forma. Secundo ibi
Sed autem sunt utraque. Movet secundam dubitationem. Videtur enim
ex una parte quod unum et ens sint principia
et genera quia hec maxime videntur continere omnia
tamquam continentia et hec maxime videntur esse principia
que sunt prima natura quia ens et unum maxime
videntur communia, omnia enim sunt ens et unum. Unde si auferuntur
circa unum et ens omnia alia auferuntur.
Sed non convertitur et sic videntur esse prius naturaliter cum
prius naturaliter dicuntur, a quo non convertitur consequentia
essendi. Ex alia parte videtur quod unum et ens non
sint genera et sic consequenter nec principia. Si enim genera sunt
principia, nulla enim differentia participat genus quia differentia
sumitur a forma, genus autem a materia. Sicut rationale
a natura intellectiva, animal autem a natura sensitiva. Forma
autem non includitur in essentia materie actu sed materia est
in potentia ad ipsam et similiter differentia non pertinet ad
naturam generis sed genus habet differentias potentia et propter
hoc differentia non participat genus quia cum dico
rationale significo aliquid habens rationem non est de intellectu rationalis
quod sit animal, id est aliquid participat quod est de intellectu generis
et propter hoc dicitur quod differentia non participat genus
nulla autem potest differentia sumi de cuius intellectu non
esset unum et ens. Unde unum et ens non possent
habere aliquas differentias et ita non possent esse genera
cum omne genus habeat differentias. Consequenter autem in-
nuit quod unum et ens non sunt genera sed sunt omnibus
communia analogice. Consequenter tertiam questionem ponit ibi: Adhuc quod
magis et est dubitatio utrum principia quia quod
simplicius est magis principium. Sed species videntur esse
simpliciores, sunt enim indivisibilia ad que terminatur divisio
generis formalis. Sed genera in plura et differentia species divi-
duntur quare magis videntur esse principia species quam genera
sed ex alia parte quia genera continent species tamquam
causa. Videntur genera esse magis principia. Hoc enim est
de ratione principii quod eo remoto alia re-
moveantur. Consequenter autem innuit quod universalia sunt principia
scilicet in cognoscendo, genera sunt magis principia
et simpliciora et quod dividuntur in plura
quam species, hoc est quod continent plura in potentia. Sed species con-
tinent in actu. Unde sunt magis divisibiles

per modum resolutionis compositi in sim[plicia]
Ad hoc utrum. Postquam
philosophus inquisivit dubitationem de consideratione huius
scientie hic movet dubitationem de hiis que in hac scientia
considerantur. Et primo de substantiis. Secundo de principiis ibi: adhuc au-
tem si quidem est. Circa primum movet dubitationes quarum prima est
utrum oporteat ponere aliquid in rerum natura existere praeter
singularia an non. Et si dicatur quod non videtur
sequi quod hec scientia que nunc queritur sit singularium
et quelibet alia. Sed hoc videtur impossibile quia singularia
sunt infinita et infinitorum non est scientia. Si autem
dicatur quod aliquid existit praeter singularia ut que
sunt genera vel species, et sic hec scientia esset de generibus
vel speciebus. Sed quare hoc sit impossibile dictum
est prius, quia nec genera nec species videntur esse principia,
cum tamen hec sit scientia de principiis. Et est ratio huius
est quia nihil est in rerum natura praeter singularia existens, sed
tamen in consideratione intellectus abstrahuntur genera
et species. Secundam dubitationem ponit ibi: et enim totum
scilicet utrum sit aliqua substantia separata praeter sensibiles substantias quae
sunt hic et nunc. Et hec questio utilis est huic ad que-
rendum, quia si nihil est praeter sensibilia tunc sola
sensibilia sunt entia, et cum sapientia sit scientia entium
sequitur quod sapientia sit circa sola sensibilia. Cum tamen
in hac scientia videamur querere si est aliquid separatum
a sensibilibus vel non, et quidem horum [illegible]
alia quo. Et hoc est quod cum dicit: adhuc autem praeter
sensibilia, movet questionem que videtur sequi si po-
natur aliquid separabile a sensibilibus, que quidem est
utrum praeter omnes istas sensibiles sit aliquid separ-
abile, an praeter quasdam tantum. Si praeter quas-
dam tantum difficile est assignare rationem praeter quales
istarum sensibilium oporteat ponere substantiam separatam, et
praeter quales non. Non enim videtur esse ratio aliqua quare
praeter homines et equos sensibiles sit homo et equus
separatus et non sit de aliis animalibus et etiam de aliis
inanimatis. Si autem praeter omnia sensibilia sit aliqua substantia
separata, sequitur quod oporteat ponere aliquas substantias
separatas perpetuas equales numero istis sensibilibus
et corruptibilibus, ut scilicet sicut est homo corruptibilis,
ita sit homo incorruptibilis, et equus et bos, et sic
in aliis rebus naturalibus. Et hoc videtur esse
irrationabile. Tertio cum dicit: si autem
non hec, movet aliam questionem que videtur sequi si
non sit aliqua substantia separata a sensibilibus, et est questio
quid sit primum principium, utrum scilicet materia vel forma, ex
quibus in duobus componuntur hec sensibilia.
Videtur enim primo aspectu quod materia magis possit poni
principium quam forma, que est prima [?]
sicut primi naturales posuerunt. Sed hoc non videtur

praeter esse principium, quia materia non est in actu sed in potentia,
et tamen cum actus naturaliter sit prior potentia, ut in
IX° habitum est, videtur quod sit principium species et forma
que est actus. Sed nec forma praeter esse principium ut videtur,
quia forma sensibilis videtur esse corruptibilis. Et tamen si forma
sensibilis sit primum principium, videtur sequi quod nulla
substantia sit perpetua que sit separabilis et per se
existens. Sed hoc inconveniens, quia antiquissimi
philosophi querebant aliquod principium perpetuum et separatum,
et aliqua talis substantia et hoc rationabile. Non enim
esset ordo perpetuitatis in rebus nisi esset aliquod
principium separabile et perpetuum quod causet in rebus perpetui-
tatem et unitatem. Harum questionum est quod est aliqua
substantia separata a sensibilibus, non quidem species rerum sensibilium
ut Platonici posuerunt, sed prima motores ut
in XII° ostenditur. Secundo cum dicit: adhuc autem
si quidem, movet questiones de principiis. Et primo quantum
ad hec. Secundo que sunt ibi: sed et rationabilius
dubitatio quid scilicet ponunt ad invicem ibi: adhuc
autem utrum principia. Movet ergo primo: si sit aliqua
substantia separata et principium, similiter querimus utrum
sit principium omnium corruptibilium et incorruptibilium
vel non. Et si sit principium omnium dubitatio remanet
quare ex eodem principio quedam sunt perpetua quedam
non perpetua. Si autem aliud est principium corruptibilium
et aliud incorruptibilium, adhuc remanet dubitatio
quare cum principium sit perpetuum, ea que sunt ex
principio non sunt perpetua. Si autem principium corruptibile,
omne autem corruptibile est generabile, et omne
generabile habet principium, sequitur quod principium corruptibilium
habeat aliquod principium, et de aliis et sic in infinitum,
quod est impossibile ut ostensum est supra in secundo. Videtur
autem esse quod primum principium omnium est incorruptibile. Sed quare
sunt longe distare ab eo que sunt corruptibilia,
in quibus generatio et corruptio est propter causam me-
diam, que est incorruptibilis secundum substantiam et variabilis
secundum ubi. Tertio cum dicit: si autem erit
aut querit que sint principia. Ubi primo querit de
opinione illorum qui posuerunt principia unum et
ens, que sunt maxime immobilia, qualiter enim
variantur. Ad hoc remanet unum et ens. Sed
ex eorum opinione contingit duplex dubitatio,
quarum una est utrum unum et ens significent
hoc aliquid et substantiam. Si enim non, non possunt esse separata
et per se existentia. Sed talia principia querimus que
sunt perpetua et separata existentia. Si autem significent
hoc aliquid et substantiam, sequitur quod omnia sunt substantie
et nihil sit accidens, quia ens predicatur de omnibus. Unum
predicatur de quibusdam, quedam vero sunt que
in multitudine consistunt de quibus non unum est

quantum per unum. sed autem est etiam quantum omnia sunt sub uno vel quod unum et eius non significatio [illegible] secundum dictum est quantum ponit ibi. ad hunc autem primum tatur est ponentes in unum principia et ideam dicit quod ex uno quidem materiam generantur numeri tamquam principiis ex eis. et hunc id est numerum dicit esse ideam. sed hoc non videtur esse verum quia si numeri compositi ex uno oportet quod numeri sint ad unum sicut quod compositum ex materia et forma oportet quod sit materiatum. sed quomodo dualitas et quilibet aliorum numerorum qui sunt compositi ex multis unitatibus sicut unum [illegible] ... facile est assignare nec possibile dicere. hoc est respectu [illegible] de facili intelligere. Deinde cum dicit Si vero [illegible] ponit aliam opinionem de principiis quam [illegible] ponunt lineas et [illegible] ad eas id est superficies esse principia quod ponebant corpora composita ex superficiebus et superficies ex lineis. sed manifestum quod hec non sunt separabiles et per se existentes quia sunt quedam sectiones et divisiones linee quando superficierum. superficies corporum. puncta vero linearum et sunt etiam termini eorumdem. puncta scilicet linearum et sic de aliis. punctum vero quod est in medio linee est terminus linee quia autem super[illegible] actu sunt. linea est divisio linee et similiter de linea ad superficiem et de superficie ad corpus [illegible] est autem quod termini et divisiones sunt existentia in aliis sicut in subiectis. unde non possunt esse separabilia. et sic linee et superficies non sunt principia. ad hoc autem inducit aliam rationem cum dicit adhuc quomodo dicitur quod non potest opinari quod sit aliqua [illegible] unitatis et puncti. quia [illegible] non incipit esse nisi per generationem. cum autem linea dividitur in actu [illegible] punctum est. Deinde autem habet [illegible] quod [illegible] unum. et etiam in lineis et superficiebus sunt principia. Deinde cum dicit Existentibus autem. ponit questionem [illegible] de dimensionibus [illegible] de [illegible] sunt principia et [illegible] non [illegible] scientia est universalium et quelibet scientia est [illegible] determinata. sed scientia non est de [illegible] sed magis est hoc aliquid separabile vel per se existens [illegible] quod de [illegible] non sit scientia. sed scientia est de principiis [illegible] non est principia et universalia [illegible] non per se existunt [illegible] naturalia [illegible] que per se existunt est considerare [illegible] gratia et [illegible] que dicuntur [illegible] de quibus est scientia. queritur [illegible] sunt principia que [illegible] pertinent ad intellectualem cognitionem [illegible] compositionem. Deinde cum dicit ad hunc vero querit si ad preter sinolon

id est preter simul totum quod est compositum cum non et exponit sinolon quod est materia et quod cum materia compositum. si vero non sit ad preter compositum ex materia et forma que autem sunt in materia omnia dicuntur corruptibilia esse. sed quod necesse sit preter [illegible] et sic est ad preter compositum hoc erit species et forma et removebit in quibus forma separatur. forma vero domus non separatur a materia. unde et plato non posuit ydeas rerum artificialium quia forme rerum artificialium [illegible] actus qui non possunt per se existere [illegible] est quod ad est preter sinolon non tamen formas rerum sensibilium. Deinde cum dicit [illegible] ad hoc querit quantum principia se habeant ad invicem utrum scilicet omnium principia sunt eadem numero aut specie tantum. si vero sunt eadem numero sequitur quod omnia sunt eadem numero. si autem non sunt eadem numero oportet esse diversitatem. Deinde cum dicit [illegible] est quod [illegible] de principiis [illegible] unius numero est quod est [illegible] principia omnium sunt agentia et finis. principia vero non [illegible] materia et forma non sunt unum numero omnium sed secundum analogiam ut infra ostendetur.

Quoniam autem philosophi [illegible] movit questiones hic incipit colligere ea que pertinent ad determinationem huius scientie et dividitur in partes duas. In prima ostendit de quibus hec scientia considerat. In secunda comparat hanc scientiam ad alias ibi. Omnis autem scientia. prima dividitur in partes duas. In prima ostendit quod ad hanc scientiam pertinet considerare de omnibus entibus. In secunda quod ad eam pertinet considerare de principiis demonstrationis ibi. Quoniam autem [illegible] primum duo facit. primo ostendit quod omne est reductum aliqualiter ad unum. Secundo ostendit de omnibus reductis ad unum est consideratio huius scientie ibi. Quoniam autem [illegible] primum duo facit. primo ostendit quod necessarium est ad presentem considerationem inquirere utrum omnia aliqualiter reducantur ad unum. dicens quod quia scientia philosophi est de ente inquantum est ens ita quod considerat de ente secundum universalem rationem entis et non secundum rationem entis aliquam particularem. cum ens multipliciter et non uno modo dicatur. si ista multiplicitas esset pura equivocatio que non diceretur secundum aliquid commune non caderent omnia entia sub una scientia. quia non reducerentur aliquo modo ad unum genus. oportet autem unam scientiam esse unius generis. si vero ista multiplicitas habet [illegible] ad commune omnia entia possunt esse sub una scientia. unde ad questionem qua querebatur utrum ista scientia sit una cum sit de pluribus et diversis sic necessarium est considerare utrum omnia entia reducantur ad aliquid unum. [illegible]

Secundo ibi. videtur utique et cetera. ostendit quod omnia reducuntur
ad aliquid unum. et circa hoc duo facit. Primo ostendit propositum.
Secundo manifestat quoddam quod dubium esse poterat ibi. quoniam autem
et cetera. Prima dividitur in duas. In prima ostendit quod omnium reductio est
ad unum. In secunda ostendit quod omnia reducuntur ibi. differunt
autem nichil. Circa primum duo facit. Primo ostendit quod omnia re
ducuntur ad aliquid unum commune. Secundo quod omnes contrarie
tates reducuntur ad unam contrarietatem. ibi.
quoniam autem omnes. Dicit ergo primo quod ens multis modis dicitur non
predicto. scilicet quod dicatur multipliciter secundum aliquid commune. quemadmodum
predicto esse. scilicet medicativum et salubre. utrumque enim
eorum dicitur secundum diversos modos. cum reductionem ad aliquid
unum. Medicativum enim dicitur multipliciter secundum quod hoc
refertur sic ad medicinam et illud aliter. Et similiter
salubre dicitur multipliciter secundum quod hoc refertur sic ad sanitatem
et illud aliter. utrobique tamen idem est ad quod fit
reductio. licet diversis modis. Sic dicitur enim sermo medi
cinalis eo quod est a scientia medicinali. Cultellus
autem dicitur medicativus eo quod est utilis eidem scientie
sicut instrumentum. Et similiter hoc dicitur salubre quod est sig
nificativum sanitatis sicut urina. hoc autem quod est
factivum sanitatis sicut potatio medicine. Et similiter
est in aliis que hoc eodem modo dicuntur. Media enim est inter quod
que sic dicuntur media sunt inter univoca et equivoca.
In univocis enim nomen unum predicatur de diversis secundum rationem
totaliter eandem sicut animal de equo et bove dictum
significat substantiam animatam sensibilem. In equivocis vero
idem nomen predicatur de diversis secundum rationem totaliter diversam
sicut patet de hoc nomine canis prout dicitur de
stella et quadam specie animalis. In hiis vero que
predicto modo dicuntur idem nomen de diversis predicatur
secundum rationem partim eandem partim diversam. et diversam
quidem quantum ad diversos modos relationis. eandem vero
quantum ad id ad quod fit relatio. Esse enim significati
vum et esse effectivum diversum est. Sed sanitas
una est. Et propter hoc huiusmodi dicuntur analoga quia proportio
nantur ad unum. Et similiter est de multiplicitate
entis. Nam ens simpliciter dicitur id quod in se habet
esse scilicet substantia. alia vero dicuntur entia quia huius quod per
se est vel passio vel habitus vel aliquid huiusmodi. Non enim
dicitur ens quia ipsa habeant esse. Sed quia ea dicitur
esse disposita. et similiter est de aliis accidentibus.
Et propter hoc dicit quod sunt entis. Et sic patet quod mul
tiplicitas entis habet aliquid commune ad quod
fit reductio. Deinde cum dicit quoniam autem
omnes. ostendit quod reductio omnium entium fit redu
ctio ad aliquid unum commune. contrarietates autem entium que
sunt opposite differentie per se consequuntur entia. necesse quod
omnes contrarietates reducantur ad aliquam primam

...rietatem sicut ad
...d primam quia non
...am

contrarietatem quecumque sit illa. sive pluralitas et unum. sive
similitudo sive diversitas sive quecumque alie sint per se differe
entis. et hee contrarietates debent considerari in scientia
que determinat de entibus. Deinde cum dicit differt
autem. ostendit quid sit illud commune ad quod fit reductio omnium en
tium. et dicit quod nichil differt utrum fiat reductio
ad ens vel unum. Si nichil dicatur quod ens et unum
non sunt idem sed differunt ratione secundum quod unum addit indi
visibilitatem supra ens. tamen manifestum est quod ad invicem
convertuntur. quia omne unum est aliqualiter ens et omne
ens est aliqualiter unum sicut substantia est per se et per se
ens. et per se et per se unum. quomodo autem unum ad ens
se habeat supra dictum est in quarto et decimo. Deinde cum dicit
quoniam autem. removet quandam dubitationem. dicit quod
omnia contraria pertinent ad considerationem unius scientie
et hoc ideo potissime videtur esse quia in omnibus contrariis unum
dicitur esse secundum privationem que cognoscitur ex suo opposito.
remanet dubium quomodo contraria dicuntur secundum privationem inter
que est medium. cum in oppositis privative non sit
medium. et ad hoc respondet quod in aliis contrariis quo
rum alterum contrariorum non ponitur privatio. quia tollens
totam rationem alterius oppositi. sed quia est privatio ultime
speciei eius. scilicet tollit completam rationem speciei. sicut si
aliquis dicitur iustus eo quod est obediens legibus
secundum habitum aliquis non statim dicitur iniustus eo quod sit
privatus tota ratione iustitie quia in nullo obe
diat legibus. sed quia privatus est ut in aliquibus deficia
at obedientia legis. et sic inest ei privatio iustitie
in quantum deficit a perfecta ratione iustitie. et propter hoc potest habere
medium. quia non omnis qui caret iustitia totaliter
iniustitia privatur. sed aliquo modo est. et hoc est medium quod
diminutum secundum magis et minus. et similiter est in aliis con
trariis. sed privatio visus dicitur in hoc quod totaliter aufertur
visus. et ideo inter cecitatem et visionem non est medium.
Deinde cum dicit quemadmodum. ostendit quod de omnibus
entibus reductis ad unum sit consideratio huius scientie.
et circa hoc duo facit. Primo ex exemplo geometrie ostendit quod
ad unam scientiam pertinet considerare omnia que redu
cuntur ad ens. dicens quod sicut mathematicus habet conside
rationem circa ea que sunt ex ablatione. id est circa ab
stracta. que quidem abstractio fit non quia existimet quod
ponat ea de quibus considerat intellectum esse
separata a sensibilibus. sed quia considerat ea absque
consideratione sensibilium spectantium. mathematicus au
fert a sua consideratione omnia sensibilia sicut gravi — sic
tatem. levitatem. duritiem. mollitiem. caliditatem
et frigiditatem et omnes alias sensibiles contrarietates
et relinquit in sua consideratione solum modo quantum
et continuum sive sit continuum tantum ad unam

divisionem ut linea, sive ad duas ut superficies et tandem ad tres ut corpus. Considerat postea passiones horum inquantum sunt continua et non secundum aliud. Non enim considerat passiones superficiei secundum quod est superficies lapidea vel lignea, et similiter rationes eorum ad invicem, considerando figuras, et considerat mensurationes quantitatum ut patet in x° Euclidis, et rationes, id est proportiones eorum ut patet in v°. Sed tamen de omnibus hiis est una scientia, que est geometria. Et sicut est de mathematica, ita est de philosopho, qui considerat ens et pretermittit considerare omnia particularia entia, et considerat ea tantum que pertinent ad ens commune. Que licet sint multa, tamen de omnibus est una scientia inquantum reducuntur omnia in unum, ut dictum est. Eo ibi: Hinc enim aliter. Ostendit cuius scientie sit proprium considerare, dicens quod considerare accidentia entis inquantum est ens non est alicuius scientie quam huius philosophie. Si enim esset alicuius, maxime videretur esse naturalis scientie et dyalectice, que videntur maxime inter scientias esse communes. Naturalis quidem secundum opinionem antiquorum qui non ponebant alias substantias non sensibiles; sic enim sequeretur quod ad naturalem pertineret considerare de omnibus substantiis et per consequens de omnibus entibus que reducuntur ad substantiam. Dyalectica autem videtur esse communis et similiter sophistica, quia considerant quedam accidentia entibus, scilicet intentiones vel rationes vel generis et speciei et alia huiusmodi. Unde relinquitur quod philosophus consideret predicta inquantum sunt accidentia entis. //

Eo ibi: Quoniam autem ens. Ex dictis infert conclusionem prius intentam, dicens quod quia ens dicitur uno secundum unum et omnia contraria reducuntur ad primam contrarietatem entis, et talia sic reducta in unum possunt cadere sub una scientia, ut dictum est, per hoc solvetur dubitatio prius mota, quomodo scilicet vel multorum et differentium genere sit una scientia.

Quoniam autem et mathematicus. Probat iterum. Ostendit philosophus quod consideratio huius scientie est circa entia et ea que consequuntur ens inquantum huiusmodi. Hic ostendit quod consideratio huius scientie est de primis principiis demonstrationis, et dicit: In primo dicto primo ostendit quod ad hanc scientiam pertinet considerare de eis. Secundo ibi: Infra determinat de quodam principio demonstrationis quod est inter alia primum, ibi: Est autem quoddam. Et circa primum duo facit. Primo ostendit propositum ex consideratione scientie mathematice. Secundo ex consideratione scientie naturalis, ibi: Eodem autem habet. Dicit ergo primo quod preter tali ratione quecumque communia a scientiis particularibus accipiuntur particulariter, tamen secundum quod sunt in sua communitate pertinent ad considerationem huius scientie. Sed prima principia demonstrationis accipiuntur a mathematica et ab aliis particularibus scientiis particulariter, tamen eorum consideratio secundum quod sunt communia pertinet ad hanc scientiam que considerat de ente inquantum est ens. Dicit ergo quod mathematicus utitur principiis communibus proprie, id est secundum quod appropriantur sue materie. Sed quod ad primam philosophiam pertineat considerare principia huiusmodi secundum suam communitatem, sicut enim accepta sunt principia sua ipsorum secundum quod sunt alicuius materie particularis appropriata. Et hoc quod dicebat mathematicus per exemplum illam huius principii: si ab aliquibus equalibus demantur que relinquuntur erunt equalia, est commune in omnibus quantitatibus in quibus inveniuntur equale et inequale. Sed mathematici assumunt huiusmodi principia ad propriam considerationem circa aliquam partem quanti que est materia sibi conveniens. Non enim est aliqua mathematica scientia que consideret ea que sunt quantitatis communia inquantum est quantitas. Hoc enim est prime philosophie. Sed considerant mathematice scientie ea que sunt huius vel illius quantitatis. Sed arismetica ea que sunt numeri et geometria ea que sunt magnitudinis. Unde arismeticus accipit predictum principium secundum quod pertinet ad numeros tantum. Geometria autem secundum quod pertinet ad lineas et ad angulos. Non autem considerat geometria hoc principium circa entia inquantum sunt entia, sed circa ens inquantum est continuum vel secundum unam divisionem ut linea, vel secundum duas ut superficies, vel secundum tres ut corpus. Sed philosophia prima non intendit de particularibus entibus inquantum unicuique eorum accidit unumquodque eorum. Sed cum speculatur unumquodque commune, speculatur circa ens inquantum est ens. Eodem modo dicit: Eodem autem habet. Ostendit idem ex consideratione naturalis scientie, dicens quod eodem modo se habet naturalis scientia quantum ad hoc sicut mathematica, quia naturalis scientia speculatur accidentia entium et principia non inquantum sunt entia, sed inquantum sunt mobilia. Sed prima scientia est de hiis secundum quod sunt entia et non secundum aliud. Et ideo naturalem scientiam et mathematicam oportet esse partes prime philosophie, sicut particulares scientie dicuntur esse partes universalis. Oportet autem huiusmodi principia communia pertineant ad considerationem prime philosophie. Huius ratio est quia cum omnes propositiones per se sint quarum predicatum est de ratione subiecti, ad hoc quod sint per se note quoad omnes oportet quod subiecta et predicata sint nota omnibus. Huiusmodi autem sunt communia que in prima conceptione cadunt, ut ens et non ens et totum et pars, equale et inequale, idem et diversum et similia que sunt de consideratione philosophi primi. Unde oportet quod propositiones prime communes ex huiusmodi terminis constitute sint principia de consideratione philosophi primi. //

Est quoddam in entibus. Prosequitur. Ostendit philosophus quod principium quoddam demonstrationis est principium de consideratione huius philosophie. Hic determinat de primo principio inter ea que est. Nam sicut omnia entia reducuntur ad aliquod primum, ita omnia principia demonstrationis reducuntur ad aliquid primum quod principaliter cadit in consideratione philosophi. Hoc autem principium est

quod non contingit idem esse et non esse quod quidam ea ratione
putaverunt quod tamen eius est et non est quia
per inceptionem intellectus cadunt. Videtur autem hoc posse
[illegible]. Iste determinat veritatem istius principii. Iuxta ex-
cludit errorem, ibi: ad dicentem autem. Circa primum
duo facit. Primo dicit quod est quoddam principium
demonstrationis circa quod non contingit mentiri,
scilicet secundum interiorem rationem, sed necessarium est semper facere contrarium, scilicet
dicere verum. Circa primum, et hoc principium est quod non
contingit idem esse et non esse secundum unum et idem tempus et aliis
conditionibus variatis que consueverunt in contradictione
apponi, scilicet secundum idem, simul et alia huiusmodi. Impossibile enim est quod
aliquis opinetur hoc principium esse falsum, opinari enim
contradictoria esse simul vera. Et sic idem hoc est simul contrari-
as opiniones. Nam contrarie opiniones sunt que sunt de
contradictoriis, sicut opinio qua quis opinatur Sortem
sedere est contraria opinioni qua quis opinatur eum
non sedere. ¶ Secundo ibi: et de talibus principiis.
dicit quod de predicto principio et similibus non potest esse
simpliciter demonstratio, sed potest esse demonstratio ad hominem.
Quod autem non possit simpliciter demonstrari probat ex
hoc quod non contingit facere syllogismum ad hoc principium demonstra-
ndum ex aliquo principio magis noto, quod oporteret
si contingeret illud principium simpliciter demonstrare. Sed
ad hominem contingit hoc principium demonstrare qui concedat
aliquid, licet minus notum, et hoc negat. ¶ Secundo
cum dicit: ad dicentem autem, excludit
opinionem negantium istud principium et dividitur in
partes duas. Primo disputat contra negantes hoc principium.
Secundo ostendit quomodo ad hanc opinionem possit veniri,
ibi: solvetur autem. Circa primum duo facit. Primo
disputat contra negantes hoc principium simpliciter. ¶ Secundo
descendit ad speciales opiniones, ibi: circa autem.
Circa primum duo facit. Primo ponit modum disputandi
contra hunc errorem dicens quod ille qui contra
ponentem opposita contradictionis propositiones esse
veras vult ostendere quod sit falsum, debet sumere ad
tale quod idem sit huic principio, scilicet non contingere
idem esse et non esse secundum idem tempus, sed non videatur
idem. Si enim videatur idem non concederetur ab ad-
versario. Si autem non sit idem non posset conclu-
di propositum, quia hoc principium non potest ex notioribus
ostendi, et ideo hoc solo modo potest sibi demonstra-
ri contradicentem quod contraria verificantur de
eodem, scilicet quod idem quod tamen sit idem conclusioni
sed non videatur idem. ¶ Secundo ibi: sumens magis
procedit ad disputandum contra predictum errorem
et circa hoc ponit tres rationes quarum prima
est quod si dicti homines debeant ad invicem
communicare rationem, necesse est unus alteri ra-//

tionem suam concedere disputando. Oportet utrumque intelligere
aliquid quod ab alio dicitur, quod si hoc non esset non
conveniret ad invicem per rationem, et tunc frustra attempta-
retur disputatio contra eum qui hoc negaret. Si autem unus de-
bet intelligere quod alius dicit oportet quod utrumque
nomen quod proferunt sit notum, idest aliqua significare, et
per consequens quod significet aliquid et non infinita sed solum unum.
Et si significaret infinita quod maneret ad quod
illorum infinitorum significandum vocaretur nomine aliquis ne-
sciret. Unus et alius vellet dicere. Hoc etiam supposito
quod nomen significet unum, manifestum est quod ille qui dicit
esse hoc et non hoc, puta quod Sortes est homo et non homo, idem
verum quod asserit Sortem, scilicet quod est homo, dicit ei
non inesse et adiungit quod non est homo, et sic negat
id quod prius significatur verum; relinquitur quod nomen
non significat hoc quod significat, quod est impossibile. Secundo ergo quod si nomen
aliquid determinate significat, quod impossibile est contradictionem verificari
de eodem. ¶ Secundam rationem ponit ibi: ad hoc autem quod
tale est si nomen significat aliquid et hoc quod significatur per
nomen verificatur de eo de quo primo predicatur nomen,
necesse est hoc inesse ei de quo predicatur nomen, dum propositio vera
fuerit. Manifestum est enim quod hec conditionalis vera est necessaria.
Verum necesse est quod contingit sit verum, dum autem est verum,
et inde concludit quod necesse est quod aliquid propositionem esse
veram dum vera est, aliter non contingeret non esse, quia
necesse est et non contingit non esse equipollent. Ergo
dum hec est vera Sortes est homo non contingit hanc esse veram Sortes
non est homo, et sic patet quod non contingit oppositas affirmationes
et negationes verificari de eodem. ¶ Tertiam rationem
ponit ibi: ad hoc autem quod tale est, si affirmatio non
est vera magis quam negatio ei opposita, ille qui dicit
Sortem esse hominem non magis verum dicit quam ille
qui dicit Sortem non esse hominem, sed manifestum est quod
ille qui dicit hominem non esse equum aut magis
verum dicit aut non minus quam ille qui dicit
hominem non esse hominem. Ergo per locum ab [illegible] aeque
verum dicit qui dicit hominem non esse equum si
sunt opposita contradictoria simul vera. Sed hec est vera homo
non equus, hec igitur erit vera homo est equus, et tamen sequitur
quod homo sit equus et quodcumque aliud. Sed quia possent
calumpniari predictas rationes ex hoc quod ea que
in eis assumuntur sunt minus nota quam conclusio que
intenditur, ideo subiungit dicens quod nulla predictarum
rationum est demonstrativa simpliciter, sed tamen potest esse de-
monstratio ad hominem qui ponit hanc rationem
quam oportebit concedere ea que assumuntur,
sed sunt minus nota simpliciter quam id quod ne-
gat. ¶ Deinde cum dicit: circa autem, excludit
predictum errorem descendendo ad speciales opinan-
tes, et primo Eraclitum. ¶ Secundo ad Pictagoram ibi

Similiter autem. Ponebat autem Eraclitus duo, scilicet quod affirmatio et negatio simul sint vera, ex quo sequebatur quod omnis propositio tam affirmativa quam negativa sit vera. Anaxagoras ponebat quod inter affirmationem et negationem sit aliquod medium, et sic sequebatur quod contingeret nec affirmationem nec negationem esse veram, et secundum hoc contingit omnem propositionem esse falsam. Primo ergo inducit rationem contra primum, secundo contra secundum, ibi: Ad hec autem. Dicit ergo quod determinatis adhuc modo disputationis ad hominem cogetur ipsum Eraclitum qui sic auctor hoc ponit confiteri quod opposite propositiones non verificantur de eodem. Videtur enim hanc opinionem accepisse quod verificentur de eodem ex hoc quod non intellexit se ipsum quid diceret. Hoc autem modo cogetur negare quod dixit. Quia si illud quod dictum est ab eo verum est, scilicet quod contingat idem secundum unum et idem tempus esse et non esse, sequitur quod hoc ipsum non erit verum. Sicut enim si divisim accipiatur affirmatio et negatio, non est magis vera affirmatio quam negatio, ita et si accipiantur affirmatio et negatio simul tamquam ex eis una affirmatio fiat, non erit minus vera negatio huius totius compositi ex affirmatione et negatione quam ipsa tota affirmatio opposita. Manifestum est enim quod contingit aliquam propositionem copulatam esse veram sicut aliquam simplicem propositionem, et quod accipere eius negationem, sive autem illa copulativa componatur ex duabus affirmativis, sicut cum dicitur Socrates sedet et disputat, sive ex duabus negativis, sicut cum dicitur verum est Socratem non esse lapidem neque asinum, sive ex affirmatione et negatione, ut cum dicitur verum est Socratem non sedere et non disputare. Et propter tamen copulativa verificatur similiter in istud unius affirmative. Et ille qui dicit eam esse falsam assumit negationem quasi totius copulative. Qui ergo dicit simul esse verum hominem esse et non esse, assumit hoc ut quandam affirmationem, et hoc non est verum est eius negatio. Si ergo affirmatio et negatio est simul vera, sequitur quod hec scilicet negatio sit vera, que dicit non esse verum quod affirmatio et negatio sint simul vera. Oportet enim, si aliqua negatio est simul vera cum affirmatione, quod omnis negatio sit simul vera cum affirmatione sibi opposita. Eadem enim est ratio in omnibus. Deinde cum dicit Ad hec autem, inducit rationem contra hoc quod ponebatur quod nulla affirmatio sit vera. Si enim non contingat vere affirmare, quia qui autem dicit nullam affirmationem esse veram aliquid affirmat, hoc scilicet quod verum sit nullam affirmationem esse veram. Ergo si ipsum falsum erit, et si ad affirmationem dictam sit verum, removebitur opinio talium qui contra omnia intentant et qui istam positionem auferunt totaliter disputationem.

Quia si nichil est verum, non potest aliquid concedi ex quo disputatio possit procedere. Et si affirmatio et negatio sint simul vera, non erit significative sermone uti, ut quidam dictum, et sic cessabit disputatio. Secundum cum dicit Similiter autem, descendit ad opinionem Protagore, et dicit quod id quod dictum est a Protagora similiter est dictis de Eraclito et ab aliis qui ponunt affirmationem et negationem esse simul veram. Dicit enim Protagoras quod homo est mensura omnium rerum, scilicet secundum sensum et intellectum, ut in nono dictum est, quia esse rei sequitur apprehensionem intellectus et sensus. Et sic dum dicit hominem esse mensuram omnium, nichil aliud dicit quam hoc esse verum quod videtur unicuique. Quo posito sequitur quod idem sit et non sit, et quod idem sit simul bonum et malum, et similiter est de aliis oppositis, eo quod multotiens videtur aliquibus aliquid esse bonum et aliis videtur contrarium. Et ipsum videri est mensura rerum secundum opinionem Protagore, ut scilicet tantum sit unumquodque rerum esse inquantum videtur.

Solvetur autem utique. Postquam philosophus disputavit contra ponentes contradictoria simul verificari de eodem, hic ostendit quomodo hec positio possit ab eorum mentibus removeri. Et dividitur in partes duas. In prima ostendit. In secunda inducit quedam corelaria ex dictis, ibi: Quare manifestum. Prima dividitur in partes duas. In prima ostendit quomodo hec positio in aliquibus solum possit. In secunda ostendit in quibus possit solum et in quibus non, ibi: Ad iudicare autem. Circa primum duo facit. Primo ponit modum quo predicta positio in aliquibus solum possit. Dicit quod dubitatio predicta ex qua aliqui moventur ad ponendum contradictoria simul verificari de eodem potest solui, si quis consideret unde principium sumpsit hec positio. Secundo ibi: Videntur enim quidam, assignat duplex principium predicte positionis. Dicit quod quibusdam videtur quod principium dicte opinionis sit ex opinione naturalium philosophorum qui posuerunt non fieri aliquid ex non ente. Aliis autem videtur quod principium sumpsit ex hoc quod non omnes eadem iudicant de eisdem, sed quibusdam videtur hoc esse delectabile, et ex hoc non sequitur quod opposita sint simul vera, sed contrarium quod omne quod videtur alicui sit verum. Secundo ibi: Nichil enim fieri, manifestat quomodo ex premissis duobus principiis dicta opinio sequeretur, et quomodo solui possit. Et primo quomodo sequeretur ex opinione naturalium; secundo quomodo sequatur dicta opinio ex hoc quod estimatur quodcumque videtur esse verum, ibi: Sed et. Dicit ergo primo quod omnium eorum fere qui de natura tractaverunt commune dogma est quod nichil fit ex non ente, sed omne quod fit, fit ex ente. Manifestum est autem quod aliquid fit non album ex eo quod est perfecte album, non autem fit non album ex non albo. Unde videtur manifestum est quod non album fit ex eo quod non est non

album quod ex non albo. patet quod id quod non est
non album fit non album, sicut quod non est nigrum
fit nigrum. Sic ergo illud ex quo fit non album
est album et non est non album; quia sic videtur se-
qui quod aliquid fieret simpliciter ex non ente. Sicut
si diceremus quod ignis fit ex non igne,
quod intelligebant quod illud ex quo fit ignis
sit penitus non ignis. Sic enim videbatur eis quod
sequeretur quod fieret aliquid ex non ente. Et propter
hoc ponebant quod in eo ex quo fit ignis
erat ignis latens, ut patet ex opinione Anaxago-
re que posita est in primo Physicorum. Similiter credebant quod si aliquid
fit non album ex eo quod non est non album, quod nichil
non album preexisteret in eo ex quo fit non album;
et cum illud ex quo fit non album sit album, ut
dictum est, sequebatur secundum eos quod illud ex quo fit non
album esset album et non album simul, nisi ponatur quod
aliquid fiat ex non ente. Sed hanc dubitationem, ut ait
Philosophus, non difficile est solvere. Expositum enim est in primo
Physicorum quomodo aliquid fiat ex ente et quomodo ex non
ente. Dictum est enim quod aliquid fit ex ente in actu
per accidens, sed ex materia que est in potentia fit aliquid per se.
Accidit enim secundum quod materia ex qua aliquid fit fuit
subiecta forme et privationi. Et sic non oportet quod
id ex quo aliquid fit simul sit ens et non ens in
actu, sed quod de se sit in potentia ad ens et non ens,
idest ad formam et privationem. Secundo cum dicit:
Sed et similiter attendere, removet predictam opinionem
secundum quod causatur ex alio principio, quod est opinari omnes
que videntur esse vera. Et primo removet hoc principium. Secundo tamen
causam eius, ibi: totaliter autem. Dicit ergo primo quod sicut stultum
est propter predicta opinari quod contradictoria sint simul vera
de eodem, similiter et est stultum attendere, idest assentire
vel similiter opinionibus et phantasiis dubitantium contra se
ipsos. Manifestum est enim quod necesse est alterum eorum mentiri.
Et hoc palam est ex hiis que apparent secundum sensum.
alius Nunquam enim idem videtur hiis quibus dulce, amarum, nisi
in altero eorum sit aliqua corruptio aut privatio
secundum organum sensus et secundum virtutem que iudicat de sa-
poribus. Hiis autem corruptione maculatis eorum existentibus, exti-
mandum est alteros eorum esse mensuram, idest accipiendum
est eorum iudicium quasi regulam et mensuram veritatis,
illorum scilicet in quibus non est corruptio. Non autem hoc pu-
tandum est de aliis in quibus est corruptio. Et sicut hoc manifestum
est in cognitione sensus, similiter dicendum est in bono et malo,
in pulcro et turpi et in omnibus hiis que per intellectum
cognoscuntur. Si enim quibusdam videatur
secundum intellectum hoc esse bonum, aliis esse malum, standum
est eorum iudicio in quibus non est aliqua corruptio
secundum intellectum vel ex prava consuetudine vel ex prava
affectione vel ex aliqua huiusmodi. Similiter autem si aliquis dicat
quod nichil magis dignum est credere hiis quam illis,
non hoc differt quod si diceret quod ea que appa-
rent hominibus ponentibus sub visu digitum,
idest moventibus oculum digito, et ex hoc facientibus
quod id quod est unum videantur duo, quod propter hoc opor-
teat esse duo, quia apparent tot. Et iterum opor-
teat esse unum, quia quando autem non movent oculum apparet
unum id quod est unum. Manifestum est enim quod iudicandum est de
veritate rei visibilis secundum id quod visus iudicat
nulla extranea passione existente in eo, non autem
quod iudicat ex predicta passione. Sic autem iudi-
cat unum esse duo, quia species unius visibilis duobus
modis redditur organo visus quando movetur et per di-
versas dispositiones pervenit ad organum sensus.
Generantur quidem tunc duo visa. Secundo cum dicit: Totaliter
autem, excludit causam propter quam ponebant omne quod
videtur esse verum. Hoc enim ponebant aliqui, quia
existimabant res omnes esse in continuo fluxu
et quod nulla natura esset in rebus fixa et determina-
ta. Et sic sequebatur quod rem esse talem et non esse
talem indifferenter. Contra hoc ergo ponit quinque rationes quarum prima talis
est. Quod totaliter autem inconveniens est sumere iudicium
de veritate totaliter ex hiis que ista terrestria que sunt circa nos
idest vicina nobis permutantur et nunquam perma-
nent in eodem. Oportet enim magis venari verum ex hiis que
semper se habent eodem modo et non patiuntur aliquam per-
mutationem quantum ad substantiam suam, licet appareat
eis motum secundum locum tantum. Talia enim sunt que
continent mundum, scilicet corpora celestia, ad que
comparata hec corpora corruptibilia quasi nullius sunt quantitatis,
ut mathematici probant. Corpora autem celestia sunt semper
eadem et non induuntur quandoque talia et quandoque
alia, sed nulla permutatione participant quantum scilicet
sit in eorum natura. Secundam rationem ponit ibi: Adhuc
hec quidem si, que talis est. Si motus est in istis
inferioribus, oportet quod id quod movetur sit aliquid. Et oportet
quod id quod movetur ex aliquo et in aliquid.
Unde oportet id quod movetur adhuc esse in eo a quo movetur
et moveri ad ipsum et contineri in ipso. Et sic aliqua
affirmatio determinate est vera, et aliqua negatio.
Et non oportebit quod contradictoria verificentur de eodem. Quamvis
hec nichil moveatur. Oportet enim id fore esse in termino ad quem
et non esse. Nulla autem esse quamvis moveatur ad terminum
ad quem aliquid quod non dum est in illo quasi iam esset ibi.
Tertiam rationem ponit ibi: Et si secundum quantitatem. Ad cuius
evidentiam sciendum est quod Eraclitici videbant aliquid
augeri longo tempore parum per unum annum secundum aliquam
determinatam quantitatem et modicam. Existima-
verunt quod qualibet parte illius temporis aliquid augmentum

fieri. Sed nescierunt propter parvitatem quantitatis que au-
getur. Et ex hoc inducti sunt ad credendum quod om-
nes res que videntur quiescentes insensibiliter mo-
veantur continue. Sed post longum tempus insensibili-
ter motus apparet. Et ideo hic philosophus de augmento
opinabatur. Non enim continue fit augmentum,
quia in aliqua parte temporis advenit tantum dispositio
ad augmentum corporis, et aliquo tempore et tunc
crescit ut animalia ex superfluitatibus manifestatur in libro
physicorum. Dicit ergo quod si corpora presentia
hec apud nos continue fluunt et moventur secundum quan-
titatem, et si hoc aliquis velit concedere licet non verum
sit, non est ratio quare ad hoc possit moveri secundum
qualitatem. Unde non parum hec opinio que
ponit contradictiones simul esse eiusdem predicari, ex
eo quod existimant quod quantum non manet
in corporibus, et sic opinantur quod idem sit et non
sit simul quadricubitum. Sed substantia rei determinatur secundum quale
vel secundum aliquam formam, quale autem est determinate non in
rebus, et si quantum sit indeterminatum propter mo-
tum ut dictum est. Quartam rationem ponit ibi
Adhuc propter quid. Que talis est. Si in rebus non est
firmum neque quantum ad esse neque quantum ad non esse,
propter quid offerunt hunc cibum quem medici in-
firmis et non alium. Et in dictam opinionem quid
magis est panis vel non panis. Quare differt non magis
predicatur de eo affirmatio quam negatio. Et sic nulla differentia quod
comedat vel non comedat. Sed nos videmus quod ipsi
offerunt hunc album quem medicus iubet, quasi haben-
tes verum iudicium de ipso cibo, et quod hic cibus
vere sit ille cibus de quo medicus iubet. Hoc
autem non oporteret si nulla natura certitudinem mo-
neret in sensibilibus, sed omnia semper moventur et fluerent. Quin-
tam rationem ponit ibi Ad hunc siquidem. Que talis
est. Cum secundum opinionem predictam ponatur quod propter conti-
nuam mutationem que est in rebus non sit aliqua
veritas in rebus fixa. Si hoc sit verum esse quod est in-
dicere, necesse est dicere quod nos homines qui de rebus
aliis iudicamus cum simus in motu cum non semper
alteremur et neque permanemus eodem modo nos habentes,
non est mirabile si res non eodem modo videntur se habere
nobis sicut accidit infirmis. Quia enim continue
mutati sunt et non eadem dispositione se habent sicut
quando sani erant, non videntur eis sensibilia que
percipiunt per sensum qualia videbantur eis ante
infirmitatem. Non enim eis qui habent gustum infectum
ea que sunt dulcia videntur amara vel insipida,
et sic est in aliis sensibus. Non tamen propter hoc sensibilia
sunt permutata si faciunt alias impressiones in
infirmis, propter hoc quod sensus eorum alio modo se habent.
Sic ergo nos homines qui de rebus aliis iudicamus

in continua transmutatione sumus, quod dicitur de
rebus iudicamus non est hoc imputandum rebus sed
nobis ipsis. Si autem nos non permutaremur sed per-
maneremus eodem modo nos habentes, ergo in rebus
erit aliquid permanens et per consequens aliqua veritas
determinata de qua possumus firmiter diiudicare.
Non enim solum diiudicamus de rebus aliis sed et
de natura humana. Deinde cum dicit At ad hu-
ius. Ostendit quibus predicta opinio removeri possit et
quibus non. Et dicit quod sunt quidam in predictas
dubitationes propter aliquam rationem ita quod ex pertinacia
non concedunt ad hoc requirant rationem eorum
que dicuntur. Sed pertinacie insistunt hii qui opi-
nantur. Non facile est solvere eis hanc opinionem. Omnis
enim ratio et demonstratio fit hoc modo scilicet concedendo aliquid
et exquirendo rationem aliorum dictorum. Sed illi qui nihil
concedunt interimunt disputationem et omnem
argumentativam rationem. Unde ad eos non potest
haberi scientia rationabilis per quam ab errore
tollantur. Sed si aliqui sunt qui dubitant propter
aliquos defectus, puta quod non videntur aliqua intelli-
gunt, facile obviare tali rationi errori sol-
vendo ea que faciunt in eis dubitationem. Et hoc
palam ex predictis in quibus solvuntur dubitationes que
poterant ad predictam positionem inducere. Deinde cum
dicit Quare manifestum est. Inducit tria corelaria
ex dictis, quorum primum quod manifestum ex predictis quod opposite
propositiones non verificantur de eodem secundum unum
tempus. Et per consequens ex hoc patet quod nec contraria
possunt simul verificari de eodem. Et hoc ideo quia omnis
contrarietas dicitur secundum privationem. Semper enim alterum contrariorum
est ut privatio. Et hoc palam est siquis velit rationes
contrariorum reducere ad primum principium. Ratio enim nigri
est privatio albi. Cum enim ergo privatio sit quedam nega-
tio habens subiectum determinatum, manifestum est quod si contraria
de eodem verificarentur, oportet quod affirmatio et
negatio simul verificarentur de eodem. Non solum autem duo
contraria sed una cum potest simul verificari de eodem. Sed et
similiter mediorum potest est predicari de uno et eodem
de quo predicatur alterum extremorum. Et de hoc est quod
dictum sit. In secundo manifestum est quod medium inter contraria
est unum privationem utriusque extremorum, sive sit no-
minatum uno nomine cum pluribus, sive sit innominatum.
Unum medium inter album et nigrum
ut puta rubeum vel citrinum habet in sua ratione
quod neque sit album neque nigrum. Si quis ergo aliquo
subiecto existente albo dicat ipsum esse rubeum,
sic dicit ipsum esse neque album neque nigrum.
Et ita mentietur, scilicet quod idem sit album et
non sit, quod sicut enim est de illo secundo quod sit
neque album neque nigrum. Sed quod verificetur de eodem

alia pars contradictionis quae contradicit ei erit etiam verum esse album et non album. Secundum quod si medium extremorum verificatur de eodem quod contradictoria de eodem verificentur. Secundum corelarium ponit ibi, amplius autem. Concludit quod si affirmatio et negatio non sunt simul vera, quod opinio Heracliti est falsa et opinio Anaxagorae. Et quod de opinione Heracliti patet ex dictis. Unde hic manifestat de opinione Anaxagorae. Dicit quod si non sit falsa opinio Anaxagorae, sequitur contraria praedicari de eodem et per consequens contradictoria. Quod sic patet. Ponebat enim Anaxagoras quodlibet fieri ex quolibet. Et omne quod fit ex aliquo esse in eo ex quo fit. Nec contingit ponere aliquid fieri ex nihilo. Et sic ponebat quodlibet esse ex quolibet. Cum igitur ponere contraria esse in quolibet, puta postquam carnem esse in osse et album in nigro et e converso, sequitur quod totum non magis erit dulce quam amarum. Et similiter est de aliis contrarietatibus. Et hoc dico si totum prout cuiuslibet est in quolibet toto, non solum in potentia sed in actu et separatim. Hoc autem addit, quia id quod fit ex aliquo oportet praeexistere in eo potentia, non actu. Et sic contraria praeexistunt in eodem in potentia, non in actu. Et hoc non est esse separatim contraria in aliquo, quia eadem est potentia contrariorum. Sed Anaxagoras nesciebat distinguere inter potentiam et actum. Tertium corelarium ponit ibi, amplius autem. Concludit enim expedire falsam esse utramque opinionem, et illorum qui dixerunt omnes propositiones esse veras, et hoc maxime est propter iam dicta et similia contra has opiniones quae collecta sunt superius in quarto. Specialiter autem propter hoc quod scilicet omnes propositiones sunt falsae. Qui enim dicit omnes propositiones esse falsas, quandam propositionem dicit. Unde non dicit verum. Et similiter si omnes propositiones sunt verae, ille qui dicit omnes esse falsas non mentietur, sed dicet verum, per quod destruitur positio ponentis omnia esse vera.

Omnis autem scientia et cetera. Postquam philosophus ostendit de quibus sit consideratio huius scientiae, hic comparat istam scientiam ad alias scientias. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit quid sit proprium particularium scientiarum. Secundo ostendit differentiam particularium scientiarum ad invicem, ibi, quoniam autem est quaedam. Tertio comparat istam scientiam ad alias, ibi, quoniam autem est quaedam entis scientia. Circa primum duo facit. Primo ponit duo quae dicit pertinere ad particulares scientias. Dicit ergo quod omnis scientia particularis quaerit aliqua principia et causas circa proprium scibile quod sub ipsa continetur. Dicit autem aliqua principia et causas, quia non omnis scientia considerat omne genus causae. Et ponit exemplum de medicinativa quae est circa sanitatem, et de exercitativa quae est circa exercitia ordinata ad bonam valitudinem corporis, et similiter de qualibet scientia alia, sive sit factiva vel poetica, sive doctrinalis vel theorica. Quia unaquaeque harum scientiarum particularium circumscribit et accipit aliquod genus determinatum quasi circa quod negotiatur. Circumscribit quidem et dividit ab aliis entibus, et de illo solo determinans negotiatur. Non autem hoc genus entis, quia circa aliquod ens, sed non inquantum est ens. Sed hoc considerare de ente inquantum est ens pertinet ad quandam scientiam quae est alia praeter omnes scientias particulares. Secundo ibi, dictarum quoque ponit aliud pertinens ad scientias particulares. Dicit quod unaquaeque praedictarum scientiarum particularium supponit aliqualiter quod quid est in unoquoque genere consideratum, vel ut notum per sensum, vel per suppositionem ab alia scientia. Et quod de ipso oportet supponere et quia est et quid est, scilicet quod quid est, quo quaelibet scientia utitur tanquam medio ad demonstrandum reliqua, sicut passiones. Et hic temptant demonstrare aut debilius aut certius, quia in quibusdam scientiis est certior modus demonstrandi sicut in mathematicis, in quibusdam autem debilior sicut in naturalibus. Et quia dixerat quod aliae scientiae accipiunt quod quid est per sensum, quia per sensum magis ex accidentibus sensibilibus deveniunt in cognitionem esse rei. Quaedam vero hoc accipiunt quod quid est supponentes ab aliis scientiis, sicut particulares ab universalibus. Et sic manifestum est quod in scientiis particularibus non est demonstratio de substantia rei et de eo quod quid est. Et ratio huius est, quia de quibus particulares scientiae non se intromittunt pertinet ad universalem scientiam, scilicet considerare de ente et substantia et quidditate rei. Deinde cum dicit, quoniam autem est quaedam de natura, ostendit differentiam particularium scientiarum ad invicem. Et primo scientiae naturalis ad scientias operativas. Secundo scientiae mathematicae ad naturalem, ibi, quoniam autem quid est. Dicit ergo primo quod cum sit quaedam particularis scientia de natura, oportet quod sit alia et a practica, id est activa, et a factiva. Omnis enim scientia operativa, scilicet activa vel factiva, ad quam pertinet cognoscendum principium motus est in ipso agente. Scilicet agere et facere differunt. Nam agere proprie dicitur per operationem quae permanet in agente et non transit in materiam exteriorem, sicut intelligere, sentire et huiusmodi. Facere autem est per operationem transeuntem in materiam exteriorem permanentem, sicut calefacere, secare et alia huiusmodi. Est igitur scientia activa ex qua instruimur ad recte exercendum operationes quae actiones dicuntur, sicut est scientia moralis.

factiva et scientia est per quam ad recte factibilia sicut ars fabrilis et alia huiusmodi. Ab utraque autem harum operativarum scientiarum scientia naturalis alia est quia factive scientie non habent principium motus in facto sed in faciente et hoc principium sicut ars que est principium sicut dirigens vel aliqua potentia que est principium sicut exequens et tales scientie practice id est active non habent principium motus in eo quod agitur sed magis in agentibus. Sed illa que pertinent ad considerationem scientie naturalis habent principium motus in eo in quo est. Manifestum est ergo quod scientia naturalis non est activa nec factiva sed speculativa necesse est. Nam quia scientia naturalis cadit in unum aliquod horum generum scilicet quod sit activa vel factiva vel speculativa, ubi ergo non sit activa vel factiva sequitur quod sit speculativa.

Secundo cum dicit Oportet autem quod quid erat esse ostendit differentiam mathematice ad naturalem et dicit quod cum ita sit quod necesse sit unamquamque scientiarum quod cognoscat aliqualiter quod quid est et uti eo quasi principio ad demonstrandum, oportet quod secundum diversum modum diffiniendi diversificentur scientie et ita ad cognoscendum qualiter naturalis scientia differat ab aliis oportet non latere quem modum teneret naturalis in diffiniendo et qualiter sit sumenda diffinitio in scientia naturali utrum scilicet sicut diffinitur simum aut sicut diffinitur concavum. Diffinitio autem simi est cum materia sensibili, sed diffinitio concavi est sine materia sensibili. Quia enim simitas non est nisi concavitas in materia sensibili non est nisi in naso et ideo oportet quod accipiatur cum materia sensibili hoc est nam diffinitio simi: simum est nasus concavus. Et cum ita sit de diffinitione simi, sed in diffinitione concavi vel curvi non ponitur aliqua materia sensibilis sed in diffinitione simi ponitur materia sensibilis. Ita oportet quod in diffinitione carnis et oculi et aliarum partium reddatur materia sensibilis. Similiter est de aliis rebus naturalibus et ex hoc accipitur differentia inter mathematicam et scientiam naturalem quia naturalis scientia est de hiis in quarum diffinitionibus ponitur materia sensibilis, mathematica non est de aliis in quarum diffinitionibus non ponitur materia sensibilis sed habent materiam sensibilem.

Tertio cum dicit Quoniam autem est quedam scientia comparat istam scientiam ad alias scientias particulares quantum ad modum separationis. Secundo quantum ad nobilitatem ibi Optimum autem genus tale quod speculativum. Tertio quantum ad universalitatem ibi Dubitabit autem. Dicit ergo primo quod cum sit quedam scientia de ente inquantum est ens et inquantum est ens separabile, non enim solum pertinet ad hanc scientiam determinare de ente inquantum quod est determinare de ente inquantum est ens sed etiam determinare de entibus separatis a materia secundum esse. Ubi considerandum est utrum ista scientia ad quam pertinent hec duo sit eadem cum scientia naturali an alia ab ea et quod sit alia manifestum, quia scientia naturalis est circa ea que habent intra se ipsa principium motus et sic oportet quod naturalia habeant determinatam materiam quia non nisi mota que habet materiam. Sed mathematica speculatur circa immobilia quia ea quorum ratio accipitur sine materia sensibili oportet quod eodem modo eorum ratio sit sine motu cum motus non sit nisi in sensibilibus. Sed hec de quibus considerat mathematica non sunt separata a motu secundum esse sed solum secundum rationem. Sed oportet quod ens quod est separatum a materia secundum esse et omnino immobile sit quedam scientia alia et a mathematica et a naturali. Et hoc dico si tamen sit aliqua talis substantia per se existens que sit omnino immobilis. Et hoc dicto quod nondum est probatum aliquam talem substantiam esse.

Secundo ad hoc ostendendum intendit. Si autem est aliqua talis natura in entibus scilicet quod sit separabilis et immobilis oportet quod talis natura sit alicubi id est quod attribuatur alicui scientie. Et id quod habet istam naturam erit quoddam divinum et erit quoddam primum et principalissimum omnium quia quanto aliquid est simplicius et formalius in entibus tanto est nobilius et prius et magis causa aliorum. Et sic patet quod hec scientia que considerat hec entia separabilia debet vocari scientia divina et scientia de primis principiis. Et ex hiis ultimo concludit quod tria sunt genera speculativarum scientiarum scilicet naturalis que considerat ea mobilia que in sua diffinitione materiam sensibilem recipiunt, et mathematica que considerat immobilia que non recipiunt materiam sensibilem in sua diffinitione licet habeant esse in materia sensibili, et theorica que est circa entia penitus inseparata.

Secundo cum dicit Optimum quidem comparat istam scientiam ad alias secundum nobilitatem et dicit quod scientie speculative sunt nobilissime inter omnes scientias alias quia in eis querimus scire propter se ipsum in scientiis speculativis. Ultima id est theorica est nobiliorum cum sit circa nobiliora entia, tanto enim unaqueque nobilior est quanto est scibile nobilius.

Tertio cum dicit Dubitabit autem utique comparat istam scientiam ad alias quantum ad universalitatem et dicit dubitabile esse utrum istam scientiam que est circa entia separabilia oporteat ponere universalem scientiam entis inquantum est ens an non et ostendit quod sic quia prius. Manifestum est enim quod prima scientia non est universalis et ideo eas precedat

Sed ut speculativas scias manifestum est quod quaelibet mathematicarum
scientiarum est circa unum aliquod genus determinatum. Universalis autem
est scientia communis de omnibus. Unde universalis mathematicarum scientiarum est communis
omnium. Sed de naturali manifestum est quod si naturales substantiae
quae sunt sensibiles et mobiles sunt primae inter entia,
oportet quod naturalis scientia sit prima inter scientias. Quia secundum ordinem
subiectorum est ordo scientiarum ut iam dictum est. Si autem est aliqua natura
et substantia praeter substantias naturales quae sit separabilis et mobilis
necesse est alteram scientiam ipsius esse quae sit prior naturali.
Et ex eo quod est prima oportet quod sit universalis. Eadem enim est scientia
quae est de primis entibus et quae est universalis. Nam prima entia sunt
principia omnium aliorum.

q. Quoniam autem simpliciter ens et cetera. Postquam recollegit ea
quae praedicta erant de consideratione huius scientiae, hic
incipit recolligere ea quae dicta sunt tam in sexto huius quam
in libris physicorum de ente imperfecto, et primo de ente per
accidens quod non est. Secundo de motu, ibi, est autem. Circa primum
duo facit. Primo ponit ea quae dicenda sunt per accidens de
ente. Secundo ea quae dicta sunt de eo per accidens, ibi, quoniam ergo
sophistica hec. Circa primum duo facit. Primo dicit de quo est in-
tentio, dicens quod ens simpliciter, id est communiter acceptum multis mo-
dis dicitur. Et non est quot modis, unus modus est secundum quod di-
citur per accidens, ut puta cum dicimus musicum esse album,
quae quidem sumuntur in libro quinto manifestata sunt, prius quam dicatur
de ente per se. Considerandum est de ente per accidens ut hoc
ente remoto absolutior fiat. Secundo de ente per se
ibi, quod quidem igitur per se. Quod proposuit. Et circa hoc duo
facit. Primo ostendit quod ad nullam scientiam pertinet consid-
erare de ente per accidens. Secundo removet et hoc ens et quod
significatur remotum esse a consideratione huius scientiae, ibi, quod
autem neque. Circa primum duo facit. Primo ostendit quod nulla scientia
considerat de ente per accidens. Secundo quod non considerare
potest, ibi, quod autem neque contingit. Circa primum duo facit. Primo in-
ducendo manifestat quod nulla scientia considerat de ente
per accidens, dicens manifestum esse quod nulla scientia earum quae a
nobis negotiantur circa accidens. Non autem accipitur hic accidens
pro eo quod est in aliquo genere accidentis, sicut albe-
do est quoddam accidens. Huiusmodi enim multae scientiae considerant. Huiusmodi
accidentia enim et per se habent speciem quandam et causam de-
terminatam in subiecto. Sed accidens dicitur quod non per se unum habent
esse. Accipitur autem hic accidens pro ente per accidens, sicut album
esse musicum est per accidens. Huiusmodi enim neque aliquam speciem habet nisi
vel aliquam causam determinatam. Et circa huiusmodi accidens non negoti-
atur aliqua scientia. Et hoc manifestat inducendo. Ars enim aedifi-
cativa non considerat quid per accidens eveniat habitanti-
bus in domo quam facit, verbi gratia si accidit eis aliquem
tristem esse cum habitabunt ibi, contrarie, id est prospere. Similiter autem accidit de
textiva, scilicet quod ars textiva non considerat quid accidit
utentibus panno contexto, neque coriaria, neque coriaria
quid accidat calceis, neque coquinaria considerat de

his quae per accidens se habent ad cibum decoctum,
puta utrum quia eo utentes ad superfluitatem vel ad ne-
cessitatem tantum. Sed unaquaeque harum scientiarum consi-
derat id quod solum est proprium sibi, id est suum finem, et per se
accidentia eius, et huiusmodi est finis considerationis cuiuslibet scientiae.
Secundo ibi, neque magis musicum et cetera. Assignat causam quare
nulla scientia considerat ea quae per accidens sunt. Ratio
enim est quia quod per accidens est non est proprie ens sed magis non
ens, sicut non proprie est unum. Nam unum et ens
convertuntur. Omnis autem scientia est de ente. Unde relinqui-
tur quod nulla scientia sit de eo quod est per accidens.
Dicit ergo quod musicum esse grammaticum non sunt
contraria est musicum. Et si contingat de aliquo quod
sit musicus quod fiat grammaticus non sit existens semper, scilicet
musicus et grammaticus cum prius non fuit utrumque.
Sed si aliquod ens est modo et non fuit semper ens oportet quod
sit factum. Si igitur hoc quod dico musicus est grammaticus est quoddam
ens cum non semper fuit, sequitur quod sit utrumque factum sit, scilicet
musicus album quia utriusque eorum est aliqua generatio. Unde
cum sit factum sicut manifestum est quia hoc totum quod est musicum
grammaticum non est aliquod unum neque ens, neque est in natura
de hoc quod ratione materiae perexistit nisi quae est ingeni-
ta, quia forma non fit proprie sed compositum ut in septimo probatur
est. Materia autem perexistit non quasi actu ens. Sed prius tamen
hoc autem musicus perexistit in actu. Hic autem est ille qui erat
musicus fit grammaticus et generatio grammatica tamen.
Non autem hoc totus quod est musicum grammaticum. Unde
hoc totum non est ad unum et ens et propter hoc nulla scientia quae vere
sit scientia et certitudinem habens considerat de ente per accidens.
Sed sola sophistica circa ipsum negotiatur et ad accipiendum
videtur eo quod est per accidens ac si per se esset. Unde fit fallacia
accidentis quod est efficacissima ad decipiendum etiam sapi-
entes ut dicitur in primo elenchorum. Unde Plato non male dixit
dicens quod sophistica versatur circa non ens per accidens.
Deinde cum dicit, quod autem neque. Ostendit quod etiam non po-
ssibile est esse considerationem alicuius scientiae de ente per accidens. Et hoc
dupliciter facit. Primo ex divisione de ente per accidens dicens quod
manifestum erit quod non contingit esse scientiam de ente per
accidens, si consideremus quid sit ens quod per accidens.
Ad quod considerandum videtur quaedam distinctione entium.
Dicens quod eorum quae dicuntur esse quaedam sunt semper et ex
necessitate non quidem secundum quod necessitas per violentiam
sumitur, sed secundum quod utimur necessitate in demonstrationibus, puta
dicentes necessarium esse quod triangulus habet tres angu-
los aequales duobus rectis. Sic enim necessarium dicimus quod
impossibile est non esse. Et quaedam vero sunt ut in pluribus, sicut quod
homo nascatur cum quinque digitis in manu. Hoc non semper et
ex necessitate est, cum contingat aliquem nasci cum sexto
digito. Sed est ut in pluribus. Quaedam vero neque sunt in
pluribus neque semper ex necessitate, sed contingit evenire

sicut si frigus fiat sub cane .i. in diebus canicularibus sed hoc non fit semper ex necessitate neque ut in pluribus. Sed cum quandoque accidit et hoc est quod raro accidit non semper et ex necessitate neque ut in pluribus vocatur eius per accidens que est semper ut in pluribus contingentium. vel natura se habent quod una unum eorum est causa alterius. vel ambo reducuntur in unam causam que per se est causa utriusque. et utroque modo contingat siquidem causa indifferenter producit effectum suum erit quod dicitur ex necessitate. si autem possit deficere propter aliquod impedimentum erit ut in pluribus. si autem ita sit quod duorum unum non sit causa alterius neque habeant unam causam per se ordinatam que coniungat ea sed eorum coniunctio erit raro. sicut nisi quod dico musicum edificare. Nam edificationis causa non est a musica sed ab arte edificatoria. similiter est in primo exemplo. Nam quod sit fervor caloris sub cane est ex sole appropinquante nobis. Quod autem sit frigus est ex aliqua alia causa puta quod ex saturno aliquo modo coniuncto soli. unde hoc est per accidens quod sole dies caniculares faciente frigus sit. Sic ergo manifestum est quod eius per accidens est neque quod est in minori parte neque in pluribus est. Omnis autem scientia est de eo quod semper aut in pluribus. ut patet in inspicere priorum. unde manifestum est quod scientia non potest esse de eo quod est per accidens// Deinde ibi. quod autem per accidens. Inducit ad id manifestandum quod eius per accidens non habet causas et principia talia qualia habet eius per se de eo non potest esse scientia cum omnis scientia sit ex principiis causarum. quod quidem sic probatur. quia si ea per accidens haberent per se causas omnia essent ex necessitate evenientia. Eius .n. per se habet talem causam habentem qua posita de necessitate ponitur effectus et si aliqua causa per se sit ad quam non de necessitate sequitur effectus sed ut in pluribus hoc est propter impedimentum quod per accidens contingit et sic eius per accidens tollatur ab his omnis causa per se de necessitate inducet suum effectum. Si ergo eius per accidens de necessitate habet causam per se qua posita ex necessitate sequitur. sed forte eam posita non sit necessitatem inclinationum sequitur quod omnia ex necessitate eveniant quod sic probatur. sit .n. ad positum vel presens quod sit causa futuri effectus. sed quod iam positum est. sed posita causa ex necessitate ut tu dicis sequitur effectus. si ergo hoc presens vel preteritum quod iam positum est est causa huius entis futuri et id alterius non quoque modo sed ita quod ex necessitate sequetur effectus. posita causa ex necessitate erit illud cuius causa iam posita est. et hoc usque ad ultimum causatum sed hoc ponebatur esse per accidens et sic quod ponebatur esse per accidens erit ex necessitate. unde sequitur quod omnia sunt ex necessitate et quod accidunt casualiter quod est ut cumque contingenter .i. quod est casualiter fortuito.// accidens .v. eius per accidens. et fieri et non .i. possibile esse et non esse. vel fieri et non fieri. Sed quia possibile aliquis obviare

huic rationi dicendo quod causa futurorum contingentium non est iam posita ut presens et preterita. sed adhuc est contingens ut futura et propter hoc effectus sunt adhuc contingentes. quare hanc obviationem removet ibi. Et si non entis. dicit quod eadem inconveniencia accident si ponatur quod causa futurorum accidentium non sit causa entis quasi presens vel preterita. sed que in fieri et quasi futura. sequetur .n. quod omnia ex necessitate accidant. sicut et prius. Si .n. causa illa futura sit oportet quod sit futura in aliquo tempore determinato et determinate distante a presenti nunc puta cras si ergo eclipsis que est per se causa futurorum accidentium sit futura cras. et omne quod fit fit ex aliqua causa. oportet quod ipsa eclipsis que est futura cras fiat. Si .n. hoc fiunt .i. propter aliquid et hoc item propter aliud et sic semper per ablationem causarum auferetur aliquid de tempore. quod est inter presens nunc et eclipsim futuram. unde cum id tempus sit finitum et omne finitum consumatur ablato quodam quandoque erit devenire ad aliquam causam nunc existentem quare si illa iam ponitur omnes futuri effectus quare ex necessitate evenient. Sic ergo cum hoc sit impossibile manifestum est quod ea que sunt per accidens non habent causam determinatam qua posita ex necessitate consequuntur ea omnia que quia hoc dici possent quod multis positis sunt.// Deinde cum dicit. quod autem ut verum. Ostendit quod ens per accidens et ens quod significat veritatem preter que in compositione consistit et est ens per accidens. Sed primum consistit in compositione intellectus et est quedam passio eius operationis anime. unde hec entia non querunt prima in hac scientia que considerat de ente quod est extra animam et quod est separabile ut quod dictum est. Aliud autem scilicet eius per accidens non est necessarium sed indeterminatum et ideo non habet causam ordinatam. sed eius sunt infinite cause et non habentes ordinem ad invicem et ideo de tali ente et non considerat ista scientia. Deinde cum dicit. quod autem quia hoc. Colligit hoc quod dictum est de causa per accidens. sive de fortuna in libro physicorum et dicit hoc [gap] esse fortunam. prout quid sit et ad hoc investigandum proceditur quod id quod est quia hoc .i. aliquid esse propter finem invenitur et in hiis que sunt per naturam. et in hiis que ab intellectu. et hoc manifestatum est in libro physicorum. Et adiungit quod fortuna est in hiis que fiunt propter aliquid. sed per accidens sicut .n. invenitur ens per se et ens per accidens ita et causa per se et causa per accidens. sicut igitur fortuna est causa per accidens in hiis que fiunt. gratia huius .i. propter finem non quidem agentis sed per electionem. sicut si aliquis eligat fodere in agro ut plantet arborem et inveniat thesaurum. hoc dicimus esse a fortuna. Deinde ibi. propter quod esse eadem et hec. ostendit in quibus sit fortuna et dicit quod cum electio non sit sine intellectu.

intellectu. deinde quod causa eadem sit fortuna et intellectus. unde in rebus carentibus ratione non est fortuna. sicut lapides plante et bruta alia neque etiam est in pueris qui carent usu rationis. Secundo ibi. Cause autem infinite. ostendit quod fortuna est incerta. dicens quod infinite sunt cause a quibus potest aliquid fieri a fortuna sicut patet in exemplo proposito: potest enim aliquis invenire thesaurum fodiens terram vel ad plantandum. vel ad faciendum sepulcrum mortui et propter hoc infinita alia. et quia omne infinitum est ignotum ideo fortuna incerta est humane cogitationi et dicitur esse cum paucis. ubi sunt cause per se. Quarto ibi. Bona autem fortuna etc. ostendit quando bona vel mala et dicit quod bona vel mala fortuna dicitur ex eo quod bonum vel malum fortunatis invenit. sed si sit magnum bonum quod fortunatis evenit dicitur eufortunium. si sit magnum malum dicitur infortunium. Quinto ibi. Quoniam autem nullum. ostendit quod fortuna non est prima causa rerum. nullum enim per accidens est prius hiis que sunt secundum se. unde neque casus neque fortuna est prior ea que est per se et sic si fortuna et casus que sunt cause. sunt causa celi oportet quod prius sint cause intellectus et natura, que sunt cause per se//

Est autem hoc actu quod et hoc potentia determinavit philosophus de entis partitione. hic determinat de motu et dividitur in partes tres. In prima determinat de motu secundum se. In secunda de infinito quod est quedam passio motus et aliorum continuorum. ibi. Infinitum autem aliter. In tertia determinat de divisione motus in suas species ibi. Permutatur autem. Prima dividitur in partes duas. In prima ostendit quid sit motus. In secunda ostendit in quo sit ibi. et quod est in mobili. Circa primum tria facit. primo premittit quedam que necessaria ad diffiniendum motum.// Secundo diffinit ipsum ibi. Diviso autem etc. Tertio probat diffinitionem esse bene assignatam. ibi quod autem bene. Circa primum proponit sex ex quibus concludit quintum quorum primum est quod ens dividitur per actum et potentiam. et hoc est quod dicit. quod entium quoddam est actu tantum. sicut primum movens quod deus. quoddam potentia tantum. sicut materia prima. quoddam potentia et actu sicut omnia intermedia. vel esse actu tantum. dicit id quod iam perfecte habet formam. puta quod perfecte iam est album. esse autem potentia tantum quod nondum habet formam nec movetur ad hanc ad formam. esse vero potentia et actu quod nondum habet formam sed est in motu ad formam. Secundum est quod ens dicitur per x predicamenta et hoc est quod dicit quod entium hoc quoddam est quantum et sic de aliis generibus. Tertium est quod motus non habet aliquam aliam naturam separatam a rebus aliis. sed unaqueque forma. per quod est talis est actus imperfectus qui dicitur motus. sed enim ipsum est motum ad albedinem quod est inter albedinem actu fit mobile. sed non dicitur esse in actu perfecto et hoc est quod dicit quod motus non est aliquid preter res. omne enim quod permutatur. permutatur secundum predicamenta entis. et sicut non est aliquid commune ex predicamentis quod sit genus eorum. ita non est aliquod genus commune omni motui. et propter hoc motus non est aliquod unum predicamentum. distinctum ab aliis predicamentis sed sequitur alia predicamenta. Quartum est quod in unoquoque genere inveniuntur duo scilicet perfectum et imperfectum sicut in genere substantie unum est ut forma et aliud ut privatio et in genere qualitatis hoc est quod est perfectum ut album quod habet perfectum colorem. et hoc est ut nigrum. quod est imperfectum in genere coloris et in quantitate unum perfectum in quantitate quod dicitur magnum. et aliud imperfectum quod parvum. et in ubi in quo est ratio vel motus localis est sursum et deorsum. et grave et leve. sed quod grave dicitur quod actu deorsum et leve quod actu sursum et horum unum est ut perfectum et aliud ut imperfectum et totum hoc est quod omnia genera dividuntur per contrarias differentias. contrariorum autem semper alterum est ut perfectum. alterum ut imperfectum. Ex hiis autem concludit quintum scilicet quod quot sunt species motus et permutationis tot sunt species entis quod quidem non dicit eo quod in quolibet genere entis sit motus. sed quia sicut ens dividitur per actum et potentiam. perfectum et quantum et huiusmodi. et per perfectum et imperfectum ita et motus et hoc sequitur ex eo quod dictum est. quod motus non est preter res quia ut diffinitur permutatio et motus nunc dicetur. Secundo cum dicit. Diviso autem secundum unumquodque diffinit motum et primo ponit diffinitionem ipsam dicens. quod cum ens in unoquoque genere entis dividatur per potentiam et actum. motus dicitur esse actus entis quod est in potentia inquantum huiusmodi. Secundo ibi. quod autem hoc etc. exponit positam diffinitionem. et circa hoc duo facit. primo exponit id quod posuit in diffinitione excepta litera motus. Secundo id quod ponitur in diffinitione quasi genus motus. quod quidem non est. Circa primum duo facit. primo exponit hanc particulam entis quod est in potentia. Secundo hanc inquantum huiusmodi ibi. dico autem inquantum. dicit ergo primo quod ex hoc materia est apta esse reducta in actum. per hoc quod dicitur edificari. et iste actus vocatur edificatio. et similiter in aliis mobilibus sicut motus ut ambulatione et saltatione et huiusmodi quidem dicitur motum cum habet fieri. actu cum habet factum in potentia et non prius nec posterius. cum ergo res sit semper aliquid existens in potentia. cum sit reductum ad actum. inquantum est mobile. Iam mobile dicitur ad per hoc quod est in potentia ad motum et reducitur huiusmodi potentia in actum. quando movetur. actu non autem habet reducta in actum. per motum id quod est in potentia inquantum ipsum vel secundum se ipsum. Iam hoc etiam est in actu. antequam in

quartum

capiat motum tunc autem reducitur ad actum per motum
per quod est in potentia ad terminum motus quia dum movetur adhuc
remanet in potentia ad terminum motus. sed solum per motum
reducitur ad actum de potentia in actu de illa potentia que
subicitur motui. Deinde cum dicit. dico autem inquantum
exponit hanc particulam positam in diffinitione mo
tus. scilicet inquantum huiusmodi vel inquantum tale ad cuius evidentiam dicit
quod es est in potentia ad statuam. non tamen idem est ratione. sed
alia est ratio eris inquantum est es et alia eris inquantum
habet aliquam potentiam. et hoc est quod dicit quod non est idem
eris esse et alicuius potentie esse. si enim esset idem simpliciter et secundum ratio
nem. tunc sicut motus est actus eris inquantum est
es in potentia ita esset actus eris inquantum est es. sed non
est idem secundum rationem. et hoc manifestum est in potentia
contrariorum. quia posse sanari et posse laborare id est
infirmari non est idem secundum rationem. ratio enim potentie sumitur ex ac
tu unde si posse sanari et posse infirmari esset
idem secundum rationem sequeretur quod esset idem sanari et infirm
ari quod est impossibile. Sic igitur non est eadem potentia ad utrum
que contrariorum secundum rationem potentie. sed est eadem subiecto. Id enim est subiectum quod
potest esse sanum et languens. sive illud subiectum sit
quicumque humor in corpore animalis sive sanguis qui est
naturalior et magis proprium vite et animalis nutrimento.
quod igitur posse sanari et posse infirmari non est
idem secundum rationem manifestum est quod neque eorum est idem secundum rationem
cum suo subiecto. quia que unum et eadem per se sunt eadem
invicem sunt per se eadem. quod igitur non sunt per rationem et
eris in potentia ad statuam sicut et color et visibile. quod
est potentia motum. Secundo vero sicut quod in diffinitione
motus dicitur quod est actus existentis in potentia inquantum
huiusmodi. Deinde cum dicit quod quidem igitur etc.
exponit id quod ponitur in diffinitione motus tamquam
genus dicens. manifestum est quod hic scilicet motus tunc
est et quod tunc accidit motum quando hoc scilicet actus ex
istentis in potentia fuerit actu et non prius neque posterius.
manifestum est enim quod unumquodque mobilium quandoque esse actu
et aliquando non. sicut edificabile inquantum edificabile
quandoque est in potentia et quandoque in actu. dicitur autem edificabile
inquantum edificabile quia materia domus est ad duo in potentia
scilicet ad formam domus et ad hoc quod edificetur.
et inquantum ad utrumque quod contingit esse quandoque in potentia
quandoque in actu. sed potentia que est in materia domus ad hoc
quod edificetur significatur cum quod dicitur edificabile. cum
igitur edificabile inquantum edificabile fit actu
cum edificatur et sic edificatio est actus edifi
cabilis inquantum edificabile quod sic patet quia materia domus non
est in potentia nisi ad duos actus scilicet ad edificationem
domus et formam. edificium autem significat quan
dam formam in materia domus existentem. cum igitur quod cum
omnis potentia respondeat ad suum actum quod potentia significata per
hoc quod dico edificabile respondeat alter duorum actuum
vel forma domus vel edificatio. sed non est actus edifi
cabilis inquantum edificabile forma domus quia adveniente forma domus
non est adhuc edificabile sed est iam edificatum. sed fit edi
ficabile actu quando edificatur actu. Necesse est igitur quod edi
ficatio sit actus edificabilis. edificatio autem est quidam mo
tus. et sic motus est actus edificabilis. et eadem ratio est de
omnibus aliis motibus. unde manifestum est quod motus est
actus existentis in potentia. Deinde cum dicit Quia autem probat
diffinitionem positam esse bene assignatam. et primo ponit probationem
in generali dicens quod manifestum est motum esse bene diffi
nitum ex hiis que alii dixerunt de motu diffinientes
ipsum et etiam ex eo quod non potest de facili aliter diffiniri.
non enim potest poni in alio genere nisi in genere actus.
Secundo ibi. palam autem ex quibus. ponit ea que alii dixe
runt de motu. dicens quod quidam dixerunt motum
esse alteritatem. et quidam inequalitatem et quidam non
ens. forte ideo quia id quod movetur recedit ab eo
quod prius erat et dum movetur semper alio et alio modo se
habet et magis et minus appropinquat ad terminum. Tertio ibi.
quorum nullum. ostendit predictas diffinitiones non esse convenien
tes neque enim conveniunt motui ex parte illius quod movetur.
Si enim motus esset non ens vel inequalitas vel alteritas
sequeretur quod omne non ens vel alterum vel inequale mo
veretur. sed nullum horum necesse est moveri. non est igitur mo
tus quod dictum est. Idem etiam apparet ex parte terminorum mo
tus qui sunt terminus a quo et terminus ad quem. non enim
magis est motus ad non ens vel inequalitatem vel alteri
tatem quam ad opposita horum. immo magis est esse motus
ex hiis quam ex oppositis. contingit enim motum esse quod non
ente ad ens et e converso et de alteritate et similitudine et
ab inequalitate ad equalitatem et e converso. Causa vero
ibi. causa autem. ostendit quare predicti diffinierunt motum di
centes quod ista est causa quare posuerunt motum in predictis
quia scilicet motus videtur esse aliquid indetermina
tum. et illa sunt indeterminata que sunt privativa et ideo
motum posuerunt in privatione quadam et secundum quod sic
infra hoc dictum est Pythagorici posuerunt duos ordines
in quorum uno quem dicebant ordinem bonorum posuerunt
illa que videbantur perfectionem habere sicut lumen
dextrum masculinum quietem et huiusmodi. In alio autem ordine quem
ordinem mali constituebant posuerunt tenebras sinis
trum femininum motum et huiusmodi. et omnia ista dicebant
esse indeterminata et privativa quia nullum istorum videbatur
significare hoc aliquid id est substantiam neque tale id est qualitatem neque ad
aliquid predicamentorum. Secundo ibi. cur autem videatur. dicit
causam quare motus ut indeterminatum ponebatur.
et dicit quod causa huius est quia motus non potest
poni in genere potentie neque in genere actus. Si enim esset in gene
re potentie sequeretur quod quicquid est in potentia ad aliquid

pura ad esse quantum movetur ad maiorem quantitatem. Sed hoc
non est necessarium quod sit antequam incipiat ad motum
ad quantitatem est in potentia ad quantitatem maiorem. Iam enim movetur
quia iam actu est quantum secundum maiorem quantitatem ad quod erat in
potentia. Sed tunc iam terminatus est motus. Sed oportet quod motus
est actus quidam, ut ostensum probatum est. Sed est actus imperfectus
et huius causa est quia id cuius est actus est imperfectum et hoc est
eius potentia sive eius in potentia. Si enim esset actus perfectus tolleret
tolleret totam potentiam que est in ipso ad id determinatum.
Unde actus perfecti non est actus existentis in potentia sed
existentis in actu. Motus autem ita est existentis in potentia quod
non tollit ab eo potentiam. Quamdiu enim est motus remanet
in potentia in motu ad id quod intendit per motum. Sed sola potentia
que erat ad motum tollitur per motum. Et tamen non tollitur
quia id quod movetur adhuc est in potentia ad motum quia oportet
quod motum moveri. Propter quod motus continuus ut
probatur in vi° physicorum. Unde relinquitur quod motus
est actus existentis in potentia et sic est actus imperfectus et
imperfecti. Et propter hoc difficile est accipere quid sit motus
verum enim quia aut necesse sit ponere motum in genere privationis
sicut patet ex premissis distinctionibus aut in genere potentie aut
in genere simpliciter actus perfecti, quorum nullum contingit esse
motum. Unde relinquitur quod motus sit quod dictum
est scilicet quod non dicitur actus perfectus et hoc quod difficile (actus et)
est videre. Sed tamen contingit esse quia hoc potest aliquis sequi
invenientes. Plato autem diffinierunt motum dicentes quod
motus est exitus de potentia in actum non subito sed continue
unde quia necesse est quod in divisione exitus ponatur mo-
tus cum sit successivus motus et sine divisione exitus quod
est subito ponitur terminus et in divisione temporis motus.
Deinde cum dicit *et quod est motus* ostendit in quo est
motus et primo ostendit quod in mobili quia omnis actus est in
eo cuius est actus. Sed motus est actus mobilis a movente causatus
unde relinquitur quod sit in mobili et quod sit actus mobilis
ex superioribus patet. Secundo ibi *et motus actus* ostendit qualiter se
habeat motus ad movens et ponit duo scilicet quia motus
est actus motivi et quod non alius est motus qui est (ali)
actus motivi et qui est mobilis. Oportet enim motum esse actum
alicuius. Tertio ibi *motivum quidem* probat primum horum duorum
scilicet quod motus sit motivi actus. Illud enim est ac-
tus alicuius quo fit actu. Sed motivum dicitur ex eo quod
est potens movere. Movet autem in operari et in eo quod
est esse actu et hoc ita tamen movens dicitur propter motum.
motus erit actus motivi. Quarto ibi *est autem*
probat secundum propositorum scilicet quod unus motus sit actus motivi
et mobilis. Sed mobilis dictum est enim quod motus est actus mobilis
inquantum facit motum et est actus mobilis inquantum facit in eo
motus. Sed motum facit unum motum qui est continuus
et non alium. Et hoc est quod dicit quod movens est activum mobilis.
Unde relinquitur quod unus sit actus et moventis

et mobilis

Quinto ibi *quia una distantia* manifestat hoc per exemplum et dicit quod
una distantia est duorum ad unum et unius ad duo
sed differt ratione. Propter hoc diversimode significatur scilicet per duplum et
dimidium. Similiter una est via ascendentis et descendentis
sed differunt ratione et propter hoc dicuntur hii ascendentes
et illi descendentes et ita est de movente et mo-
to secundum substantiam unus motus secundum substantiam est actus utriusque sed
differt ratione. Est enim actio moventis actum mobilis
ut passio. Sed si actio et passio sunt idem secundum substantiam videtur
quod non sint diversa predicamenta. Sed sciendum quod predicamenta
diversificantur secundum diversos modos predicandi. Unde licet id
sint quia diversificantur de diversis predicantur ad diversa predicamenta
pertinent. Locus enim secundum quod predicatur de locante pertinet
ad genus quantitatis secundum autem quod predicatur denominative de locato
constituit predicamentum ubi. Similiter motus secundum quod predicatur de eo
in quo est constituit predicamentum passionis. Secundum autem quod
predicatur de eo a quo est constituit predicamentum actionis.

Infinitum autem etc. Postquam philosophus determinavit
de motu hic determinat de infinito quod
est passio motus et continui per tria ... et circa hoc tria
facit. Primo distinguit quot modis dicitur infinitum
secundo ostendit quod non est infinitum in actu ibi *separabile
quidem igitur*. Tertio quomodo infinitum inveniatur in diversis
ibi *infinitum autem*. Circa primum duo facit. Primo ostendit quot
modis dicitur infinitum in actu. Secundo quot modis
dicitur infinitum in potentia ibi *adhuc autem appositione*. Circa primum
considerandum est quod omne finitum dividendo per-
transitur. Unde infinitum proprie est quod mensurando pertran-
siri non potest. Tot igitur modis dicitur infinitum quot
modis dicitur pertransibile. Utrumque autem dicitur iiii modis
quorum primus secundum quod infinitum seu intransibile
dicitur quod non potest transiri mensurando eo quod non est
natum secundum genus suum sic pertransiri sicut dicimus
punctum aut unitatem aut id quod non est quantum
et iam oportet esse infinitum seu intransibile secundum quem etiam modum
vox dicitur invisibilis quia non est de genere visibilium. Secundo modo
dicitur infinitum vel intransibile quod non dum est pertransitum
sed inceptum sit transiri. Sed enim est quod dicit hunc
transitionem imperfectam. Tertius modus est secundum quod dicitur
infinitum vel intransibile quod vix transitur ut si dicamus
profunditatem maris infinitam vel altitudinem celi
aut aliquam magnam longitudinem intransibilem seu intransibilem seu
infinitam quia excedit vires mensurantis. Sed tamen
sit transibilis. Quartus modus est secundum quod dicitur infinitum
id quod natum est habere transitionem aut terminum secundum suum
genus. Sed non habet puta si sit linea aliqua in-
terminata et hoc est vere et proprie infinitum. Secundo ibi *adhuc
appositione* ostendit quot modis dicitur infinitum in potentia.
Dicitur infinitum duobus modis. Dicitur appositione sicut numerus
semper enim cuilibet numero dato est apponere unitatem

et sic motus est continuitas in infinitum. Talis modus est secundum quod infinitum dicitur ablatione et divisione secundum quod magnitudo dicitur divisibilis in infinitum. Tertius modus comprehendit utrumque sicut tempus dicitur infinitum et divisione quia continuum est et appositione quia motus est et similiter et est infinitum in motu. Secundo cum dicit separabile quidem ostendit quod non sit infinitum in actu. Circa quod sciendum est quod plures posuerunt infinitum separatum a sensibilibus et posuerunt ipsum esse principium naturales et philosophi posuerunt infinitum in rebus sensibilibus non ita quod ipsum infinitum esset substantia sed quod esset accidens alicuius corporis sensibilis. Primo igitur ostendit quod non est infinitum separatum a sensibilibus. Secundo quod non est infinitum actu in sensibilibus ibi: Sed et in sensibilibus. Circa primum ponit tres rationes quarum prima est quod si ipsum infinitum est quedam substantia per se existens et non est accidens alicuius subiecti oportet quod infinitum sit absque multitudine et magnitudine quia magnitudo et numerus sunt ipsum infinitum. Si autem est sine magnitudine et multitudine oportet quod sit indivisibile quia omne divisibile aut est magnitudo aut multitudo. Sed si est indivisibile non est infinitum nisi primo modo sicut vox dicitur invisibilis. Quomodo non inquirimus nos nunc quomodo infinito vero ipsi posuerunt sic sed de infinito intransibili. Secundum quartum modum ergo de primo ad ultimum si infinitum sit substantia separata per se existens non erit vere infinitum et sic ista positio destruit se ipsam. Secundam rationem ponit ibi: Ad huc quomodo contingit. Que talis est: Infinitum est passio numeri et magnitudinis sed numerus et magnitudo non sunt per se existentia separata ut in primo ostensum est etc. Ostendit ergo multo minus infinitum separatum est. Tertiam rationem ponit ibi: Ad huc si que talis est: Si infinitum ponatur separatum a sensibilibus aut ponitur ut substantia per se existens aut ut accidens habens aliquid subiecto separato puta magnitudinem aut numero qui sunt separata secundum platonicos. Si ponatur esse accidens tunc ipsum infinitum non erit principium entium magis sed est infinitum ei magnitudo. Ipsum infinitum sicut principium vocis non dicitur invisibile sed vox quamvis vox sit invisibilis. Si autem infinitum sit substantia et non predicetur de aliquo subiecto et materia est quod non potest esse actu infinitum. Aut enim est divisibile aut indivisibile. Si autem est divisibile et infinitum sed ipsum quod est infinitum est substantia oportet quod quelibet pars eius accepta sit infinita quia idem est infinito esse et infinitum si infinitum est substantia id est si infinitum est substantia. Infinitum predicatur per rationem eius quod est infinitum unde sicut quelibet pars aque est aqua et quelibet pars aeris est aer. Ita quelibet pars infiniti est infinita si infinitum est substantia divisibilis. Quarto oportet dicere quod aut sit indivisibile infinitum aut sit divisibile in multa infinita sed hoc est impossibile quod multa infinita constituant unum infinitum quia infinitum non est magis infinito esse quam totum magis est sua parte. Relinquitur ergo quod infinitum sit indivisibile. Sed impossibile est quod id quod est tale sit actu infinitum. Oportet esse quantum. Relinquitur ergo quod non sit substantia sed accidens. Sed si accidens non est principium ipsum infinitum sed id cui accidit ut deum est sive sit aer ut quidam naturales posuerunt sive sit par ut posuerunt pictagorici. Relinquitur ergo quod infinitum non possit esse secundum se et principium entium. Et ultimo concludit quod hec inquisitio est universalis et excedit naturalium considerationem. Secundo cum dicit quod autem infinitum probat quod infinitum actu non sit in sensibilibus et primo probat hoc per rationes probabiles. Secundo per rationes naturales ibi: Naturaliter autem. Dicit ergo primo quod manifestum est quod infinitum actu non est in sensibilibus et ostendit duo. Primo quod in sensibilibus non est corpus infinitum de ratione enim corporis est quod sit superficie determinatum. Sed nullum corpus determinatum superficie est infinitum. Ergo nullum corpus est infinitum nec sensibile nec naturale nec intellectuale id est mathematicum.

Secundo ibi: Nec numerus. Ostendit quod in sensibilibus non est numerus infinitus ut vel omnis numerus et omne habens numerum est numerabile sed nullum numerabile est infinitum quia numerabile est possibile sive numerando ergo nullus numerus est infinitus. Hee autem rationes non sunt naturales quia non sumuntur ex principiis corporis naturalis. Sed ex quibusdam principiis communibus et probabilibus non ex veris quia qui poneret corpus infinitum non poneret ipsum terminari superficie. Hoc enim est de ratione corporis finiti et qui poneret multitudinem infinitorum non poneret eam numeratam quia numerus est multitudo mensurata per unum ut in X° huius est. Nullam autem mensuratam infinitam. Secundo cum dicit naturaliter autem ostendit quod non sit infinitum in actu in sensibilibus per rationes naturales et primo ex parte actionis et passionis. Secundo ex parte loci et locati ibi: Ad hoc sensibile. Activum autem et passivum locus et locatum sunt proprietates corporis naturalis maxime et ideo dicit quod iste rationes sunt naturales. Dicit ergo primo quod si corpus aliquod sensibile est infinitum aut erit corpus simplex aut corpus compositum sive mixtum. Et primo ostendit quod corpus compositum non possit esse infinitum supposito quod corpora simplicia que sunt elementa corporum compositorum sunt finita multitudine quod ita probat: quia oportebit quod vel omnia sint infinita in quantitate aut quod unum sit infinitum et alia finita. Alterum enim non possibile componi corpus infinitum ex elementis multitudine infinitis.

Non autem potest esse quod unum eorum sit infinitum et alia finita quia in corpore mixto oportet aliqualiter adequari contraria ad hoc quod corpus mixtum conservetur. Alioquin unum eorum quod esset excedens corrumperet alia. Si autem unum sit infinitum et alia finita non est aliqua equalitas cum non sit proportio infiniti

ad finitum. unum corpus mixtum non potest consistere
ex infinito corpore et alia. Secundo quia positis aliquibus
dicit. quod corpus quod est finitum quantitate est potentius
virtute et ita sit equalitas. propter ita si aliquis
dicat quod in corpore mixto sit aer infinitus
et ignis finitus. ideo subiungit quod quantumcumque
verbi unus corpus quod ponitur infinitum defi-
ciat a virtute alterius corporis quod ponitur finitum.
Multiplicemus finitum corpus ab infinito
corpore. ut finiti necesse est esse virtutem fini-
tam. et ita ignis finitus habebit virtutem finitam.
Si ergo abscidam ab aere infinito aerem equalem
igni. habebit minorem virtutem proportionatam
tam virtuti. sic ergo virtus ignis centupla virtutis
aeris. si ergo accipiamus centuplum de aere ab
aere infinito habebit equalem virtutem igni et
ita totus aer infinitus habebit infinitum ma-
iorem virtutem quam ignis et corrumpet ipsum. Conclusionem
ergo possibile quod in corpore mixto sit unum elementum infinitum
et alia finita. Similiter non est possibile quod omnia sint
infinita quia corpus est quod distenditur in omnem dimen-
sionem. Infinitum autem est quod habet dimensionem infinitam.
unum oportet quod corpus infinitum habeat ex omni parte dimen-
sionem infinitam. et sic duo infinita non possunt
convenire in uno. ¶ Neque ibi. ut unum etc. ostendit quod non
potest esse aliquod corpus simplex infinitum. Conclusio non est
possibile quod sit corpus simplex preter elementa ex quo omnia generantur
sicut quidam posuerunt vaporem. quia unumquodque resol-
vitur in ea ex quibus componitur. et nichil videmus
resolvi. corpora mixta nisi in ista elementa. non
est ergo aliquod simplex preter elementa ista. Sed nec ignis nec
aliquod aliud elementorum potest esse infinitum. quia impossibile esset
esse aliquod elementorum preter id quod est infinitum. quia
id repleret totum undique et si esset aliud in-
finitum. oporteret quod converteretur in id infinitum.
Propter excessum virtutis sicut Heraclitus posuit
quod quandoque omnia essent convertenda in ignem. Propter exce-
ssum virtutis eius et eadem ratio est de uno corpore sim-
plici quod faciunt naturales preter elementa. oportet enim quod
habeat contrarietatem. ad alia elementa cum permutatio
fiat ex illo uno corpore ad alia. omnis autem permu-
tatio fit ex contrario in contrarium. Cum ergo unum contra-
riorum corrumperet alterum sequitur quod si illud corpus
quod ponitur preter elementa sit infinitum quod corrumperet
alia. Sed contra hoc philosophus de corpore celesti quod
est preter elementa iiii. non tamen habet contrarietatem. ad
ea nec constituuntur ex eo ista corpora.
Conclusio. naturales ponentes corpus infinitum
actu peccant in noticia huius quinte essentie nec
ergo tamen nichil de celo quia probat quod et de certis

quod declaratur modo quod non sit infinitum actu.
¶ Secundo cum dicit ad hoc sensibile corpus aliquod. ostendit
quod non est corpus sensibile infinitum. rationibus acceptis
partis ex parte loci et locati et ponit tres rationes
quarum prima premittit duo necessaria quorum primum
est quod omne corpus sensibile est in loco. et dicit sensibile
ad differentiam corporis mathematici. cui non attribuimus
locus et tactus nisi per similitudinem. aliud est quod
idem est locus naturalis totius et partis. scilicet in quo naturaliter
quiescat ad quod scilicet naturaliter movetur. sicut patet de terra et
de parte terre. utriusque enim locus naturalis est deor-
sum. hiis autem duobus suppositis ponit rationem ibi.
quare siquidem eiusdem. et est ratio talis. si ponatur corpus
sensibile infinitum. aut est totum unius speciei sicut
corpora similium partium. sicut aer et terra et sanguis
et huiusmodi. aut erit dissimilium specierum in partibus. Si autem
est eiusdem speciei. cum tamen ad omnes partes sequatur
quod aut totum erit in motu et semper quiescet
aut totum semper movebitur quorum utrumque est impossibile
et repugnat sensui. sed quod oporteat alterum
eorum sequi ostendit cum dicit. quid enim magis deorsum.
Iam enim suppositum est quod idem est locus naturalis totius et
partis in qua et est quod unumquodque corpus cum est in suo loco
naturali quiescit. cum autem est extra locum naturalem movetur
naturaliter ad ipsum. Si ergo totus locus in quo est
corpus similium partium infinitum est ei naturalis oportet quod
sit naturalis cuilibet parti et ita et toti. et quelibet pars
quiescit. Si vero non est ei naturalis ergo et totum et quelibet
pars. erunt extra locum suum proprium et ita et totum et
quelibet pars erunt motibus semper. Conclusio enim potest dici quod aliqua
pars loci sit naturalis toti et partibus eius et aliqua
non naturalis quia si corpus est infinitum et omne corpus
est in loco oportet quod locus sit infinitus. In loco autem
infinito non potest inveniri ratio diversitatis quare aliquid
eius sit naturalis locus corporis et aliquid non naturalis
locus quia oportet esse aliquam determinatam proportionem et distinctio-
nem loci naturalis. ad non naturalem quia in loco infinito
non potest inveniri. hoc est ergo quod dicit quod non
magis movebitur corpus infinitum autem. partes eius
deorsum. quam sursum. vel ad illas circumquaque aliam
partem. quia in loco infinito non potest sumi. determina-
ta proportio. harum partium et ponit exemplum ut si ponatur
terram esse infinitam non erit assignare rationem
quare magis moveatur vel quiescat hic quam ibi
quia totus locus infinitus est continuus. ¶ Deinde
ponit corpus infiniti quod est in loco. unum
si aliqua pars est loci est contra naturam [illegible] et alia
pars. et si una non est naturalis. nec alia. Sic
si corpus infinitum sit in loco optinebit totum
locum infinitum. et quando hoc potest esse. quando et

potest sic esse quiescet et movebitur, quia si ubique quiescit non movetur, aut si movetur ubique secundum quod non quiescat. Deinde tamen dixit si autem dissimile preter alteram partem dissimilitudinis, id est si totum est non est similium partium. Dicit quod secundum quod corpus erit, id est totum, si sit partium dissimilium secundum quod non sit unum nisi contiguitate, sicut acervus lapidum est unum. Que autem sunt dissimilium specierum non possunt esse continua sicut ignis et aer, vel aer et aqua, et hec non est esse unum simpliciter. Item si illud totum constat ex dissimilibus speciebus aut erunt infinita species itaque, id est quod sunt infinite species dissimilium partium totius, aut erunt finita species ita, id est quod dividuntur species que sunt in partibus. Et certo modo concludit sed quod impossibile sit esse infinita secundum speciem patet ex eo quod in precedenti ratione est positum. Non enim esset possibile ex eis uno modo finitis constitui totum infinitum, id est vel oportet partes esse finite magnitudinis quod est impossibile cum corpus infinitum oporteat ad quamlibet partem infinitum esse vel saltem quod aliqua pars vel aliqua partes infinitam habeant. Secundum ergo quod si totum est infinitum et partes sunt dissimiles, uno modo quod quedam earum sit infinite magnitudinis et quedam infinite. Prima si in proposito esset quod aqua esset infinita et ignis infinitus. Sed hec ponit inducens communem inconveniens quod id quod est infinitum corrumperet alia, ut supra ostensum est. Non est ergo possibile quod sint finita modo si non sunt infinite secundum speciem partes. Partes unius cuiusque oportet ponere partes simpliciter. Sequeretur quod loca erunt infinita et quod elementa erunt infinita, quorum utrumque est impossibile cum unumquodque corpus simplex habeat locum et connaturalem divisum a loco corporis alterius secundum speciem. Si ergo infinita corpora simplicia diversa secundum speciem sequeretur quod essent infinita loca diversa secundum speciem. Sequeretur quod essent infinita loca diversa secundum speciem quod patet esse falsum. Species enim locorum sunt sex aliquibus modis determinato que sunt sursum et deorsum et huiusmodi. Elementa etiam esse infinita est impossibile quia sequeretur quod essent ignota et eis ignoratis omnia ignorarentur. Dicit ergo impossibile est elementa esse infinita. Necesse est quod loca sunt finita et per consequens quod totum sit finitum. Sextam rationem ponit ibi: totaliter autem et cetera. Que talis est dicens quod omne corpus sensibile habeat locum, impossibile est quod sit aliquod corpus sensibile infinitum. Antecedens primo quod omne corpus sensibile habeat gravitatem aut levitatem, quod quidem verum erat secundum opinionem antiquorum naturalium ponentium corpus infinitum actu. Sed ipse opinatur quod sit aliquod corpus sensibile non habens gravitatem neque levitatem, scilicet corpus celeste ut probatur in libro de celo et ideo hic induxit hoc conditionaliter quasi ab ad-

versarium concessum. Sed non simpliciter verum. Dicit ergo quod corpus omne sensibile est grave vel leve et est corpus sensibile infinitum oportet quod sit grave vel leve. Et si grave quod feratur sursum vel ad medium. Differunt enim leve quod fertur sursum et grave quod fertur ad medium. Sed hoc est impossibile inveniri in infinito nec in toto nec in parte. Non enim invenitur medium in aliquo corpore nisi proportione habita ad extrema indivisibilis totius. Infinitum vero non potest dividi secundum aliquam proportionem. Unum non potest ibi inveniri sursum et deorsum nec extremum medium. Considerandum autem quod non valet et si ponatur corpus tertium quod neque est grave neque leve, tale enim corpus non est natum moveri ad medium, quod non potest in corpore infinito inveniri. Septimam rationem ponit ibi: adhuc omne sensibile, que talis est. Omne corpus sensibile est in loco, sed loci species sex sunt, scilicet sursum, deorsum, dextrum, sinistrum, ante et retro, que quidem impossibile est attribui corpori infinito cum sint quedam extrema distanciarum et sic corpori infinito impossibile est attribuere locum. Non est ergo aliquod corpus sensibile infinitum. Et hoc est quod dicit: neque aliquod corpus sensibile infinitum. Non autem dicat quod sex species loci assertendas sint sicut ducit, quod ita loca distinguantur in celo quia motus eorum non distinguuntur nisi sursum et deorsum. Sed quia sicut ab infinito corpore removetur sursum et deorsum, ita et omnes alie differentie loci. Octavam rationem ponit ibi: totaliter autem. Que talis est. Omne corpus sensibile est in loco. Sed impossibile est esse locum infinitum. Ergo impossibile est esse corpus infinitum. Quod autem impossibile sit esse locum infinitum ex hoc probatur, [illegible] ratione eorum que sunt [illegible] communia, sicut quod est album, quod sit in aliqua specie albi, et quod est homo quod sit aliquis homo, et similiter quod est in infinito loco quod sit alicubi vel in aliquo loco infinito, esse autem in aliquo est esse vel sursum vel deorsum vel secundum aliquam aliam speciem quarum nulla potest esse infinita, quia unumquodque horum est terminus alicuius distantie. Ergo impossibile est esse corpus infinitum sensibile. Deinde cum dicit infinitum autem ostendit quomodo infinitum inveniatur in diversis, et dicit quod invenitur in magnitudine et motu et tempore, non univoce predicatum de eis, sed per prius et posterius. Sed semper id quod est posterius dicitur infinitum secundum quod id quod est prius dicitur infinitum, sicut motus secundum magnitudinem in qua est motus localis aut augmenti aut alterationis. Et tempus dicitur infinitum secundum motum quod sit mensura eius. Infinitum enim ratione attribuitur continuo, quod prius attribuitur magnitudini, ex qua motus continuitatem quod maxime est in motu locali, quia prius motus localis accipitur secundum magnitudinem et similiter tempus secundum quod est in motu

augmenta quia per additionem magnitudinis augmentum attenditur
sed in alteratione non est ita manifestum sed tamen et ibi ali
qualiter verum est. quod qualitas per quam fit alteratio
per actionem dicitur ad dictum magnitudinis ut intensio et
remissio. qualitas attenditur per quod verum cum magnitudine
extensionis aliquo modo vel perfectiori vel minus perfecto participat
qualitatem a continuitate autem motus est. et tempus continuum
nisi per illam tempus per se tamen sic motus non habet conti
nuitatem sed solum ex illo videlicet sicut dictum est motus
partium continue sunt eo quod partium quidem
continuum est eodem gradu ordine sed quod infinitum.
dividitur tribus dicitur sicut et continuum.

Permanentia autem et est postquam philosophus ostendit quid est mo
tus. hic determinat de infinito quod est passio
quedam motus sed determinat de partibus motus et
dividit in partes duas. In prima determinat motum in suas partes.
In secunda ostendit quedam concomitantia motum et partes
eius ibi. simul vero totum. prima dividitur in partes duas. per
se divisiones motus. quarum tamen una vero altera autem
patet. ut potest dividi aliquod membrum. precedunt divisio
nes. Ea pars incipit ibi. Est autem aliquid. dicit ergo primo quod
tribus modis aliquod permutatur. Primo modo permutatur
aliquid per accidens tamen. quod scilicet aliquid dicitur permutari. ex eo quod id
in quo est permutatur sicut sit in eo ut actum musico.
sicut musicum dicitur ambulare. sive sit forma accidentalis tamen
ut anima moto corpore. sive quod quasi pars moto toto. sive et
contentum moto continente ut nauta mota navi.
Secundo modo dicitur aliquid permutari simpliciter eo quod aliquid
eius permutatur. sicut ea que moventur per partem. sic
sicut corpus hominis dicitur sanari quod sanatur oculo
et hoc quidem est parte motum sed non primo. Tertio modo dicitur aliquid
moveri primo et per se sicut si aliquod totum moveatur per
totum. ut puta si lapis deorsum feratur. Deinde cum dicit
Est autem aliquid et in movente. ponit eandem divisionem ex
parte moventis. dicitur enim aliquid movens vel uno modo
quia movet per accidens sicut musicus construit. Alio modo
per partem. sicut homo manu volvat percutit. Tertio modo
per se primo. sicut ignis calefacit. et medicus sanat.
Deinde cum dicit Est aliquid movens primum. ponit secundam
divisionem motus. seu mutationis et tamen hec ea sunt
que permutant quedam que sunt necessaria ad divisionem motus
accipiendam. Primo dividit mutationem vel. quia autem per hec
dicit ergo primo quod inquantum mutationem invenimus. v.
Est enim in omni mutatione aliquid quod est primum movens.
Secundo est aliquid quod movetur. Tertio est tempus in quo fit muta
tio. quia omnis motus est in tempore. Quarto est terminus
ex quo incipit motus. Quinto est terminus ad quem mo
tus intendit. Non autem dividit motus seu mu
tationes in suas species secundum movens. neque secundum id quod mo
vetur vel tempus quia ista sunt communia omni mutationi. sed dividit

per terminos. scilicet ex quo et in quem est motus et ideo duo
ultimo posita manifestant dicens quia species vel forme et
passiones vel qualitates et locus sunt termini motuum
quia in ea moventur ea que mobilia sunt. et dicit
species quantum ad generationem et corruptionem passiones quantum ad altera
tionem. et locum quantum ad loci mutationem et exemplificat de
passionibus per scientiam et calliditatem. sed quibusdam
videbatur quod qualitas esset id quod alteratio et
sic sequeretur quod caliditas esset motus et non
terminus motus. ideo dicit quod caliditas non est mo
tus sed calefactio. Deinde cum dicit que autem non
per accidens. et est permutatio duabus partibus. primo dividit
accipit terminos et ea. secundo dividit per terminos. permuta
tionem que non est per accidens vel per partem dicens quod
permutatio que non est per accidens. non existit inter
quoslibet terminos sed oportet quod termini eius vel sint
contraria. sicut cum est mutatio de albo in nigrum
vel inter media sicut cum est mutatio de albo in
rubeum vel de rubeo in pallidum. aut est mutatio
inter contradictoria. sicut de albo in non album. aut econ
trario autem de privatione opposita quia inter ea sunt inter contradicto
ria et contraria. et sic eius intelligitur. dicit autem quod per
mutatio que est per accidens est indeterminatis terminis quia
mutatio per accidens non habet terminos determinatos.
Fit enim mutatio per accidens de albo in dulce non
quod nigrum est album sed nigrum est amarum et quod so
lum inter predictos terminos sit permutatio ostendit per condicio
nem. Sunt enim modis possibilis variatio terminorum mutationis
aut ita quod uterque terminus sit affirmativus ut si
aliquid dicatur mutari ex albo in nigrum. et
hoc est quod dicit ex subiecto in subiectum. aut ita quod uterque
sit negativus ut si aliquid dicatur mutari de
non albo in non nigrum. et hoc est quod dicit
ex non subiecto in non subiectum aut ita quod sit terminus
a quo sit affirmativus et terminus ad quem sit negativus
ut si dicatur aliquid mutari de albo in non album.
et hoc est quod dicit. ex subiecto in non subiectum. aut ita
quod terminus a quo sit negativus et terminus ad quem
affirmativus ut si dicatur aliquid mutari de non albo
in album et hoc est quod dicit ex non subiecto in subiectum. Ex
ponit autem quid dicat subiectum. scilicet id quod affirmative
significatur. Harum autem sunt combinationum. una
est inutilis. Non enim est aliqua permutatio de non
subiecto in non subiectum. due enim negationes. sicut non
album et non nigrum vel sunt contraria. vel contradictoria
quia non sunt opposita. possunt enim verificari de eodem ut
puta que vel alba vel nigra sunt. unum tamen omnis
mutatio sit inter opposita ut supra philosophorum pro
batum est. Relinquitur de non subiecto in non subiectum.
non sit permutatio et sic necesse est solum tres esse

permutationes scilicet duas secundum contradictionem et unam secundum contrarietatem
Deinde cum dicit que quidem igitur ex non subiecto. manifestat que
sunt predicte tres mutationes et primo hoc facit primo dicens
quod due earum sunt generatio et corruptio. Secundo ostendit quod ne
utra earum est motus ibi. sed neque non ens dicitur. Circa primum dicendum
dicit quod mutatio dicitur motus ibi. quoniam autem
omnis motus et cetera. dicit ergo primo quod cum predictarum mu
tationum illa que est de non subiecto in subiectum existens
inter terminos contradictiose oppositos vocatur generatio. sed hoc con
dupliciter quia cum est mutatio de non ente simpliciter in ens
simpliciter et tunc est generatio simpliciter et hoc est quando secundum mutatio
nem permutatur secundum substantiam cum de non ente fit ens
non simpliciter. sed secundum quid. sicut de eo quod non est album
in album. et hec est generatio quedam et secundum quid. Illa vero mu
tatio que est de subiecto in non subiectum dicitur corruptio
et similiter inhac distinguitur simpliciter et secundum quid sicut
in generatione. Deinde cum dicit Si itaque non
contendit quod neutra harum mutationum est motus
et primo ostendit hoc de generatione Secundo de corruptione ibi. neque itaque
corruptio motus. dicit ergo primo quod non ens dicitur multi
pliciter sicut et ens/ uno enim modo dicitur ens et non ens
quod est secundum compositionem et divisionem propositionis et hoc cum non sit
in rebus sed in mente non potest moveri. Alio modo di
citur secundum potentiam et actum. et illud quod actu est simpliciter est
quia et est secundum potentiam tamen est non ens dicit ergo quod nec
contingit moveri hoc non esse quod quidem est secundum potentiam est
sed non est actu. quia est quod oppositum entis in actu
simpliciter sed quare dixerit quod est oppositum enti simpliciter manifestat
cum subdit quod enim non album. Etenim impossibile quod
oppositum enti in actu quod non est ens simpliciter contingit moveri
quia quod est non album in actu aut non bonum in actu
contingit moveri sed tamen secundum accidens. Non enim ipsum non album
movetur sed subiectum in quo est. hoc vero quod est ens actu
homo enim qui est non album potest esse homo. sed quod est non ens in actu
simpliciter id est secundum substantiam nequaquam contingit moveri. Si enim mutaretur hoc omnia vera
sunt impossibile est non ens moveri et si hoc verum est impossibile
est generationem esse motum. quia non ens generatur. Est enim
generatio ut dictum est de non ente in ens. unde si generatio
simpliciter esset motus sequeretur quod non ens simpliciter
moveretur. Sed huic processui possit aliquis obviare di
cens quod non ens non generatur nisi per accidens. et sic generatur
id quod est subiectum generationis id est ens impossibile non ens a lig̃t
verum sit in re. unde non generatur nisi per accidens. Sed hanc obvi
ationem excludit Si enim et que maxime. dicit quod licet
non ens non generetur nisi per accidens tamen de eo quod generatur
ac simpliciter verum est dicere quod est non ens et de quocumque
est hoc verum dicere impossibile est id moveri. Quod vero muta
tionis impossibile est moveri et similiter impossibile est ipsum quies
cere quia non ens simpliciter non movetur neque quiescit. hec autem inconveni
entia accidunt si aliquis ponat generationem esse motum

ad ostendendum autem quod non ens non movetur. Similiter
quia omne quod movetur est in loco quia motus localis
est prior motuum. non ens autem simpliciter in loco quia alicubi
esset non ens. quod non potest moveri et sic
generatio non est motus et ex his velut ostendit quod neque
corruptio est motus ibi. neque itaque corruptio
et cetera. quia motui non contrariatur nisi motus vel
generatio sic vel motus et quies quod non potest
esse ut ostensum est. Deinde cum dicit quoniam autem
non omnis. ostendit quod mutatio dicatur motus dicens
quod omnis motus est aliqua permutatio. permuta
tiones autem sunt solum tres quarum due que sunt
secundum contradictionem scilicet generatio et corruptio non sunt motus
relinquitur quod sola illa mutatio scilicet de
subiecto in subiectum sit motus. et cum subiecta ista inter
que est motus oporteat esse opposita. necesse
est quod sint contraria vel intermedia quia privatio hec affir
mative moveretur sicut nudum et edentulum
et nigrum. tamen ad contrarium reducitur
quia privatio est quedam contrarietas ut in X ostensum est.
dicit autem nigrum esse privationem non simpliciter sed
inquantum defective participat contrarii naturam.

Si ergo predicamenta divisa sunt et cetera. postquam
divisit permutationem in generationem
et corruptionem et motum. hic subdividit al
terum membrorum divisionis scilicet motum secundum genera in quibus
potest esse motus. et hoc duo facit primo ostendit in
quibus generibus possit esse motus. Secundo ostendit
quot modis immobile ibi. immobile autem est
et primum iterum facit primo proponit quod intendit Secundo
probat propositum ibi. secundum substantiam autem et cetera. Tertio
concludit propositam intentionem ibi. quoniam autem neque
dicit ergo primo quod cum predicamenta dividantur
per substantiam qualitatem et huiusmodi. et in aliis generibus
non possit esse motus. necesse est quod sint
tria genera motus. secundum tria genera entis in quibus
potest esse motus que sunt qualitas quantitas
et ubi vel locus cuius proprium totum. quia nihil aliud
significatur esse ubi nisi esse in loco et motus secundum
locum. nihil est aliud quam motus secundum ubi. Similiter
enim motus secundum locum accipitur secundum loca
in quo est locus sed ei quod est in loco
attendendum est autem quod per eandem ubi tamen
genera scilicet quam situm habere. cum enim quando significat
esse in tempore. Et sic non sit motus
eius rõtus est enim esse motum inquantum
et non esse motum inquantum actionis et pas
sionis que significant aliqualiter ipsum
motum. postea hic non addit quod ubi nisi ex
dignitate. primum determinatum. quia nichil causa quia

determinata velocitate partium ad invicem. sicut et impetrat
similitudinem mediam ad medium. et sic eius
motus videtur esse quod non sit motus in actione et
passione. et quod non sit in ad aliquid. Deinde cum dixit
secundum substantiam autem et cetera. probat tertio et dicit haec tria fuerunt
primo ostendit quod non est motus in substantia. Secundo quod
non est motus in ad aliquid. ibi. neque in ad aliquid. Tertio
quod non est motus in agere et pati. ibi. neque etiam facien-
tis et patientis. Dicit ergo primo quod secundum substantiam non potest
esse motus quia motus est mutatio de subiecto in
subiectum. duo autem subiecta inter quae est motus sunt contraria
aut media cum igitur substantiae non sit contrarium. relinquitur
quod secundum substantiam non possit esse motus. sed generatio et cor-
ruptio. tamen quorum enim sunt oppositio secundum contradictionem.
et non secundum contrarietatem ut quidam dicunt. ut autem quibus
dicitur substantiae non esse contrarium falsum esse. cum igitur manifeste
appareat contrarium aquae et aeris. Impossibile de caelo
probant quod caelum non est corruptibile quia non habet con-
trarium. Causa vero corpora quae sunt corruptibilia contra-
ria habent. Dixerunt igitur quidam. quod toti substantiae
compositae non est aliquid contrarium. quia oportet contraria esse unius
subiecti. sed substantia non est in pluribus aliquid esse contrarium. dice-
bant enim quod calor est forma substantialis aquae ignis
et frigus est forma substantialis aquae. sed hoc non potest esse
verum. quia formae substantiales non sunt sensibiles per se et
tamen manifestum est quod calor et frigus manent corporibus
sensibilia. Et hoc est magis verum substantiam non potest
accidens esse. unde alii dixerunt quod calor
et frigus non sunt formae substantiales ignis et aquae
sed tamen earum formae substantiales sunt contrariae et recipiunt
magis et minus et sunt quasi mediae inter substantiam et ac-
cidens. sed hoc omnino irrationabile dicitur. Nam
cum forma sit principium speciei et formae
ignis et aquae non sunt nisi substantiales. unde ignis
et aqua sunt nisi species. magis substantiam. Non est et
possibile quod inter substantiam et accidens sit aliquod
medium. tamen quia sunt diversorum generum inter haec autem
non cadit medium. ut habetur in x° omnium etc.
et quia differentiae substantiae et ipsa eius per se.
accidit vero quod per se non est. sed in alio.
dicendum est ergo quod nec formae substantiales possunt esse contrariae
quia contraria sunt extrema quae cuiusdam determinatae
distantiae et quodam modo continuae cum sit
motus de uno contrario in alterum. unde in illis generibus
in quibus cadit distantia continua. et
determinata non invenitur non potest contrarium inveniri
sicut patet in numeris. distantia enim numerorum
ad invicem non intelligitur secundum aliquam continui-
tatem. sed per additionem unitatis. unde numerus
uni non est contrarius. et similiter nec figura figurae.

Eodem modo est et in substantiis quia non cuiuslibet speciei et formae
magis speciei sunt contrariae in quodam determinato
et indivisibili. sed cum formae sint dantes esse. si formae sub-
stantiales non sunt ad invicem contrariae sequitur quod non sit
contrarietas in ordine. dicendum est ergo quod forma substantialis
secundum se considerata constituit speciem magis substantiae
secundum naturam quia una forma habet in convenientia
proportionem alterius formae. sic diversae formae substantiales
contrariorum dicuntur proportionem qualitatum quam est proportio quodammodo
contraria. et per hunc modum opponuntur animatum
et inanimatum. rationale et irrationale et huiusmodi. Deinde
non cum dicit. neque ad aliquid et cetera. dicit non potest esse
motum magis ad aliquid. sed solum patientis. dicitur
enim ad aliquid moveri patiens quod movetur alio motu tamen
et in aliquo dicitur esse motus patientis quod non
sit motus in eo nisi quodam alio motu
sed autem invenimus magis ad aliquid quod non aliquid
ad permutationem non est tamen dicere quod in eo fiat
permutatio sicut non fit de aequali inaequale nisi
facta permutatione secundum quantitatem. et similiter non
fit dissimile nisi facta permutatione secundum qualitatem.
videmus enim quod unum elatum dicitur permutari
facta permutatione circa alterum. sic alterum per
se manet de sinistro fit dextrum. alterum secundum
locum permutato. Relinquitur ergo quod in ad aliquid
non est motus nisi patientis. Deinde cum dicit
neque facientis et patientis. ostendit quod non magis
nec in pati sit motus et hoc multipliciter motus sub
rationibus. quarum prima est agere et pati sequitur motum
si igitur motus sit magis et pati sequeretur
quod motus sit alicuius motus et generationis gene-
rationis et permutationis permutationis. sed hoc est
impossibile. ergo est impossibile quod magis et pati sit
motus. Ostendit autem impossibile sit motum esse motus
sicut ostensum est esse motus. quia duppliciter aut
ut eius quod movetur aut ut tamen ut eius
quod movetur sicut dicitur motum esse hominis. quod homo
movetur quia ex albo in nigrum permutatur. unde et
similiter motus movebitur et ut calefiet aut
infrigidabitur. aut mutabitur secundum locum. aut au-
gebitur. sed autem est impossibile quod motus non potest esse
subiectum caloris aut frigoris aut alicuius huiusmodi.
Relinquitur ergo quod non contingat motum
esse motus. sicut subiecti. sed ut est sicut tamen quod
et quod aliquid alterum subiectum permutetur de una specie
mutationis in aliam. sicut homo transmutatur
de languore in sanitatem. sed nec est impossibile nisi
per accidens. unde concedit quod non est possibile per se
quod omnis permutatio de uno in aliud
sed tamen permutationis non sit oppositarum. motus est

in generatione et corruptione sicut in motu ut dictum est. Si ergo sit aliqua permutatio de una permutatione in aliam, puta de sanatione in quandam aliam permutationem, sequitur quod sit dum aliquid permutatur de sanitate in egritudinem permutetur de ista permutatione in aliam permutationem. Quia adhuc uno extremorum permutationis existente fit transmutatio de illo extremo in aliud et sic si due transmutationes sint, scilicet extrema unius permutationis, scilicet quod dum iste per unam transmutationem fiat transmutatio in aliam, et sic cum aliquis movetur de sanitate in egritudinem, transmutabitur de sanatione in aliam transmutationem. Sed hoc non videtur inconveniens. Unam mutationem succedit alteri. Concedit ergo quod ad hanc mutationem qua aliquis movetur de sanitate in egritudinem succedat quelibet alia mutatio, puta de albatione in nigrationem, mutatio secundum locum vel quecumque. Unum tamen est quod si aliquis languerit prius quam moveatur de sanitate in egritudinem et exierit mutationem, permutari poterit in quamcumque aliam mutationem. Non est enim quin possit exire mutationem in aliquod quiescere. Sicut cum omnis mutatio sit in non contingentia, id est in opposita que non contingit simul esse unum cum suo opposito, oportet si permutatio aliqua sit de mutatione in mutationem, quod hec sit in oppositam mutationem, quam appellat non contingentem. Et illa mutatio magis sit contraria, quia quod fit de aliquo in aliquid. Quare non fiet transitus de permutatione languoris in oppositam mutationem que est sanatio, et sic videntur duo contraria sequi opposita. Si permutatio fiat de una permutatione in quamcumque aliam, et quod non in oppositam ex quo scilicet accidit quod sit dum mutatur ab aliquo ad unum oppositorum, mutetur in mutationem tendentem in aliud oppositum, quod videtur impossibile. Sequitur enim quod sit mutatio nec intendat in oppositum. Non est ergo possibile quod per se mutetur aliquid ad aliquam per mutationem mutationem. Sed per accidens hoc contingit, sicut aliquis permutatur ex reminiscentia in oblivionem, quia idem permutatur quandoque ad unum terminum, quandoque ad alium. Non quod sit una mutatio movens ad hoc quod sit dum permutatur in contrariam mutationem tendens in aliud. Secundam rationem ponit ibi: ad huc infinitum. Que talis est. Si permutatio sit permutationis, sicut etiam generatio generationis, necesse erit quod ad permutationem non perveniatur nisi per aliam permutationem, sicut ad qualitatem non pervenitur nisi

per alterationem precedentem. Et sicut ad illam permutationem precedentem non pervenitur nisi per aliquam aliam priorem mutationem, et ita procedetur in infinitum. Quod esse non potest, quia si ponantur infinite permutationes habentes ordinem quod una moveat ad aliam, necesse est priorem esse si posterior sit. Ponamus enim quod generationis simpliciter que est generatio quedam sit quandoque generatio. Si ergo generatio simpliciter fiat, quandoque et ipsum fieri generationis simpliciter antea fiebat. Sequitur quod nondum erat quod fit simpliciter, id est generatio simpliciter, sed erat generatio secundum quid, scilicet quod fiebat ipsa generatio generationis. Si igitur et hec generatio aliquando fiebat, non dum erat quando fiebat. Et cum non sit abire in infinitum, et in infinitis non sit accipere primum, non erit devenire ad primum fieri. Si autem primum non est, nec posterius ut dictum est. Quare sequitur quod non sit habere, id est quod quantum est, sequitur quod nichil possit fieri nec moveri nec mutari, quod est impossibile. Non ergo possibile est quod mutationis sit mutatio. Tertiam rationem ponit ibi: ad hoc eiusdem motus. Que talis est. Motus contrarius eiusdem ubi et est quies, et motus et est generatio et corruptio, quia opposita nata sunt fieri circa idem. Si ergo aliquid idem sit transmutatio de generatione et corruptione, sic dum generatio transmutatur ad corruptionem quod est transmutari ad non esse, similiter corruptionis etiam est non esse, quia et transmutatur ad non esse corrumpitur. Sequitur ergo quod dum fit, simul corrumpitur. Sed hoc non potest esse, nec etiam dum aliquid fit, nec statim post quando corrumpitur. Oportet enim quod corrumpitur, sit de esse in non esse. Oportet enim quod corrumpitur esse. Et sic oportet generationem que est mutatio ad esse, et corruptionem que est mutatio ad non esse, invenire quietem media. Et sic non est mutatio mutationis generationis vel corruptionis. Quartam rationem ponit ibi: ad hoc oportet materiam subesse. Que talis est. In omni quod generatur oportet duo invenire, quorum unum est terminus eius quod fit, et ad quod fit generatio terminatur. Si ergo generationis generatio, oportet quod generatio et motus habeat materiam talem, qualis est alterabile corpus aut anima aut aliquid huiusmodi. Sed huiusmodi materiam non est assignare generationi nec motui. Similiter etiam oportet in generatione esse aliquid ad quod terminatur mutatio, quia oportet aliquam partem, scilicet naturam eius quod generatur esse motum extra huiusmodi. Et hoc nichil quod terminatur motus non contingit esse motum, sed terminus motus. Non enim hec permutatio sic est in disciplinatio est aliqua alia mutatio que ad eam terminatur, que sit disciplina disciplinationis. Quare relinquitur quod non sit generatio generationis. Deinde cum dicit: quoniam autem neque substantie, concludit principale intentum, dicens quod quia motus non potest esse in generatione substantie, neque in ad aliquid neque in actione et passione.

Relinquitur quod motus sit secundum quale et quantum
et ubi. Similiter in omnibus contingit esse contrarietatem que est inter-
dum motus ut ostensum est. Sed quia qualitas quibus dicitur
differentia substantiali coniungitur, et cum motus dicitur esse in quali
non intelligitur significare substantiam secundum quod differentia substantialis, sed in
eo quod quale sed dequale. Secundum quod dicitur aptum pati vel
passibile esse, non enim est species alterationis nisi secundum passibiles qualitates
ut in libro physicorum probatur. Deinde cum dicit. Immobile
autem ostendit quot modis dicitur immobile et ponit tres modos quorum
primus est quod immobile dicitur id quod omnino impossibile est moveri
sicut deus est immobile. Secundus modus est secundum quod dicitur
immobile id quod vix et tarde incipit moveri sicut ad
magnitudinem saxum dicitur immobile. Tertius modus est secundum quod dicitur
immobile id quod natum est moveri sed tunc non potest
moveri quando natum et ubi natum est moveri et sicut
natum est moveri et hoc solum immobile dicitur quiescere quia
quies est contrarium motui. Unde oportet quod quies sit
privatio motus

Simul secundum locum etc. Determinat quedam que
circumstant motum et precipue motum localem.
Primo notificat. Secundo inducit quedam corelaria
ex dictis. ibi quare palam. Dicit ergo primo quod simul esse secundum
locum dicuntur quecumque sunt in uno loco primo id est proprio. Si
enim aliqua sunt in uno loco communi non propter hoc dicuntur esse simul.
Sic enim omnia que continentur celi ambitu dicerentur
esse simul. Seorsum autem dicuntur quecumque sunt in alio et in
alio loco. Tangi autem ad invicem dicuntur quorum ultima
simul sunt, puta duo corpora quorum superficies conti-
guantur. Medium autem inter duo est in quod id quod con-
tinue permutatur natum est prius pervenire quam
in ultimum, sicut si motus continuus de a in
c prius veniat in b. Quod mutatur contrarium vero secundum
locum est quod est plurimum distans secundum rectam lineam. Non enim
distantia plurima potest mensurari secundum lineam circularem
eo quod inter duo puncta possunt designari infinite
arcus circulorum dissimiles sed inter duo puncta
non potest esse nisi una linea recta mensurans. Oportet esse
certam et determinatam plurimam distantiam in motibus in-
venitur secundum naturam sursum et deorsum que sunt me-
dium et extremum mundi. Consequenter autem dicitur quod est post aliquod
principium prius sive attendatur ordo secundum positionem sive secundum speciem
sicut binarius est post unitatem, sive qualitercumque aliter.
Et adhuc oportet quod non sit eiusdem generis medium inter
id quod est consequens et illud cui est consequens, sicut linee
sunt consequentes alicui linee et unitates alicui unitati
et domus alicui domui. Sed nihil prohibet inter
duo quorum unum se habet consequenter ad alterum esse ad-
medium alterius generis puta si inter duas domos
sit unus equus medius et ad manifestandum primam
istam diffinitionem coniungit et illud quod dicitur consequens oportet quod

sit consequens post aliquid et quod sit aliquid posterius. Unum enim
non se habet consequenter ad duo que sunt prius in una linea nova luna
ad... ergo. Deinde cum dicit. Quod habitum
dicitur illud quod est consequens et tangit, puta si duo corpora
sunt ordinata quorum unum alterum tangat. Deinde
cum dicit. Quod cum omnis permutatio sit inter opposita
et opposita inter que est permutatio sunt contraria et contradictoria
ut ostensum est, cum contradictionis nullum sit medium, manifestum
est quod inter sola contraria oportet esse medium, cum medium sit inter
extrema motus ut ex diffinitione superius posita patet.
Sed inducit quia enim dixerat quod consequens est inter que non est
medium generis sui ut ostenderet inter que potest esse medium.
Deinde ostendit quid sit continuum. Dicit continuum
addit ad se habitum et dicit quod continuum est cum
utriusque eorum que se tangunt et ... sit unus
et idem terminus sicut partes linee continuantur ad pun-
ctum. Deinde cum dicit quare palam etc. Inducit tria
corelaria ex premissis quorum primum est quod continuum est in
illis ex quibus natum est fieri unum secundum contactum. Et id
est quia continuum requirit ydemptitatem terminorum. Secundum corelarium
est quod inter ista tria consequens contactum et continuum prius et
communius est consequens. Non enim esse quod est consequens tangit sed esse quod tangit
est consequens. Oportet enim contacta secundum positionem esse ordinata et nullum
eorum esse medium. Et omne quod tangitur est prius et consequens quia
si est continuum necesse est quod tangatur. Quod enim est unum
necesse est esse simul. Non forte intelligatur nisi quod est esse simul
planius ... non continuum non est contactum. Sed eo
modo quo quod est unum est simul. Necesse est omne continuum
esse tangens. Sed non sequitur si tangatur quod sit continuum
sicut non sequitur quod si aliqua sunt simul quod sint unum.
Sed in quibus non est tactus non est connascencia id est naturalis
continuatio que proprie continuorum est. Tertium corelarium
est quod punctus et unitas non sunt idem ut Platonici
posuerunt dicentes quod punctus est unitas habens positionem.
Quod non sit idem patet ex duobus. Primo quidem
quod secundum puncta est contactus, non autem secundum unitates
sed consequentia ad invicem. Secundo quia inter duo
puncta semper est aliquod medium ut probatur in vi physicorum,
sed inter duas unitates non est necesse aliquod esse medium.

De substantia quidem theorica etc. Postquam lib xii
philosophus in precedenti libro recollegit que
ante dicta erant tam in hoc libro quam in
libro physicorum de ente imperfecto. In hoc libro intendit
colligere ea que dicta sunt de ente simpliciter id est de
substantia tam in hoc libro quam in aliis. Postquam etiam ... physicorum
et addere id quod deest ad complendam considerationem de
substantia et dividitur in partes duas. In prima ostendit quod ad istam scientiam
pertinet considerare precipue de substantia. In secunda de substantia
determinat ibi. Substantie vero tres. Circa primum duo facit.
Primo proponit quod intendit dicens quod in hac scientia

est theorica, id est consideratio presens de substantia. Nam cum ista scientia sit potissima et quasi sapientia dicatur, prima principia entium inquirat; necesse est quod tractet scientia ista quantum principaliter prima principia et causas substantiarum. Nam ista substantia prima est prima entium. Quod autem dixerat principia et causas in substantia inventum est probat ibi: Et enim si ut totum. Probat propositum tribus modis. Primo quia substantia est prior aliis entibus. Unde scientia prima de primo ente debet principaliter determinare. Quod autem substantia sit prima inter omnia entia manifestatur pluries in rebus sensibilibus, in quibus invenitur ordo inter aliqua duplex. Uno modo secundum quod partes alicuius totius habent ordinem ad invicem, sicut in animali pars prima est cor, et in domo fundamentum. Alio modo secundum quod aliqua consequenter se habentia ex quibus non fit unum nisi continuatione vel contactu, sicut in exercitu dicitur prima acies et secunda acies. Sicut ergo in aliquo toto est aliqua pars prima, sic etiam in his que consequenter se habent ad invicem. Ita substantia prima inter omnia alia entia, et hoc est quod dicit quod si omne, id est universitas entium, sit quoddam totum, substantia est prima pars sicut fundamentum in domo; et si entia se habent sicut ea que sunt consequenter, ita et substantia erit prima, et deinde quantitas et qualitas et alia genera. Averroys autem non attendit hanc sententiam. Dicit quod considerauit non posse eadem inherentia, quia omnia alia genera entium esse sicut partes unius totius continui. Dividit a Platone hec in aliam expositionem: dicit philosophus duo accidit incidisse duplicem similitudinem quam consueverunt opinari in entibus, scilicet vel quod habeant se sicut ea que sunt unum et unum genus, quod esset si ens esset genus generum eorum, vel aliorum contactum habent ad ea. Et hoc intellexit cum dicit: Si ut totum quoddam est. Vel quod habeant se ad invicem sicut que nullo modo coniunguntur, et hoc intellexit cum dixit: Et si eo quod consequenter et cetera. ... id est. Quod substantia sit prior aliis entibus secundo modo probat ibi: Similiter nec entia. Dicit quod quantitates et qualitates et huiusmodi non sunt simpliciter entia, ut ita dicam. Nam ens dicitur quod ... habet; hoc autem est solum substantia, que subsistit. Accidentia autem dicuntur entia non quia sunt, sed magis quia ipsis aliquid est, sicut albedo dicitur esse quia eius subiectum est album. Et ideo dicit quod non dicuntur simpliciter entia, sed entis, sicut qualitas et motus. Patet etiam quod si accidentia dicuntur entia cum non sint simpliciter, quod et privationes et negationes dicuntur quodammodo entia, sicut non album et non rectum. Dicimus enim quod non album est, non quia non album esse habeat, sed quia subiectum aliquod est albedine privatum. Sic ergo esse est

accidentia et privationes quod de ratione dicitur esse ratione substantie, sed tamen differunt quia subiectum secundum accidentia habet esse aliquale, secundum vero privationes non habet esse aliquale sed est deficiens ab esse. Sic ergo accidentia cum non sint simpliciter entia sed solum substantie, scientia que considerat ens inquantum est ens non considerat principaliter accidentia sed substantiam. Tertio modo probat idem ibi: Amplius nulla aliorum, quod scilicet alia entia non possunt separari a substantia. Accidentia enim non possunt esse nisi in substantia, et ideo in consideratione substantie includitur consideratio accidentium. Quarto modo probat idem ibi: Testantur autem et cetera. Dicit quod et philosophi antiqui ipso facto testantur quod philosophi consideratio est de substantia. Non enim querebant principia et elementa et causas substantiarum, sed diversimode. Nam moderni, scilicet Platonici, dicunt universalia esse magis substantiam quam particularia. Dicunt enim genera que sunt universalia esse magis principia et causas substantiarum quam particularia, et hoc ideo quia logice inquirebant de rebus universalia, id est que secundum rationem sunt abstracta, ponebant et inter naturam abstracta fore et principia particularium. Sed antiqui philosophi ut Democritus et Empedocles et huiusmodi posuerunt substantias et principia rerum esse particularia, ut ignem et terram. Non autem hoc commune quod est corpus, ut ...

Substantie vero tres sunt et cetera. Postquam ostendit quod consideratio philosophi principaliter est de substantia, hic incipit de substantiis determinare; et circa hoc duo. Primo dividit substantiam. Secundo de partibus divisionis determinat ibi: Sensibilis vero substantia. Dicit ergo primo quod tres sunt substantie. Una quidem est substantia sensibilis, que in duo genera dividitur. Nam substantiarum sensibilium quedam sunt sempiterne, scilicet corpora celestia, quedam vero sunt corruptibiles. Alia vero sensibilis corruptibilis est nota omnibus, sicut sunt plante et alia. Sed alia substantia sensibilis, scilicet sempiterna, est cuius principia querere oportet ... utrum scilicet sit unum eorum principium vel multa. Hoc enim inquiritur considerando de substantiis separatis que sunt principia ut moventia et fines corporum celestium, ut inferius patebit. Ponit autem hoc tangens etiam loco principiorum. Nam etiam ... non est nisi causa extrinseca. Tertium vero genus substantie est substantia immobilis, que non est sensibilis et non est omnibus manifesta, sed quidam posuerunt eam esse separabilem, circa quorum opinionem diversificantur. Quidam enim dividunt substantiam separabilem in duo genera, scilicet in species quas vocant ydeas et mathematica. Sic enim inveniuntur secundum eorum duplex modus separationis: unus quo separantur universalia mathematica a sensibilibus; alius quo separantur universalia a particularibus. Ita et secundum hoc ponebant et universalia esse separata, que dicebantur species et mathematica. Sed quidam hec duo, scilicet species et mathematica, in unam naturam reducebant; utraque enim dicebant esse ... Alii scilicet pitagorici non ponebant species sed solum mathematica. Sunt autem.

hec tamen questio istarum hic differt quod iste sensibiles sunt
corruptibiles. sed iste perpetue pertinent ad consideracionem ulterioris
philosophie que determinat de ente mobili. hic autem iste
sensibiles sunt in motu sed non separabiles et in mobilibus
pertinent ad consideracionem alterius sciencie. et non eiusdem. sed
cum nullum principium sit commune utrisque substanciis. quia si aliquo
convenirent pertinebunt utreque iste consideracioni ad
unam scienciam que id commune considerat et ideo hic naturalis
sciencia considerat solum de substanciis sensibilibus mobilibus. et in mo-
tu. tamen de hiis quam de substanciis immobilibus considerat
hec sciencia magis convenit nobis quod est essencia et esse.
Deinde cum dicit. Sensibilis vero substancia etc. determinat
de principiis substancie. et primo de ista sensibili. secundo de
substanciis immobilibus. ibi. Quoniam autem tres erant. Prima dividitur in partes duas.
In prima inquirit principia istius sensibilis. In secunda inquirit utrum
sint eadem principia istius et aliorum generum. ibi. Causas vero
et principia. Prima in duas facit. primo inquirit de materia.
secundo de forma. ibi. Et vero etiam causas et tamen principia. Prima
in duas facit. primo determinat veritatem de materia. secundo
solvit dubitacionem. ibi. Dubitabit autem aliquis ex quo
Prima in tres facit. primo probat materiam sensibilem esse. secundo ostendit qua-
lis sit. ibi. Si utique transmutaciones.

Dico quod divisit determinandum in divisis substancias
sensibiles. ibi. omnia vero materiam habent. Ostendit ergo primo quod
ista sensibilis est mutabilis. ut dictum est. omnis autem
mutacio est ex oppositis aut ex mediis ut ergo
ostensum est supra. et est mutacio ex quibusdam
oppositis. fit enim album ex non albo non quod ex
quolibet non albo. sicut vox est non album. et
corpus non fit album ex voce sed ex non
albo quod est nigrum vel medium. et ideo dicit quod
mutacio fit ex contrario quod est contrarium vel est in
sciencia de ista mutacio fit mutacio cum tamen ista
non sit ad contrarium. quia nulla est privacio quoddam
modo corrumpitur inter contraria ut in x ostensum
est quia ergo omnis mutacio de contrario in contrarium necesse
est subesse aliquid subiectum quod possit mutari
de contrario in contrarium. et hic probat dicens primo quando
quia unum contrariorum non transmutatur in alterum.
Non enim ipsa nigredo fit in qua albedo. unde
si debeat fieri transmutacio de nigro in album.
sed oportet aliquod esse preter nigredinem quod fiat album.
alio modo probat idem ex hoc quod in qualibet transmu-
tacione invenitur aliquid manens sicut dicitur
in mutacione que est de nigro in album corpus
manet aliquid hoc. i. contrarium. ut privata nigredo non
manet. unde materia est quod manet et aliquid tercium preter contraria

Deinde cum dicit. Si itaque transmutaciones
ostendit autem quoddam ens sit materia. et dicit quod
transmutaciones sunt [illegible] generacio. quantitas. et corrupcio

simpliciter. sed secundum augmentum et diminucionem secundum quantitatem.
alteracio secundum passionem que est tercia species qualitatis. lacio
vel loci mutacio secundum ubi. Et manifestum est quod omnes iste transmu-
taciones erunt secundum contrarietates. secundum quod sunt unius-
cuiusque horum generum. ut puta alteracio in contrarietatem qualitatis
et sic de aliis. cetera cum in equali transmutacione
sit quoddam tantum preter contraria. quod dicitur materia. necesse est quod
id quod transmutatur tantum secundum transmutacionem sit mate-
ria que quidem est de se sit in potencia ad utrumque contrarium. ali-
ter enim non esset susceptiva utriusque nec posset de uno in
aliud transmutari. sic igitur corpus quod transmutatur de albe-
dine in nigredinem. in quantum est corpus est potencia ad utrumque
ita materia in generacione substancie que est secundum generacionem et corrupcionem
quantum est de se est in potencia ad formam et privacionem non formam
et privacionem quantum est de se actu habens. Secundo ibi. Quoniam autem
duplex ens. sed veritatem declaratam de materia solvit
dubitacionem antiquorum naturalium qui removebant ge-
neracionem propter hoc quod non credebant quod posset aliquid fieri ex non
ente quia ex nichilo nichil fit nec etiam ex ente quia sic esset
antequam fieret. hanc ergo dubitacionem solvit ostenden-
do qualiter aliquid fit ex ente et ex non ente. dicens quod du-
plex est ens. scilicet ens actu et ens potencia. omne igitur quod
transmutatur. transmutatur ex potencia ente in actu ens
sicut quando quod alteratur ex albo et in potencia in actu album et simili-
ter est in motu augmenti et decrementi quod transmutatur aliquid
de potencia magno in actu magnum vel parvum. unde et in
generacione substancie fiunt omnia ex non ente et ente ex non
ente quidem secundum accidens in quantum fit aliquid ex materia substrata
privacioni secundum quam dicitur non ens sed per se fit aliquid ex ente non
in actu. sed in potencia. scilicet ex materia que est ens in potencia. sicut ut
ostensum est. Sciendum est autem quod predicte posicioni antiquo-
rum naturalium negancium generacionem et dicencium quod generacio
non est aliud quam alteracio. voluerunt obviare quidam
posteriores dicentes generacionem esse per segregacionem ab ali-
quo mixto et confuso. ostendit ergo tercio philosophus. cum dicit
et hoc est anaxagore. quasi omnes sic dicentes. aliquid tale predicte
posicioni dicere voluerunt sed non attigerunt. dicit ergo quod hoc
scilicet materia que est ens in potencia ad omnia est illud unum quod anaxagoras po-
suit. dicebat enim quod omne quod generatur ex aliquo est in
eo ex quo generatur et sic a principio omnia erant
mixta in quodam uno nesciens distinguere inter
potenciam et actum. sed dignius est ponere materiam in qua
sunt omnia in potencia quam ponere omnia sic in actu ut
videtur ex verbis anaxagore et hoc est quod empedocles dixit quod
a principio omnia erant mixta et confusa per amiciciam
et postea ea segregavit et similiter anaximander di-
xit quod in uno confuso preexistebant omnia contraria et de-
mocritus etiam dixit quod omnia que sunt prius erant
quidem potencia sed non actu. unde manifestum est quod omnes
isti philosophi tetigerunt quodammodo materiam sed non

augmenti

parte ad eam pervenirent. Deinde cum dicit omnia
non materiam habent. ostendit quod non eodem modo materia est in omnibus.
Dicit quod quecumque transmutantur omnia
quod habeant materiam sed aliam et aliam. Ea enim que transmu
tantur secundum substantiam scilicet que generantur et corrumpuntur
habent materiam que est subiectum generationis et corruptionis
que scilicet de se est in potentia ad formas et privationes.
Sed corpora celestia que sunt sempiterna et in
generabilia sed mobilia secundum locum habent materiam sed non
que sit subiectum generationis aut que sit in potentia ad formam
et privationem sed que est in potentia ad terminos motus lo
calis, unde scilicet incipit motus et quo motus
tendit. Deinde cum dicit dubitabit autem
aliquis etc. solvit quandam dubitationem antiquorum philosopho
rum. Dicens quod aliquis posset dubitare cum generatio
sit transmutatio de non ente in ens ex
quali non ente fit generatio. Dicitur enim non ens
tripliciter. Uno modo quod nullo modo est et ex tali non
ente non fit generatio quia ex nichilo nichil fit secundum
naturam. Alio modo dicitur non ens ipsa privatio que
consideratur in aliquo subiecto et ex tali non ente
fit aliquid generatio sed per accidens scilicet inquantum generatio fit
ex subiecto cui accidit privatio. Tertio modo dicitur non ens
ipsa materia que quantum est de se non est ens actu sed ens
potentia et ex tali non ente fit fit generatio per se et hoc
est quod dicit quod si aliquid non ens est ens in
potentia et ex tali scilicet non ente fit generatio. quamvis
autem generatio fiat ex non ente quod est ens in potentia
Non tamen fit ex quibuscumque quia diversa fiunt
ex diversis materiis unumquodque enim generabilium
habet materiam determinatam. Et quia fit aliqua formam
oportet esse propriam naturam materie. Licet enim materia prima sit in potentia
ad omnes formas tamen quodam ordine suscipit
eas. Per prius enim est in potentia ad formas elementa
res et eis mediantibus per diversas proportiones commix
tionum est in potentia ad diversas formas. Unde non
potest esse ex quolibet secundum immediate ex quibus forte
procederet. Imponit materiam et hoc est contra Anaxagoram qui
posuit quod quodlibet fit ex quolibet. Nec ad hoc
ostendendum sufficit quod posuerunt omnia simul
esse. Apposuit oportet enim quod res distantes materia
per quod diverse differunt intellectus quoniam enim essent
secundum infinita et non unum tamen si una esset
materia omnium. Per potentiam Anaxagoras posuit enim Anaxagoras esse
unum agens scilicet intellectum. Unde et si materia esset
una, necesse est et quod factum sit unum scilicet id ad
quod materia erat in potentia. Ubi enim est unum agens
et una materia necesse est esse unum factum. Ut in IX°
habitum est. Hic autem non procedit contra Anaxagoram. Magis ponebat
intellectum indigere materia ad faciendum

res sic ponatur primum vero per prius intellectus qui
ipsam materiam poneret primum principium. Difficultatis
vero erit ex ordine attributo ad intellectum per
deum. quia est quod res diversas ponere inveniendum
intelligitur materias diversas aptas diversis.
Tres vero sunt cause et tria principia etc. Iterum
Postquam philosophus determinavit de materia, hic
determinat de forma per comparationem
ad ipsam compositum. Unde. Hec autem sunt etc. et
primum circa facit primo ostendit formam esse principium di
cens quod tres cause et tria principia sunt immutabilis.
Duo enim sunt contraria quorum unum est species idest forma
et aliud est privatio quod quodammodo est contrarium. Tertium
autem est materia. Iam enim ostensum est quod cum omnis trans
mutatio oportet esse subiectum et duo contraria. Unde ne
cesse est quod in generatione hec tria requirantur. Secundo
ibi. Deinde quod nec fit materia. ostendit quod forma non
generatur sicut nec materia dicens quod nec materia nec
species fit idest generatur. Sed hoc intelligi oportet de ultima
materia et de ultima forma. Nam materia aliquando
generatur scilicet que est subiectum alterationis est enim ipsa contraria.
Quod autem nec forma ultima nec materia ultima
generatur sic probat. In omni transmutatione oportet esse
aliquid quod transmutatur quod est materia. Et aliquid
a quo transmutatur quod est primum movens. Et
ad quod transmutatur quod est species et forma. Si
ergo ipsa materia et forma generentur puta si non
solum generetur hoc totum quod est es rotundum
sed et ipsa rotunditas et ipsum es, sequeretur
quod tam forma quam materia habeat materiam
et formam. Et sic ibitur in infinitum in ma
teriis et formis quod est impossibile. Unde necesse est stare
in generatione ut scilicet ultima forma et ultima
materia non generetur. Secundo ibi. Postea quod quecumque
dicit quod res acquirunt formam ex agentibus
similibus dicens quod quecumque substantia fit ex agente
univoco idest sibi secundum formam. Omnia enim hec que
generantur, generantur aut natura aut arte aut fortuna
aut automate idest casu. Sed per se natio differt
autem ars a natura quia ars est principium agendi in
alio. Natura vero est principium actionis et motus
in eo in quo est. Manifestum est autem quod ea
que generantur ab arte fiunt ex similibus.
Edificator enim per formam domus quam habet
in mente facit domum que est in materia et idem apparet
in natura quia homo generat hominem. In quibusdam autem
hoc non videtur. Non enim generantur ex similibus. Sicut
sicut calor in corporibus inferioribus generatur
a sole non calido. Sed hoc non sit similitudo secundum speciem
oportet tamen esse aliquam similitudinem. Sed tamen imperfectam.

quia materia inferior non potest pertingere ad perfectam similitudi-
nem superioris agentis. Et cum ita sit manifestum quod
fiunt ab arte et natura. Manifestum est quod utrique generantur
a suo simili. Aliam relinquit causam scilicet fortunam et casum.
Sunt quidem defectus et privationes naturae et artis. Aliam fortu-
na est intellectus agens praeter intentionem. Unde ea quae fi-
unt a fortuna et casu non assimilantur suis agentibus
tamen fortuna et casus non sunt causae per se sed per accidens. Et ideo
quaedam animalia generata ex putrefactione videntur
fieri casu. Magis non fiunt ex semine sibi simili secundum speciem, sed
in hiis causam determinatam agentem in istis inferioribus
sed solum causam agentem superiorem. Secundo cum dicit
Sunt quidem tres etc. determinat de formae praeexistentia ad substantiam
compositam. Et circa hoc tria facit. Primo dicit substantiam in ma-
teria et formam et compositum dicunt quod substantiae sunt tres.
materia scilicet quae ad id quod materia est substantia et hoc aliquid. Unde primum
naturales solam materiam posuerunt esse substantiam. Et hoc ideo quia vi-
dent quod in artificialibus quae fiunt per contactum et
non per intensionem unionem. Sola materia et substantia videtur esse substantia
aliarum formarum artificialium sunt accidentia. Secunda natura rei videtur
esse substantia et hoc aliquid. Natura autem rei est magis naturalis generatio
scilicet forma quae est quasi habitus. Tertia substantia est illa
quae componitur ex materia et forma. Sicut sunt singula-
ria ut Callias et Socrates. Tertio ibi In quibusdam autem etc. ostendit
quod in aliquibus formis manifestum est quod non
sunt praeter substantiam compositam. Sicut forma domus non est praeter
materiam. Forma enim domus est ars et materia domus
est substantia. Actus quae non est in materia. Sed hoc quod dico non parti-
cipatur forma domus ut ars vel prout est in men-
te artificis. Sic enim est praeter materiam. Sed harum formarum arti-
ficialium prout sunt in mente artificis non est generatio nec
corruptio. Domus enim quae est sine materia et sani-
tas et omnia huiusmodi alio modo incipiunt esse et desinunt
quam per corruptionem et generationem scilicet per disciplinam aut in-
ventionem. Sed si aliquae formae sunt praeter substantiam compositam
tum hoc erit solum in formis naturalibus. Unde non sine ratione
Plato non male dixit quod species scilicet formae separa-
tae quae sunt per naturam. Dico autem quod non simpliciter videtur
sed si sunt species aliae ab his aliquae ad istis sensibilibus quae
sunt ignis caro caput quae sunt in ultima sunt particularis
compositae quae est maxime substantia. Tertio ibi Moventes autem etc.
ostendit quod formae non sunt praeter substantiam compositam et
esse. Hoc duo facit. Primo manifestat propositum assignans
differentiam inter causas formales et causas moventes et dicit quod
causae moventes praeexistunt rebus factis et hoc omnino ne-
cessarium est quia causae moventes sunt principia motus ante
terminantur ad rem factam. Sed causae formales quae sunt causae quod
res sit incipiunt esse cum re cuius sunt formae. Tunc enim in-
cipit esse sanitas quando homo sanatur et tunc incipit esse
figura sphaerae aeneae quando fit sphaera aerea. Unde manifestum

est quod formae non sunt separatae a substantiis compositis quia
si essent separatae oporteret quod essent semper aeternae
cum non sit earum per se generatio. Sed considerat utrum sint
et sit post esse substantiis huiusmodi quarum sunt formae
sed quamvis formae non praeexistant substantiis compositis per-
scrutandum est tamen si aliqua forma remaneat post
corruptam substantiam compositam. In quibusdam enim formis nihil
prohibet quod remaneant post substantiam compositam puta
ita si dicamus animam esse talem non tamen omnis anima sed solum
intellectus. Forsitan enim impossibile est omnem animam esse ta-
lem ut remaneat corrupto corpore quia aliae partes
animae non habent operationem sine organis corporeis
intellectus autem non operatur per organum. Dicit autem forsitan
quia non erat praesentis intentionis hoc determinare
sed hoc pertinet ad scientiam de anima et licet aliae partes
animae ab intellectu non remaneant post substantiam com-
positam ita tamen nec aliae formae rerum corruptibilium
considerandum autem habere similitudinem esse quod de anima intellectiva
quia non fuit anima corporis ut Plato posuit sed tamen de-
struitur destructo corpore ut antiqui naturales posuerunt
non distinguentes intellectum et sensum. Non enim excepit
animam intellectivam a generalitate aliarum formarum. Quantum
ad hoc quod formae non praeexistunt substantiis compositis
sed solum excepit ad hoc quod non remanent substantia composita.
Ex quo etiam patet quod non potest hoc deputari sicut quidam
deputare conantur dicentes intellectum possibilem et
agentem tamen non esse incorruptibile. Tamen quod posuit
intellectum quem dixit esse incorruptibilem. Sed sic intellectus possibi-
lis agens esse quaedam substantia separata et sic non est forma
tamen et quia si sit forma sic remanet corrupto corpore. Ita
et praeexistit corpori. Et quantum ad hoc non esset differentia inter
ponentes intellectum separatum esse formam hominis et po-
nentes species separatas esse formas rerum sensibilium. Quia autem
hic concludere intendit. Secundo ibi Palam igitur
excludit rationem per quam ponebant ydeas separatas
ad hoc enim dicebant Platonici esse necessarium ponere ydeas
ut ab eis participarent sensibilia ad eorum similitudinem formarentur
sed hoc non est necessarium quia in istis inferioribus inveniuntur
causae sufficientes formationi omnium eorum quae fi-
unt. Aliam agunt naturaliter agentia. Homo enim talis homo
generat hominem. Non quidem singularem universalis. Unde non est
necessarium ponere hominem universalem separatum a quo hic
singularis formam speciei accipiat. Et similiter
etiam manifestum est in hiis quae fiunt ab arte quia
ars medicinae est quaedam ratio et similitudo in anima ut
supra ostensum est

Causae autem et principia alia aliorum.
Postquam philosophus determinavit de principiis
substantiae sensibilis hic intendit inquirere utrum sint
eadem principia substantiarum et aliorum generum an alia et alia.

manifestum est quod singulariter sunt eadem assignatis principiis scilicet assignata sunt principia omnium aliorum generum. Et circa hoc tria facit. Primo proponit veritatem. Secundo subiungit inquisitionem de veritate proposita ibi: Dubitabit autem aliquis. Tertio recapitulando recolligit veritatem inventam ibi: Quare. Dicit ergo primo quod quodammodo sunt alia aliorum et principia et cause. Et quodammodo sunt eadem omnium universaliter et secundum proportionem. Deinde cum dicit Dubitabit autem inquirendo discutit veritatem premissam. Et circa hoc tria facit. Primo movet dubitationem. Secundo obicit ad partem unam ibi: Ingeniet si eadem. Tertio determinat veritatem ibi: Aut ut dictum est. Dicit ergo primo quod dubium est utrum substantiarum et eorum que sunt ad aliquid et similiter aliorum predicamentorum sint eadem principia aut alia et alia. Et ponit specialiter ad aliquid quia ea que sunt ad aliquid videntur maxime remota a substantia esse quam alia genera ex eo quod sunt debilioris esse. Unde et etiam inherent mediantibus aliis generibus sicut equale et inequale duplum et dimidium mediante quantitate, movens autem et motum et pater et filius, dominus et servus mediante actione et passione. Et hoc ideo quia ista est [illegible]. Quantitas autem et qualitas sunt entia magis. Relativa non sunt solum magis sed ad aliquid. Deinde cum dicit Sed inquiret si eadem, obicit ad propositam questionem et ponit duas rationes ad ostendendum quod non sunt eadem principia substantie et aliorum generum. Quarum prima est: si eadem principia substantie et aliorum generum, aut oportet quod illa principia eadem sint preter substantiam et alia genera, aut oportet quod sint in genere substantie vel in aliquo genere. Sed non potest dici quod sint extra substantiam et alia predicamenta, quia oportet quod essent priora tam substantia quam aliis predicamentis. Principium enim est prius hiis que sunt a principio. Tamen ergo id quod est prius invenitur esse commune, sicut animal est prius homine. Esset ergo si aliquid est prius substantia et aliis generibus quod aliquid sit commune substantie et aliis generibus et predicabile. Secundum opinionem platonicorum qui posuerunt unum esse principium et unum et ens, que communissima esse principia omnium. Unde et predicta quod principia communissima omnium generum sunt in genere substantie. Aut in genere ad aliquid vel in aliquo alio genere. Item principia sunt homogenea hiis que sunt ab eis. Non videtur autem possibile quod idem sit principium eorum que sunt ad aliquid cum [illegible]. Non ergo eadem sunt principia substantie et aliorum generum. Secundam rationem ponit ibi: Amplius quomodo ergo que talia est. Nullum elementum est idem cum eo quod ex elemento est compositum, quia non est idem cum elementum sit simplex, sicut huius sillabe ba elementum est hec littera b cum a. Et quia videbatur hic esse instantia in principiis a Platone positis, que sunt unum et ens, eo quod unumquodque principiatorum et est unum et ens, ideo consequenter hoc excludit dicens quod nec est intellectualium elementorum que sunt unum et ens possibile est aliquid esse idem cum hiis que sunt ex elementis. Vocat autem ea intellectualia quia unum intellectu percipiuntur, et quia Plato ponebat ea separata a sensibilibus. Et quod hec elementa sint alia ab eis quorum sunt elementa probat quia hec elementa scilicet unum et ens insunt singulis compositorum ex eis. Nullum autem compositorum ex eis inest aliis. Unum ergo et ens elementa distinguuntur ab hiis que sunt composita ab eis. Sic ergo unum est quod elementa non sunt idem hiis que sunt ex elementis. Si ergo eadem sunt elementa substantiarum et aliorum generum, consequens est quod nullum eorum sit in genere substantie neque in aliis generibus. Sed hoc est impossibile quia necesse est omne quod est esse in aliquo genere. Non ergo possibile quod sint eadem principia omnium. Deinde cum dicit Aut ut dictum est, solvit propositam dubitationem. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod eadem sunt principia omnium proportionaliter. Secundo quod ea sunt universaliter ibi: Amplius autem modo et cetera. Hec non duo [illegible] proportionat. Dicit quod principia sunt eadem omnium universaliter et secundum proportionem. Prima dividitur in partes duas secundum quod duos modos assignat quibus proportionaliter sunt eadem principia omnium. Secundum incipit ibi: Amplius autem alio modo. Circa primum duo facit. Primo ostendit quomodo proportionaliter sunt eadem. Secundo quod similiter sunt eadem omnium principia ibi: Amplius preter hec. Circa primum duo facit. Primo ostendit quod sunt proportionaliter eadem principia omnium quantum ad causas intrinsecas. Secundo quantum ad causas intrinsecas et extrinsecas simul ibi: Sed quoniam non solum que. Dicit ergo primo quod quodammodo est verum dicere omnium eadem principia et quodammodo non. Et hoc ostendit. Sicut si ponamus quod sensibilium corporum sint principia tamquam species et forma calidum et tamquam privatio frigidum, et tamquam materia sensibilium corporum sit id quod est per se [illegible] ad hec duo scilicet materia. Secundum se est subiecta est principium susceptivum forme et privationis. Dicit autem forsan quia calidum non est forma totaliter corporum sensibilium nec frigidum est privatio, sed ambo sunt qualitates active. Tamen eis tamquam forma et privatione utitur ad maiorem manifestationem. Unde et [illegible] principia sunt substantie non sicut species inveniuntur sed sicut principia et tamen illa que sunt ex hiis quorum hec sunt principia scilicet ignis et aqua. Ac si intelligamus quod ignis componatur ex calido sicut forma et materia, et aqua frigido sicut ex privatione et materia. Aut et si aliquid unum fit ex calido et frigido coniunctis, eorum sunt predicta principia scilicet calidum et frigidum et materia eorum, quia necesse est id quod fit ex calido et frigido esse aliquid diversum ab illis scilicet calido et frigido et a primis corporibus quorum ymaginamur hec esse formas. Sic ergo horum scilicet simplicium corporum et compositorum ex eis sunt eadem principia et elementa. Sed aliorum sunt alia proxima principia. Non autem omnium sunt eadem nisi proportionaliter. Sicut si dicatur quod sicut predicta tria scilicet calidum et frigidum et materia eorum

se habent in ratione corporis simpliciter ut forma et privatio et materia. Item in quolibet genere aliqua sunt quae se habent ut forma et privatio et materia. Sed ista diversa inveniuntur in diversis generibus. Sicut in genere coloris album est sicut species, nigrum sicut privatio, et superficies sicut materia. Et in genere distinctionis temporum lumen est sicut species, tenebrae sicut privatio, aer sicut materia et subiectum, ex quibus tribus principiis constituuntur dies et nox. Deinde cum dicit sed quoniam non solum ostendit idem in causis extrinsecis; et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod computando causas intrinsecas et extrinsecas sunt tria principia proportionaliter omnium. Secundo quomodo reducuntur ad tria, ibi, quoniam vero movens. Dicit ergo primo quod non solum sunt causae ea quae dicta sunt intrinseca rei, sed etiam ea quae sunt extra rem, sicut movens. Manifestum est ergo quod principium et elementum differunt. Nam principium proprie dicitur quod est extra, sicut movens, nam ab eo quod est principium motus. Elementum autem proprie dicuntur causae intrinsecae ex quibus constituitur res. Sed ambo dicuntur causae, scilicet tam principia extrinseca quam intrinseca. Et principium etiam quandoque dicitur in eo, scilicet in causis intrinsecis et extrinsecis. Sunt enim quaedam principia intrinseca, ut in primo ostensum est, sicut fundamentum est principium domus secundum materiam et altera hominis secundum formam. Sed id quod est movens aut quiescens, id est causa faciens, est principium quoddam, sed non est elementum, quia elementum est ex quo fit aliquid et est in eo ut in subiecto. Ultimum ergo manifestum est quod secundum analogiam, id est proportionem, tria sunt elementa omnium, scilicet materia et forma et privatio. Dicit autem privationem esse elementum non per se sed per accidens, quia scilicet materia cum accidit est elementum. Materia enim sub una forma existens habet in se privationem alterius formae. Sed causae et principia sunt quattuor, ut addamus extrinsecum causam moventem. Non facit autem mentionem de causa finali, quia finis non est principium nisi secundum quod est in intentione moventis. Sic ergo causae et principia omnium secundum analogiam sunt quattuor, scilicet materia et forma et privatio et principium movens. Non tamen sunt eadem in omnibus, sed alia in aliis. Sicut enim dictum est quod species et materia et privatio sunt alia in aliis, ita et prima causa quae movens est alia in aliis. Et hoc manifestat per exempla: sicut in sanatione sanitas est sicut forma, infirmitas sicut privatio, corpus sicut materia, movens autem ars medicinalis. In aedificatione autem species domus est sicut forma, inordinatio talis, id est opposita ordini quem requirit domus, est privatio, lateres sunt sicut materia, movens autem est ars aedificativa. Et sic in ista tria dividitur principium.

Deinde cum dicit quoniam vero movens, reducit praedicta quattuor ad tria, eo quod moventia et forma reducuntur in idem specie tam in artificialibus quam in naturalibus. Dicit ergo quod movens quod in naturalibus est homo, in causantibus habet formam, et in his quae fiunt a mente sive ab intellectu movens est species concepta ab intellectu, aut etiam contrarium speciei per eius remotionem speciei moventem. Manifestum est quod quodammodo tres erunt causae, inquantum movens et forma sunt idem specie; quodam vero modo erunt quattuor, inquantum scilicet differunt. Nam sanitas quodammodo est ipsa ars medicinalis, et forma domus aliqualiter est ipsa ars aedificatoria, inquantum scilicet ars est similitudo quaedam et ratio formae quae est in materia. Et similiter in rebus naturalibus ingenerantur invenimus similitudinem formae generati: homo enim generat hominem. Deinde cum dicit amplius autem praeter, ostendit quod haec principia non sunt eadem omnibus secundum rem, sed solum secundum proportionem. Primo ergo ostendit principia esse simpliciter eadem omnium, et hoc ostendit quantum ad prima quaedam quantum ad hoc quod causae aliquae moventes sunt causae per se, quod movens est quod facit esse formam vel privationem in materia. Invenitur autem in moventibus devenire ad aliquod unum principium movens, ut ostensum est in octavo physicorum. Illud ergo primum movens unum et idem est principium omnium. Secundo ibi quoniam autem haec sunt, ostendit idem secundum aliud. Entium enim quaedam sunt separabilia, scilicet substantiae, alia sunt inseparabilia, scilicet accidentia et passiones et motus, et huiusmodi accidentia non possunt esse sine substantiis. Unde manifestum est quod principia primo inveniuntur substantiae, et causae omnium aliorum generum non solum quantum ad primam causam moventem, sed etiam quantum ad causas intrinsecas. Nam materia et forma substantiae sunt causae accidentium. Tertio ibi deinde erunt, ostendit quod etiam invenitur in substantiis devenire ad aliqua prima. Alia enim prima principia inveniuntur substantiarum, vel sunt viventes animae secundum opinionem ponentium caelestia corpora animata; et sic prima principia inveniuntur substantiae, ut materia et forma erunt anima et corpus, vel intellectus et desiderium. Nam anima corporis caelestis, si sit animatum, non habet alias partes animae nisi intellectum et appetitum. Aliae enim praeter ordinantur ad generationem corporum generabilium et corruptibilium. Intellectus autem et desiderium habent rationem causae moventis. Deinde cum dicit amplius autem alio, ponit alium modum secundum quod sunt eadem principia omnium proportionaliter. Et dicit quod alio modo sunt eadem principia omnium proportionaliter, ita quod dicamus quod potentia et actus sunt principia omnium. Sed in his est differentia quantum ad duo: uno quidem modo quia alia potentia et alius actus sunt principia in diversis rebus; alio modo quia aliter inveniuntur potentia et actus in quibusdam et aliter in aliis. Hoc enim primo manifestat dicens quod in quibusdam idem quandoque est in actu et quandoque in potentia, ut patet in mobilibus generabilibus et corruptibilibus

corpus

et mobilibus et contingentibus sic vinum et caro
et homo quando est in actu et quando in potentia. Quedam vero
semper sunt in actu sicut substantie sempiterne et quod dixit
ac huiusmodi quo proportionaliter sunt principia eadem omnium
esse. alium modum aspiciendo quomodo omnia redu
cuntur in idem et hoc est quod dicit quod hec .s. actus
et potentia cadunt in predicamentis talis que sunt forma,
privatio, materia, movens. Etenim forma est
actus si sit separabilis a composito ut plures
posuerunt et est sic ad compositum ex ambobus .s.
ex materia et forma et similiter privatio est quodammodo
actus ut tenebre aut laborans .i. infirmus
materia vero est in potentia quia ipsa est que potest fieri illam
ambo .s. et forma et privatione. Sed quia modo
est quod actus et potentia incidunt in idem cum
materia et forma et privatione et quia actus et potentia
modo alio dicuntur quia non aliter est
in omnibus sed aliter et aliter et quia dixerat quod non
solum aliter est potentia et actus in diversis sed et
est alia in aliis secundum quod exponit cum dicit
aliter autem actu. dicit quod alio modo potentia et
actus differunt in individuis quorum non est
eadem materia que est potentia et quorum non est eadem
species que est actus sed diversa sicut hominis
causa ut materia sunt elementa .s. ignis et terra et huiusmodi
causa ut forma species propria .s. anima et causa movens est
aliquid extrinsecum. sicut pater et causa movens propinqua
et causa remota sol et obliquus circulus et zodiacus
in quo movetur sol et alii planete qui suo mo
tu causant generationem et corruptionem in inferioribus. In
ferioribus huiusmodi autem cause extrinsece nec sunt materia nec
forme nec privatio nec ad conformitatem eius. autem cum
sint species ut possit dici quod reducuntur ad has
causas sicut actus et potentia. Sed sunt in alio genere causarum
quia sunt moventia et ipsa etiam reducuntur in
actum. alia vero ab homine habent aliam materiam
propriam et aliam formam propriam. et ad agendum propinquum
secundum cum dicit amplius autem videre. quia iam ostensum
est quod sunt eadem principia omnium proportionaliter ut considerare
quomodo sunt omnium eadem vel. utrumque .n. considerandum
sunt. dicit ergo quod oportet videre quod principia ali
qua dicuntur universalia et aliqua non universalia. et principia
maxime universalia sunt actus potentia. Istum autem hec
dividunt esse magis universalia. hoc autem dicit principia
universalia que universaliter dicuntur et intelliguntur non tamen
quod ipsa universalia substantiva principia sunt. ut
plures posuerunt quia singularium non potest esse
aliquod principium nisi singulare. universale .n. principium est
eius universaliter accepti. ut homo hominis. Sed
cum non sit aliquis homo universalis non erit aliquod

principium universale hominum universaliter. Sed Peleus singulare
huius singularis sicut Peleus Achillis et pater tuus
tui. et hoc .b. huius .ba. sed .b. universaliter acceptum
est principium eius quod est .ba. universaliter accepti. Dicit ergo
quod universaliter sumpta sunt eadem omnium. Deinde alio modo
principia substantiarum sunt universaliter omnium magis quam actu causantur ex
substantiis. sicut actus et potentia sunt universaliter principia
omnium quia consequuntur ens commune. vel quia quod
est quod destruendo destruuntur principiata destrue
destruuntur principiorum eorum .n. que non sunt
in eodem genere. puta colorum sonorum substantiarum et
quantitatum sunt alie cause et causa ut dictum est.
preter quam proportionaliter sunt eadem omnium. Eorum autem
que sunt in eadem specie sunt diversa principia non numero sunt diversa
secundum principia non specie sed in individuo sicut alia est materia tua et forma
et movens et alia mea. Et secundum universalem rationem sunt
eadem. Nam anima et corpus sunt materia et forma
hominis. Ex quo hominis est anima et hoc corpus. Deinde cum
dicit. querere vero que principia recapitulat ea que dicta
sunt in hoc capitulo. dicit ergo quod querere utrum
eadem sint principia substantiarum et relationum et qualitatum
et aliorum generum. Et dicendum est quod dictum est quod multipliciter dicitur
quod diversorum non sunt eadem principia sed diversa nisi communiter
omnium .n. quodammodo sunt eadem principia cum proportio
ne. sicut dicitur quod in quolibet genere inve
niuntur aliqua que se habent ut materia et forma et
privatio et movens cum eo quod esse substantiarum est causa
omnium. quia destructis eis alia destruuntur. Et cum
quod principia sunt ea et endelichia .i. actus et potentia
similiter ergo tribus modis sunt eadem principia omnium.
Alio autem modo sunt diversa principia. quia contraria que
sunt principia rerum et species et materia non univoce dicuntur quia
non sunt genera. Sed et dicuntur multipliciter quasi equivoca et
ideo non possumus dicere quod sunt eadem communiter. Sed solum
secundum analogiam. Ultimo autem concludit quod dictum est
quod sunt principia sensibilium et quomodo sunt eadem et diversa.

Quoniam autem tres erant substantie etc. Postquam philosophus determinavit
que sunt principia substantie sensibilis. hic incipit
determinare de substantia immobili a materia sep
arata et dividitur in partes duas. In prima determinat de hac
substantia secundum propriam opinionem. In secunda secundum opinionem aliorum
in sequenti libro .i. de sententiis quidem igitur. prima
in duas. In prima ostendit esse aliquam substantiam sempiternam
immobilem eternam. In secunda inquirit conditiones il
lius ibi. Manifestum autem ex dictis. prima in tantum facit. primo ostendit esse aliquam
substantiam separatam. In secunda removet quandam questionem
ex dictis occasionatam ibi. quamvis dubitatio. Tertio
ex solutione questionis mote procedit ad manifestationem
rationis. intentionis principalis intenditur ibi. Quare
non fuit infinito tempore. Circa primum duo facit.

primo ostendit quod necesse est ponere aliquam substantiam sempiternam. Secundo ostendit qualem oporteat esse illam substantiam, ibi: Sed si fuerit motivum etc. Dicit ergo primo quod quia supra dictum est quod tres sunt substantiae, quarum due sunt naturales, quia sunt cum motu, una sempiterna ut celum, alia corruptibilis ut plante et animalia, et praeter has tertia que est immobilis, que non est naturalis, de hac dicendum est nunc, ad cuius considerationem oportet prius ostendere quod necesse est esse aliquam substantiam sempiternam immobilem, quod sic probatur. Substantie sunt prima inter entia ut supra ostensum est; destructis autem primis impossibile est aliorum remanere. Si ergo nulla substantia est sempiterna sed omnes sunt corruptibiles, sequitur quod nihil sit sempiternum, sed omnia sunt corruptibilia, id est non sunt existentia. Sed hoc est impossibile. Ergo necesse est esse aliquam substantiam sempiternam. Quod autem impossibile sit nihil esse sempiternum probat ex hoc quod impossibile est motum fieri aut corrumpi, id est de novo incepisse aut quandoque totaliter destructum esse. Ostensum est enim in viii physicorum quod motus est sempiternus. Similiter et impossibile videtur quod tempus non sit sempiternum, quia si tempus aliquando inciperet aut aliquando deficeret, sequeretur quod prius fuerit non esse tempus quam tempus. Sed hoc non potest esse, ut intelligitur, quia non est possibile esse prius et posterius nisi sit tempus, cum nihil aliud sit tempus quam numerus prioris et posterioris. Et sic sequeretur quod tempus fuerit antequam esse inciperet, et quod sit postquam esse deficerit. Videtur ergo necesse esse quod tempus sit sempiternum. Et si tempus est continuum et sempiternum, necesse est quod motus sit continuus et sempiternus, quia tempus et motus aut sunt idem, ut quidam posuerunt, aut tempus est aliqua passio motus, ut veritas habet. Est enim tempus numerus motus, ut patet in iiii physicorum. Sed tamen non accipiendum de omni motu quod possit esse sempiternus continuus; non enim hoc possibile est nisi de motu locali, et inter motus locales solum de motu circulari, ut probatur in viii physicorum.

Deinde cum dicit Sed si fuerit motivum, ostendit cuiusmodi substantiam necesse est esse sempiternam. Et circa hoc tria facit. Primo quod ad sempiternitatem motus tantum(?) eam necesse est ponere substantiam sempiternam, scilicet moventem vel agentem, dicens quod cum sit necesse, si motus sit sempiternus, quod sit substantia motiva et effectiva sempiterna, videtur quod sit movens et agens in actu semper, quia si esset motiva aut effectiva, id est potens movere et efficere motum, et non agens in actu, sequeretur quod non esset motus in actu. Non enim est necesse si habet potentiam movendi quod moveat in actu, vel etiam id quod habet potentiam agendi non agere, et ita motus non erit sempiternus. Ad hoc igitur quod motus sit sempiternus necesse est ponere aliquam substantiam sempiternam moventem et agentem in actu. Ex quo ulterius concludit contra dicta Platonis: Nihil ergo proderit. Quia opinio Platonis ponentis substantias se-

sempiternas est insufficiens ad sustinendam sempiternitatem motus. Nihil enim ad hoc sustinendum proderit si fingamus aliquas substantias separatas sempiternas nisi in eis sit aliquod principium habens potentiam ad transmutandum, quod non videtur convenire speciebus. Species enim nihil aliud ponebantur quam universalia separata; universalia autem in quantum huiusmodi non movent. Nam omne principium activum vel motivum est aliquid singulare, ut supra dictum est. Sic igitur nec species sunt sufficientes ad sempiternitatem motus servandam, nec alia substantia separata praeter species, sicut quidam posuerunt mathematica separata, quia nec etiam mathematica in quantum huiusmodi sunt principia motus. Et si non sit aliqua substantia sempiterna agens, non erit motus sempiternus, quia motus principium est aliqua substantia agens. Secundo ibi: At vero neque si agat, ostendit ulterius quod oportet ad sempiternitatem motus quod non solum sit aliqua substantia sempiterna movens et agens, sed etiam quod eius substantia sit actus. Dicit ergo quod neque est sufficiens ad sempiternitatem motus si substantia sempiterna agat, si tamen secundum suam substantiam sit in potentia, sicut si ponamus primum principium esse ignem aut aquam secundum positionem antiquorum naturalium. Si enim sit tale movens in eius substantia admixta potentia, contingeret id non esse, quia quod est in potentia contingit non esse, et per consequens contingit quod motus non sit; et sic motus non erit ex necessitate et sempiternus. Relinquitur quod oportet esse aliquod primum principium motus tale cuius substantia non sit in potentia sed sit actus tantum. Tertio ibi: Amplius igitur talem oportet, concludit ulterius quod oportet huiusmodi substantias esse immateriales. Dicit ergo quod amplius ex predictis sequitur quod huiusmodi substantias que sunt principia motus sempiterni oportet esse sine materia. Nam materia est in potentia. Oportet igitur eas esse sempiternas, si aliquid aliud est sempiternum, utpote motus et tempus, et sic sequitur quod sint in actu. Hoc autem ultimo modo concludit per duas rationes quas supra induxit. Ex hoc igitur perceptum(?) manifestum est quod Aristoteles hic firmiter opinatus est et credidit necessarium fore quod motus sit sempiternus et similiter tempus. Aliter enim non fundasset super hoc intentionem suam de inquisitione substantiarum immaterialium. Sed tamen considerandum quod rationes ab eo inducte in viii physicorum, ex quarum suppositione hic procedit, non sunt demonstrationes simpliciter sed probabiles rationes, nisi forte sint demonstrationes contra positiones aliquorum naturalium de inceptione motus quas destruere intendit, et pretermissis aliis rationibus quas hic non tangit. Manifestum est quod ratio quam hic posuit ad probandum sempiternitatem temporis non est demonstrativa. Non enim si ponimus tempus quandoque incepisse oportet ponere prius nisi imaginatum, sicut et cum dicimus extra celum nihil est, non est nisi imaginatum. Sicut ergo extra celum non oportet ponere locum quamvis extra videatur locum significare, ita non est necessarium quod tempus sit prius quam incipiat vel postquam desinet, licet prius et posterius videantur tempus significare. Sed

quamuis tenes plantam sempiternitatem motus et tamen
non sunt demonstrative et ex veritate concludentes tamen
ea que hic plantat de sempiternitate et invariabilitate
motus per iste. Nam ex veritate sequitur quod si non fuit
mundus eternus necesse est quod fuit productus sive
ab aliquo preexistente et sic hoc non sit eternum. Sed tamen
quod sit productum ab aliquo et tamen hoc non possit
procedere in infinitum ut quod in isto probatum est necesse est
ponere aliquid primum sempiternum. Movens ita non sit per se
et per quod in nullo. Deinde cum dicit quamvis du
bitatio moz quandam dubium et precemata. et
est dubium utrum actus sit simpliciter prior potentia ut po
situm primum. Primum est tale cum ita sit
actus et cum hic ita factum sit potuit totum ad ordinem
finem. scilicet quod potentia sit prior actu. Ideo potuit totum
non esse nunc ibi. Sed si hic. et erit. Ideo solvit dubium
ibi primum quod queritur dicit quod per deum est quod ista sempi
terna est actus quamvis de hoc sit dubium. unde
potentia simpliciter esse prior actu. Nam patet est aliquo non con
tra continentia essendi. hic autem modo unde se habet potentia ad
actum quod omne agens videtur posse agere et non
omne quod potest agere agit quare videtur quod potentia prior sit
actu. Deinde cum dicit. Sed si hic non erit. potuit
totum nunc. et cum hic duo facta potuit totum
ducere. ad impossibile dicitur quod si potentia sit simpliciter prior
actu res quod aliquid nunc sit contingens est. unde quod
ad potuit esse. et non omnium sit et tamen sit potentia
et impossibile. res quod non sunt actu. et sic non aliorum
erit et hoc quod dicit duobus modis per opinionem quandam
antiquorum qui vocabantur poete theologi
sive cosmologi et quidam alii. qui ponebant mun
dum esse confusum. ex nocte. scilicet simplici privatione
sequitur. Alio modo posteriores naturales sive physici
naturales eos sequentes qui cum viderent quod
materia non sit ex nihilo posuerunt omnia esse sive in quadam
confusione quam vocabatur chaos. sicut posuit
anaxagoras et sic ponebant omnia esse impossibilia non actu
actu. Et sic hic modo tamen illo dicitur res impossibilia. sed
potentia simpliciter sit prior actu. Illa enim que sunt impossibilia tamen.
sic sunt omnia in privatione sic sunt in quadam confusi
one non possunt moveri ut reducantur in actum.
non sit aliqua causa movens in actu existens. quod in tam
artificialibus non movet se ipsam. sed movet ipsam
... scilicet ars sive industria. que est in aliqua inqui
ratione aut movent se ipsa. sed movet ea gene
ratio. scilicet semen aliter nec terra que est in aliqua inquisitione
plantarum movet se ipsam. sed movet eam semina
tio. scilicet semina plantarum. Deinde ibi. quia propter facit
quidem quidam. ostendit quod hanc rationem quidam physici con
senserunt. dicit quod propter hanc rationem quidam physici po

suerunt semper actum. existere. scilicet leucippus socius demo
criti et plato. dixerunt enim motum semper fuisse et ante mun
dum. Per quod leucippus in athomis posuit mobilia ex
quibus ponebat mundum constitutum. Sed plato non melius
que dicebant ante constitutionem mundi. motum fuisse
motibus inordinatis. Sed postea ideo fuisse cor
rector ad ordinem. Sic quod per hoc ad hoc utrum hoc dixisse
quod posuerunt semper fuisse actum. Sed in hoc defecerunt quod
non dixerunt quis motus semper fuerit. non causam motus
assignaverunt nec simpliciter narrando in sue posuit causam
assignando cum tamen non moveatur nec quod hic est
sine aliqua causa certa sed semper sed ad existere quod est
causa motus sive quod ita videmus quod quedam movetur
hic in a natura. aut violentia aut ab intellectu.
aut aliqua alia causa. Deinde debuerunt et assignare
qualis sit prima causa motus utrum ita sit violentia.
sive intellectus. Nam enim. dicit quod sed hoc ponatur
causa. Sed neque plato potest ad hoc excusari. quod hoc quod posuit
principium motus esse. quod movent se ipsum. hoc enim
movens se ipsum. dicebat esse animam. Sed anima
per ipsum non fuit ante constitutionem mundi. Sed fuit
post illam inordinationem. motus. fuit enim facta sic
cum celo quod ponebant animatum et sic anima non
potest esse primum mobile motus inordinati. Deinde est
dicit potentia quod quedam solvit propositam questionem et cum hic
duo facta. per reuertitur ad hoc quod determinatum est in IX.
de ordine potentie ad actum dicitur. quod opinari potentiam
esse priorem. actu quodammodo bene dicitur et quodammodo
non. et quo hoc sit dictum est in IX. ibi. enim dictum est quod
actus simpliciter prior est potentia. Sed in uno eodem qui mo
vetur ex potentia in actum. potentia precedit actum tempore. quamvis
actus sit prior natura et perfectione. Ideo ibi. quod
non actus et cetera. confirmat solutionem per ponere quorum
dam physicorum dicit quod hoc quod actus sit simpliciter
prior potentia testatur anaxagoras. quod posuit primum primum
movens esse. sive intellectum. Intellectus enim actus quidam
est. et et empedocles qui posuit causas moventes ami
citiam et litem. et leucippus et plato qui dixerunt
semper motum fuisse. Deinde cum dicit quare non fuit
infinito tempore. ex determinatione questionis primum possuisse ma
teriam quod primum omnium est et cum hic ita factum per concludit ex
predictis preeminentiam quandam. Secundo ex preeminentia quan
dam concludit preeminentiam motus celi. ibi. sic ita.
ibi semper. Secundo preeminentiam motus celi concludit preemin
entiam moventis sine mobilibus. ibi. quod aliquid et quod
moveri. dicit quod per quod si actus est simpliciter prior potentia quod
falsa sit opinio antiquorum naturalium. qui estimaverunt
potentiam simpliciter esse actu priorem. posuerunt omnia infinito tempore
prius fuisse in potentia in quadam confusione quam appella
bant chaos. falsa et erit opinio poetarum theologorum

qui p eand estimacoem posuit infinito tpe pus
fuisse camp rez pnom· q res actu ee incipet
qm quod rez pnom nocte appellabant ppea
forte q int qntates et formas sen. les· hix gon
et pon inenit ci ipi n pt senha ee· arbitretur:
pno a incis nox e· hec· n· opio fla e si actus
e pon po· 3z cum videmu ea que gnant de
poa ad actu pced· nece erit dre q ead que
actu fuit p po· sp fuit aliq in· l· p eclare
gnone· p ponant ea· que gnat pus· fuisse
ead no p virtq3 h p spem que quid fit p ecla
re gnom· slam extra humiditas resoluit in
pces ex quib3 gnat pluuia pqua iteru hu
midit tra Ceuli ab hoie pcedit spma et gn
atur iteru ho· et sic ea que fuit reiterant·
ead spe pdare gnom· cu et ea que post·
poa fuit inactu· ead fuit sp· alr sicut
posuit anax· p extiterit· actu mixt ex
quib3 gnant· Cuidu cu dicit Et magz
sp eciam ex ppetuitate 9clo gnoum 9clu
dit ppetuitate motus celestis supposito q q
no sit ads aliut mod quo ea que pcedunt
de poa ad actum· sp ead fuit n p eciam· gna
conis ex hiis que sustia naturali onta st.
et pncipue meo de gnone ostat 9cludit quod
si ad pmam id pertinet gnonis oz et ad sp
manere id mo quod sir agat ad h q caet
ppetuitate ... on· n· pt ee ppetuitatis ca que
inueniunt ingnone et corrupcone ad vnu
eoz que gnant et corrupunt q ulm eoz
sp e· n3 et oia cum no sic sunt ut ostensu e in
viii· phis Relinquit g quod oz ee ad ppe
tuu· agens q sp vniformis agat ad ppetuu
causandu· et h e pmu celu q mo vniformis
et reuoluit oia motu diurno· h q i q sp
eod modo opat no causat n aliq sp eod
mo se hnt· p hns a que gnant et corrupunt
appar3 q no sp eod mo· se hnt q quis gnat
et quis corrupunt· Si g oz ee gno et corrupco
in rebus inferioribus nece e pone ad agens quod
alr se hbeat in agendo et h quod agens dicit
ee corpus quod mo p eclm obliqu qui dr
Zodiacus q cu h eclo declinat ad utinq3
pte ab equinoctiali i quod mo p eclm
p zodiacum· oz quod sit quis· magis ppin
qui· et quis mag remotu et p h sua ppin
quitate et remocone cat 9ria· videmu· n· q
ea que appinqnte sole· ad nos gnant·
recedente sole corrumpunt· sicut hbe que
in ue nascunt et in autumno secant

mouent· n· in eclo zodiaco et sol· et alii pla
nete h et stelle fixe dr· mou sup polos zo
diaci· et no sr polos equinoctial ut ptolome
pbat. ex hoz a motu cat gno et corrup
oim que gnant et corrupunt· h mag
euidenr ex motu solis· h· g mouet q alr
et alr agit· nece· e q quodamo agat· sm
se· i· ex ppa virtute mag cat diuisitate
gnonis et corrupconis quoda uo mo p
aliq· i· ex virtute alteris mag cat ppetua
gnone· et corrupcom· cu g oz quod agat
p quod ad alterum· virtute alterius alri· cu p
pmu· i· virtute pmi· quod semp 9sir agit
et cu no sit ad alterum· assignare ex
cuius virtute caet ppetuitate· nece· e q
p h q sir agit· i· virtute eius ppetuitate·
gnonis et corrupconis caet· id· n· e· pm.
quod sp sir agit e ca ipi q alr agit
q id q alr et alr agit ppetuo agit illd
uo quod semp 9sir agit e causa·
ppetuitatis cuiusli3 motus· sic g e ca ppe
tuitatis eius quod alr agit et alr ut· s·
ppetuo sic agat et illi et quod ex eo cat
·s· gnoni et corrupcoi ppetue ex quo p3
pm agens· s· q alr et alr agit agit i
virtute sp agentis· i· pm celi quod· sp
9sir agit· sic· g p3 quod pmi agens
q sp sir agit e pocius et dignius
quod ipm e ca eius q e· sp ee sir· i·
ppetuitatis h eius q e ee alr et alr
ca e alterm agens· q alr et alr agit
eius uo q e sp alr et alr se hre quod e
gnom et corrupcom· ee ppetua et alios
ht motus· mag e q si ambo quieti
s· et pm q sp sir agit. et pm q alr et alr
agit· ex h a 9cludit quod sic se hnt
motus celi· quod ex eis pt cam ppe
tuitas gnonis et corrupconis in reus
inferioribus no oz querere a· pncip aliq·
ut ydeas sicut platonici posuit· t· amo
ciciam et lite. sicut posuit empedocles q agere
ta p hunc mod 9a assignare cam ppe
tuitatis gnonis et corrupconis et
si iste modus no ponat sequeret in
inconuenia ad que deduci st p pbam
vers· s· quod oia fiant ex nocte· i·
ex simplici puone cu q oia sic fiunt
l q ad fiat ex no ente ma e q pdca po
ne seruata· s· q sic ppetua gno et corrup
cam a motu celi ppetuo soluet pdca i

continentia et sequitur quod aliquod sit movens quod moveat motu
qui non cessat qui est motus circularis. et hoc non solum
apparet ratione sed experimento etiam et per sensum. unde ne-
cesse est quod primum celum quod semper hoc motu
movetur sit sempiternum. Deinde cum dicit cum autem quod
quod concludit ex predictis perpetuitatem motoris. motum enim
mobilis. cum enim omne quod movetur ab alio mo-
veatur ut in physicis probatum est. si celum est perpetuum
et motus est perpetuus. necesse est aliquid esse movens
perpetuum. sed quia in ordine mobilium et moven-
tium inveniuntur tria quorum infimum est quod movetur
tantum. supremum autem est movens quod non movetur.
Medium autem est quod movetur et movet. necesse est quod
ponatur aliquid sempiternum movens quod non
movetur. probatum enim est in VIII physicorum quod cum non
sit abire in infinitum in moventibus et motis
oportet devenire in aliquod primum movens immobile quia
et si deveniatur in aliquod movens se ipsum. tamen
oportet ex hoc devenire in aliquod movens immobile ut
ibi probatum est. Si autem primum movens est sempiternum
et non motum. oportet quod non sit ens in potentia quia quod
est in potentia natum est moveri. sed quod sit substantia per se existens
et quod eius substantia sit actus et hoc est quod supra
concluserat. Oportet namque [esse] motione dubitationem que
erat apud antiquos ut ea soluta ostenderet
ex premissis quo ordine necesse est procedere ad
primum ens. cuius substantia est actus

Movet autem sicut desiderabile etc. Postquam
philosophus ostendit esse aliquam substantiam sempiternam im-
materialem et immobilem cuius substantia est actus. procedit
ad inquirendas conditiones ipsius substantie. et circa hoc tria fa-
cit. primo inquirit de perfectione huius substantie. Secundo de uni-
tate vel pluralitate ipsius ibi. utrum autem una
ponenda. Tertio de comparatione eius ibi. que
vero circa intellectum. circa primum duo facit. primo ostendit perfectio-
nem predicte substantie. secundo ostendit eam esse incorpoream. ibi. ostensum
est autem et quod magnitudinem. circa primum duo facit. primo ostendit
perfectionem predicte substantie. secundo excludit opinionem contrariam ibi.
quicumque autem putant ut pictagorici. circa primum duo facit
primo ostendit secundum quem modum moveat immobile mo-
veat. secundo ex hoc ostendit ea que ad perfectionem eius
pertinent ibi. Intellectualis autem altera eo. dicit ergo
primo quod cum omnino sit quod ~~...~~ sit primum
movens non motum. necesse est quod sic moveat
sicut ducitur. hoc enim solum scilicet desiderabile et in-
telligibile invenimus movens non motum quod
sic patet. Est enim duplex motus naturalis et voluntarius
sive per appetitum. movens autem in motu naturali de
necessitate movetur quia cum movens naturale sit generans
et alterans. Nam et gravia et levia per se non
moventur per se agitante. generans autem et alterans

movetur. oportet quod aliud et aliud se habeat unum quam de-
inde est quod id quod erat generatum aliter et aliter se habet. [margin: agitur]
generatum in motu. Aliquid qui est per voluntatem et appetitum
voluntas et appetitus se habent sicut movens et
motum ut patet in III de anima. Relinquitur ergo solum
id quod movet sit appetibile sicut movens non motum.
dicitur autem primum movens movere sicut appetibile quia motus
celi est propter ipsum sicut propter finem causatus ab aliquo movente
propinquo quod movet propter primum movens immobile
ut assimilet se ei in causando et expliceat actum
id quod est virtute in primo movente. Non enim est motus
celi propter generationem et corruptionem inferiorum sicut propter
finem. cum finis sit nobilior eo quod est ad
finem. sicut ergo primum movet motum sicut appetibile
oportet apud nos autem est quod movet sicut desiderabile.
bonum cum tamen utrumque moveat sic movens non
motum. et hoc precipue apparet in eo quod est continens.
Nam per totum movetur ab intelligibili bono sed autem unum
concupiscibile movetur ab aliquo delectabili sensualium
ut videatur bonum. cum non sit bonum simpliciter sed solum secundum
quid. Sed non potest esse huiusmodi diversitas in primo intelligibili
et primo desiderabili. sed oportet quod primum intelligibile et primum de-
siderabile sint eadem. et hoc ideo quia concupiscibile quod non
est intelligibile bonum est apparens bonum. primum autem bonum
oportet quod sit volibile id est appetibile appetitu intellectuali.
Nam voluntas in intellectu est. et non in appetitu con-
cupiscentie. et hoc ideo quia quod appetitur secundum concu-
piscentiam videtur bonum eo quod desideratur. Nam con-
cupiscentia pervertit iudicium rationis ut videatur ei bonum
quod est delectabile. Sed illud quod appetitur appetitu
intellectuali desideratur quia videtur bonum secundum se. hoc enim appetitus
principium est intelligentia id est actus intellectus qui movetur
quodammodo ab intelligibili. sic ergo patet quod concupiscibile
non est bonum nisi quia desideratur. Non ergo potest esse primum bonum.
sed solum illud quod quia bonum est movet desiderium. quod
est appetibile et intelligibile sic. Deinde cum dicit Intelligibilis autem
altera coordinatione. quia ostenderat primum movens esse intelligibile et
appetibile restat ostendere quomodo in primo movente
perfectio invenitur. et circa hoc tria facit. primo enim ostendit rationem
intelligibilis et appetibilis perfectionem ipsius secundum se. Secundo per comparatio-
nem ad primum mobile ibi. movet autem ut amatum etc.
Tertio per comparationem ad id quod appetit et intelligit
ipsum ibi. duobus vero etc. circa primum duo facit. primo ostendit
perfectionem primi moventis ex eo quod est intelligibile. Secundo
ex eo quod est appetibile. ibi at vero quod bonum etc.
dicit ergo primo quod sicut moventia et mota habent suam
coordinationem. ita intelligibilia habent suam coordina-
tionem. quam quidem coelementationem intelligibile vo-
cat. eo quod unum intelligibile est primum principium in-
telligendi alterum. sicut et unum movens est causa alteri
movendi. sic ergo ex coordinatione moventium et motorum.

conclusum est quod primum movens est ita simpliciter et actus et ita et idem invenitur ex ordinatione intelligibilium. Una enim est ut quod est intelligibilia, alia est prima eo quod actu non intelligitur nisi per substantiam per quam diffinitur. Et inter eas prius est intelligibile simpliciter quam compositum. Nam simplicia claudunt in intellectum compositorum. Et inter simplicia que sunt in genere substantie actus est prius intelligibile quam potentia, nam potentia diffinitur per actum. Relinquitur ergo quod primum intelligibile sit substantia simplex que est actus. Et ne videatur incidere in opinionem Platonis qui posuit prima principia rerum ipsum unum intelligibile, ostendit quam differentiam inter unum et simplex. Et dicit quod unum et simplex non idem significant. Sed unum significat mensuram ut in X dictum est. Simplex autem significat dispositionem secundum quod aliquid aliqualiter se habet, quia videlicet non est ex pluribus constitutum.

Secundo cum dicit at vero et quod bonum. Ostendit idem ex ratione appetibilis. Dicens quod hoc quod est bonum per se eligibile secundum eandem ordinationem se habet. Nam id quod est primum intelligibile est et melius in genere appetibilium. Cum dicatur proportionaliter respondere quia quod dicit quod intelligibilia actu sunt secundum quod sunt in intellectu, appetibilia autem secundum quod sunt in rebus, bonum enim et malum in rebus sunt ut in VI dictum est. Sic ergo sicut id intellectum est prior quam id intellectus activus sic se habent bona que proportionaliter respondent hiis actionibus. Sic ergo optimum erit ita simpliciter quia est actus quod erat primum intelligibilium. Et sic idem est primum movens et primum intelligibile et primum appetibile quod est optimum. Sed quia appetibile et bonum habent rationem finis, finis autem non videtur esse in rebus immobilibus ut in mathematicis dictum est in libro tertio, ideo hanc dubitationem removet et dicit quod divisio qua distinguuntur quibus modis dicitur finis ostendit quod cui id est finis alicuius non potest esse in immobilibus. Duplex enim potest esse aliquid finis alicuius. Uno modo sicut preexistens sicut medium. Dicitur enim finis motus generationis hoc est finem. Unde pluribus in immobilibus potest enim adeo tamen primum motum ad participandum aliqualiter aliquo immobili et sic primum movens immobile potest esse finis. Alio modo dicitur aliquid esse finis alicuius sicut quod non est in actu, sed solum in intentione agentis, per cuius actionem generatur sicut sanitas est finis operationis medicine. Et huiusmodi finis non potest esse in rebus immobilibus.

Deinde cum dicit movet autem ut amatum. comparat primum movens in movendo. Movet quidem ut amatum. Unde necesse est quod adsit primum motum ab ipso per quod movet alia. Et hoc est primum celum. Quia ergo supponitur quod primus motus sit sempiternus, oportet quod id quod primo movetur sempiterne moveatur et per ipsum moveantur alia. Dicit autem movetur quasi amatum quasi desideratum quia desiderium est eius quod non habet amatum et ~~et~~ et si oportet quod semper primum moveatur, necesse quod non contingat aliter et aliter ipsum se habere. Sed ut sit semper in eadem dispositione secundum substantiam. Unde necesse est quod primus motus quo movetur

primi mobilis sit latio id est motus localis. Quia quamvis sint alii motus id est generatio, corruptio, augmentum et diminutio, et alteratio, necesse est quod aliter et aliter se habeat secundum id quod movetur est secundum substantiam, quantitatem et qualitatem. Sed quod movetur secundum loci mutationem habet quod se aliter habeat secundum locum, quia est extrinsecus locato. Sed non secundum substantiam nec secundum aliquam extrinsecam dispositionem. Cum ergo primum mobile habeat se aliter et aliter secundum locum et non secundum substantiam, oportet quod primum movens quod est immobile et semper actu ens nullo modo se possit aliter et aliter se habere quia non potest moveri. Moveretur enim maxime secundum primum motum. Primus autem motuum est loci mutatio. Inter autem genera primus motus est motus circularis. Sed autem motu non movetur cum hoc motu movetur primum. Ergo movens non movetur illo motu quo movet. Sicut primum alterans non alteratur, non ergo movetur circulariter. Et per consequens nullo modo potest moveri et sic non potest esse aliter et aliter se habere. Unde relinquitur quod sit ens ex necessitate. Hoc enim est necessarium quod non potest non esse. Sed ex necessitate est non sicut ea que sunt per violentiam. Sed necessarium cuius est ipsum se habere eius movens. Est primum motus, id est ut desideratum et finis. Et quod talis sit necessarium manifestum est ex divisione necessariorum. Necessarium enim tribus modis dicitur. Uno modo quod est per violentiam, quia videlicet non potest agere preter impetum inferentis violentiam. Secundo modo dicitur sine quo non est aliquod bonum. Sine quo scilicet eo nullo modo potest esse finis sicut cibus est necessarius ad vitam animalis. Sine quo sine eo non potest esse finis perfecte sed habetur sicut equus est necessarius ad iter, quia sine eo non faciliter fit iter. Tertio modo dicitur necessarium quod non contingit aliter et aliter se habere. Sed simpliciter et secundum se necessarium est. Cum ergo dictum sit quod celum ex necessitate movetur, non potest dici quod hoc sit necessitas violentie quia in rebus incorruptibilibus non est aliquid extra naturam que sunt violenta sunt extra naturam. Similiter non potest esse necessitas absoluta quia primum mobile est movens se ipsum ut ponitur in VIII Physicorum quod autem se ipsum movet inest ipso habere moveri et non moveri. Relinquitur ergo quod necessitas primi motus sit necessitas ex fine. Manifestum est enim quod perpetuitate talis motus non contingit esse absque eo quod ordinetur ad finem.

Ex hoc ergo principio quod est primum movens sicut finis dependet celum in quantum ad perpetuitatem substantie sue et quantum ad perpetuitatem sui motus. Et per consequens dependet etiam hic principio tota natura eo quod omnia naturalia dependent a celo et a motu eius. Attendendum est autem quod cum Aristoteles hic dicit quod necessitas primi motus non est necessitas absoluta sed necessitas que est ex fine. Finis autem est principium. Est quod postea nominat deum quod attenditur per motum est assimilatio ad ipsum. Assimilatio autem ad id quod est volens et intelligens ut ostendit esse deum attenditur secundum voluntatem et intelligentiam. Sicut artificiata assimilantur artifici in quantum in eis voluntas artificis

ē

ad complementum scilicet quod tota necessitas primi motus subiaceat voluntati dei. Deinde cum dicit: Deductio vero est et cetera. Ostendit primum quod modo sicut intelligibile et desiderabile ad id quod intelligit et desiderat ipsum necesse est enim si primum movens movet sicut primum intellectum et desideratum, quod primum mobile intelligat et desiderat ipsum. Et hoc quidem est secundum opinionem aristotelis in quantum celum ponit animatum anima intelligente et desiderante. Et hoc ergo concludit secundum quod ostendit delectationem sequi animam celi desiderantem et intelligentem ex hoc movente desiderio et intellectu dicitur quod quedam deductio est idest delectabilis dispositio ipsius desiderantis et intelligentis primum scilicet intelligibile qualis optima potest esse nobis aliqua parvo tempore. Illud enim intelligens et desiderans semper est in tali dispositione delectabili que est nobis impossibile scilicet quod semper simus in illa delectabili et optima dispositione. Hoc autem quod dictum est quod ostendit cum dicit: quoniam et delectatio et cetera. quia scilicet in actu habere scilicet desiderantis et intelligentis primum principium est delectatio. Delectatio enim consequitur operationem naturalem alicuius intelligentis et desiderantis ut patet in x. ethicorum. Et signum huius scilicet quod delectatio consequitur actualem operationem est quod delectatio maxime est in vigilia et sensu et actuali intelligentia. Habent enim se sensus et intellectus in actu ad sensum et intellectum in potentia sicut vigilia ad sompnum. Et quod ista sunt maxime delectabilia patet ex hoc quod alia non sunt delectabilia nisi propter hec. Spes enim et memoria sunt delectabiles in quantum representant vel futuras operationes delectabiles vel preteritas ut patet. Et quia ergo in actu sensus et intellectus delectatio consistit et intelligentia idest actus intellectus in quantum huiusmodi est eius quod est secundum se optimum. Bonum enim intelligibile excedit bonum sensibile sicut bonum immobile et universale bonum mutabile et particulare. Sequitur quod delectatio que est in actu intellectus sit eminentior delectatione que est in actu sensus et perfectius. Et quod maxime perfectissima intelligentia maxime sit optima et ita quod sit maxime delectatio. Sic ergo manifestum est quod in illa intelligentia qua intelligitur primum movens quod et est primum intelligibile est maxime delectatio. Secundo ibi: Seipsum autem intelligit. Ostendit quod superius intellectus primo est adhuc perfectior intelligentia et delectatio quam in intelligente et desiderante ipsum. Et dicit quod hoc est de ratione intellectus quod intelligat se ipsum in quantum capit sive concipit intus ad intelligibile. Fit enim intellectus intelligibilis per hoc quod attingit ad intelligibile. Et ideo cum ipse intellectus fiat intelligibilis concipiendo aliquod intelligibile sequitur quod idem sit intellectus et intelligibile. Quomodo autem intellectus attingat intelligibile exponit. Intellectus enim comparatur ad intelligibile sicut potentia ad actum et perfectibile est susceptivum sue perfectionis. Intellectus est susceptivum intelligibilis. Intelligibile autem proprie est substantia. Illam obiectum intellectus est quod quid est. Et propter hoc dicitur quod intellectus susceptivus intelligibilis est substantie et quia unumquodque fit actu in quantum recipit

suam perfectionem sequitur quod intellectus fiat in actu in quantum recipit intelligibile. Hoc autem est esse actu intelligentem intelligibile quod est esse intellectum quia unumquodque in quantum est actu est agens. Intellectus in quantum attingat intelligibile fiat agens et operans idest intelligens. Hoc autem sic est quod licet materiales que sunt intelligibiles actu sed potentia fiunt autem intelligibiles actu secundum hoc quod mediantibus virtutibus sensitivis earum similitudines immateriales reducuntur per intellectum agentem. Ille autem similitudines non sunt ille. Sed quedam species intelligibiles et intellectum potentia recipit secundum perfectionem. Species intelligibiles rerum materialium erant per se subsistentes ut platonici ponebant quod intellectus noster sit intelligens actu per hoc quod attingit ad huiusmodi species separatas per se existentes. Sed secundum opinionem aristotelis species rerum materialium non sunt sic per se subsistentes. Est tamen aliquid tale intelligibile per se subsistens de quo nunc agit scilicet esse primum movens. Ideam intelligibilem relinquitur ergo quod talis est operatio intellectus primum motum ad illam primam ideam intelligibilem monentem qualis secundum platonicos operatio intellectus nostri ad species intelligibiles separatas per quandam contactum et participationem. Sic intellectus actu ut ipse dicit. Unde intelligens secundum modum fit secundum intellectus actu per contactum aliqualem. Post hoc autem dicit quod autem utrumque idem magis. Et dicit quod quicquid divinum et nobile sicut est intelligere et delectari invenitur intellectum attingentem multo magis invenitur in intellectu per quod attingitur. Et ideo consideratio eius delectabilissima et optima. Huius autem primi intelligibilis dei. Et ergo delectatio qua nos habemus intelligendo sit optima quamvis eam non possimus habere nisi modico tempore. Si deus semper eam habet sicut nos quandoque mira est eius felicitas. Sed adhuc mirabilior si eam habet potiorem semper quam nos modico tempore. Tertio ibi: Et vita autem existit. Quia dixerat quod deo competit consideratio ostendit quomodo se habeat ad eam. Et dicit quod deus est ipsa vita et sic probat. Actus enim intellectus idest intelligere vita quedam est et est perfectissimum quod est in vita. Nam actus secundum quod ostensum est perfectior potentia. Unde intellectus in actu perfectius vivit quam intellectus in potentia sicut vigilans quam dormiens. Sed illud primum scilicet deus est ipse actus intellectus. Est enim ipsum intelligere alioquin comparetur ad ipsum ut potentia ad actum. Ostensum est autem supra quod eius substantia est actus. Unde relinquitur quod ipsa substantia dei sit vita et actus eius est vita ipsius optima et sempiterna que est secundum se subsistens. Et inde est quod in fama hominum dicitur quod deus est animal sempiternum optimum. Vita enim apud nos non solum animalibus manifeste apparet. Inde est ergo quod dicitur animal quia vita competit ei. Quare manifestum est ex premissis quod vita et duratio continua et sempiterna inest deo.

Et ita deus hoc ipsum est quod est sua vita sempiterna id est
quod ad sit ipse et vita eius. Deinde cum dicit Quicumque
autem putant. Excludit opinionem attribuentium imperfectio
nem primo principio dicit quod non recte existimant quicumque
non ponunt optimum et nobilissimum inveniri
in principio sicut Pythagorici et Leucippus qui ex his move
bantur quod principia animalium et plantarum sunt quaedam cau
sa boni et perfectionis. Sed bonum et perfectum non inveniuntur
in principiis sed in his quae producuntur ex eis. Sic
scilicet quae sunt principia animalium et plantarum imperfecta sunt
ex aliquibus autem prioribus perfectis. Sperma enim non est
primum simpliciter sed ad perfectum. Ut si quis dicat hominem
esse priorem spermate si quidem non qui dicitur nasci ex
spermate sed alium ex quo resolvitur. Probatum est enim
supra quod actus simpliciter est prior potentia licet in uno et eodem
ordine generationis et temporis potentia praecedit actum. Hoc autem
autem habito epilogando concludit intentam materiam esse
expeditam dicens quod est aliqua substantia sempiterna et im
mobilis separata a sensibilibus. Deinde cum dicit Ostensum
est autem et quia magnitudinem. Ostendit quaedam quae ad hunc
considerandam relinquuntur de praedicta substantia. Et primo ostendit quod
est incorporea dicens quod ostensum est in VIII Physicorum
quod haec substantia nullam magnitudinem potest habere
sed est impartibilis et indivisibilis. Cuius probationem breviter recitat
dicens quod haec substantia movet infinito tempore cum
primus motus sempiternus ut supra dixit. Ex hoc sequitur
autem quod eius virtus sit infinita. Videmus enim in
moventibus inferioribus quod quanto aliquid est maio
ris virtutis tanto virtus se extendit ad diu
turniorem operationem. Nullum autem finitum potest habere
potentiam infinitam. Unde sequitur quod praedicta substantia non habe
bit magnitudinem finitam. Infinitam autem magnitudinem habere non
potest quia nulla magnitudo est infinita ut supra probatum est
quia igitur omnis magnitudo vel est finita vel infinita
relinquitur quod praedicta substantia sit omnino absque magnitudine
non autem virtus huius substantiae dicitur infinita privative secundum
quod infinitum consequitur quantitatem sed dicitur negative
quae non terminatur ad aliquod determinatum
effectum. Non autem potest dici corporis caelestis virtutem infinitam
et si infinito tempore moveat inferiora corpora
quia non movet nisi motum et ita virtus eius est
ex hoc quod movetur. Sed non est potest dici quod in corpore
caelesti sit virtus infinita et si infinito tempore
esse habeat quia in eo non est virtus activa sui esse sed solum
susceptiva. Unde infinita eius duratio ostendit infini
tam virtutem exterioris principii. Sed ad hoc quod ipsum sit
capax incorruptibile esse ab infinita virtute requiritur
quod in ipso non sit principium corruptionis nec potentia ad
non esse. Secundo ibi Sed et quia impossibile. Quia supra osten
dit quod primum movens non movetur motu locali

ostendit quod nec aliis motibus dicens quod est impossibile
est esse alterabile primum movens. Ostensum enim est supra
quod non movetur motu locali. Omnes autem alii motus
sunt posteriores illo motu qui est secundum locum. Remoto
autem primo necesse est removeri posteriora. Unde relinquitur
inveniri motum aliis motibus nisi motu loca
li. Ultimo autem concludit quod manifestum est ex praedictis se habent
se haec sicut determinatum est.

.b. Utrum vero unam ponendum et cetera. Postquam philosophus ostendit de
substantia separata hic inquirit de unitate
vel multitudine eius et circa hoc tria facit. Primo ostendit necessitatem
perscrutandi hanc quaestionem quia ab aliis non est sufficienter determinatum
dictum est. Secundo ostendit quod sunt plures ibi Nunc autem et cetera. Tertio
ostendit quot sunt ibi Pluralitatem vero iam lationum. Dicit ergo primo
quod non oportet latere utrum sit ponendum unam solam substantiam talem
scilicet substantiam sempiternam an magis plures. Et si plures
quot sunt. Sed est oportet commemorare enuntiationes aliorum
scilicet quod alii non sufficienter dixerunt quod sit manifestum et planum
de pluralitate harum substantiarum quas sic ponentes non separant
in mentes maxime fuerunt qui posuerunt ydeas. Opinio
autem de ydeis propter hoc quod non habet rationem aliquam
circa pluralitatem quia ydee ponuntur omnium rerum quae generantur
in aliquo genere. Sed quia ponentes ydeas esse numeros
expresse numerorum aliquam propriam rationem habere poterant pluralitatis
sed tamen de pluralitate numerorum non semper eodem modo dixere
bant sed quandoque dicebant species numerorum esse infinitas
quod quidem inconveniens est quia ad ipsam speciem numerorum rationem
quia cuilibet additum aliam speciem facit numeri. Unde
est in infinitum additio sicut potest numerus in infinitum
species numerorum multiplicantur. Quandoque autem dicunt species numerorum
determinari usque ad X et hoc quantum ad numerorum nominationem
scilicet quia omnes alii numeri post X videntur esse per nominatio
nem aliquorum iterati. Sed non potuerunt ostendere propter determina
tam rationem quare sit tanta pluralitas numerorum scilicet usque
ad X et non plus usque numerus non est necessarius. Cum ista
determinatio numerorum specierum non sit per rationem sed per voluntatem. Alii assi
gnant autem hanc rationem quia numerus denarius generatur
ex compositione numerorum usque ad quaternarium qui
est primus numerus quadratus. Unum enim et duo et tria quae
si in unum adduntur fiunt sex. Deinde cum dicit nobis
autem est ex suppositis et cetera. Ostendit quod necesse est esse plures
has substantias et circa hoc duo facit. Primo resumit quod ostensum
est de primo principio dicens quod cum alii ut dictum est dixerunt
vel cum non studio determinatio de pluralitate substantiarum
separatarum nobis dicendum est de his ex praedictis quae sunt supposita
et determinata prius. Dictum est enim supra quod primum principium
entium est quoddam quod non movetur neque per se neque per accidens
sed movet unum motum qui est primus et sempiternus
quia enim omne quod movetur necesse est ab aliquo moveri
ut probatum est in VIII Physicorum necesse est quod primum

mouentis sit omnino immobile et sempiternus motus sit a
sempiterno motore et unus motus ab uno moto-
re. Deinde cum dicit. Videmus autem preter simplicem universi. Ostendit
quod preter predictum primum primum motum necesse est ponere plures alias in-
materiales sempiternas dicens quod preter simplicem motum
localem universi qui est motus diurnus quo totum
celum revolvitur qui est uniformis et simplicissimus quem
dicimus causari per primum immobile videmus alios motus
locales planetarum qui etiam sunt sempiterni quia corpus
stellare scilicet celum est sempiternum. Unde sempiternitas
motus non tollitur per corruptionem motoris et est instabilis
id est non potens quiescere. Unde motus ille non incipit
et cessare. Et ista probata sunt in scientia naturali. Tamen scientia philo-
sophorum quam vult de celo. Unde necesse est quod quilibet horum
motuum moveatur a motore per se immobili
et eterna sempiterna. Cuius quod ideo necesse est quia astra
et sempiterna sunt et illa que dicta sunt. Unde oportet quod mo-
vens ea et sit sempiternum et sit substantia. Movens enim est
prius moto et quod est prius substantia necesse est esse substantiam.
Unde manifestum est quod necesse est quot sunt lationes astro-
rum tot esse substantias que sunt nature sempiterne et
per se immobiles et sine magnitudine propter causam quam assignavimus
quia scilicet movent tempore infinito et sic per consequens virtute
infinita. Manifestum est ergo quod sunt aliquid tales immobiles
secundum numerum motuum. Considerandum est autem quod post primam
lationem astrorum non computat nisi lationes planeta-
rum quia eius tempore non dum erat deprehensus motus
stellarum fixarum. Unde estimaverunt quod octava
spera in qua sunt stelle fixe est primum mobile et motor
eius est primum principium. Sed postea deprehensus est ab
astrologis motus stellarum fixarum contrarius primo
motui. Unde necesse est quod super speram stellarum fixarum sit
alia circumdans totum que revolvit totum celum
motu diurno et hoc est primum mobile quod movetur a
per [illegible]. Sed autem posuit quod primum mobile movetur immediate non
a primo principio sed ab intelligentia a primo causata. Commentator autem
primum principium sit unum simpliciter existimavit quod ab eo
non posset causari nisi unum quod est intelligentia prima inquit
quod incidit aliqua pluralitas potentie et actus per quam
contingit esse ab ea consequenter ad id a quo dependet
per suum esse sicut potentia ad actum. Sic ergo prima intelligentia potest
immediate causare plura scilicet per quod intelligit se per suum esse
ad id a quo causatur causat orbem quod movetur. Per hoc quod
intelligit se per suum actum esse ab alio sive orbis
causat intelligentiam sequentem que movetur inferiorem orbem
et sic deinceps usque ad speram lune. Secundum hoc non habet necessitatem.
Nam cum agens non habet est multis sicut in superioribus sicut
in rebus materialibus ut necesse sit ex uno tantum unum causa-
ri quia causa et tantum movet per esse intelligentie. Unde per plura que
possent intelligi ab uno possent ab uno plura causari.

satis et generis videtur ut primus motor contineat rerum a quo omnes
alii dependent habent per causam primam secundum naturam substantiarum ut sit
quedam connexio et ordo sensibilium. Dicit autem quod philosophus
dicit quod ordo substantiarum separatarum est secundum ordinem motuum
et mobilium potest esse dubium. Nam sol maior est quantitate
inter omnes planetas et eius effectus magis apparet in rebus
inferioribus et etiam motus aliorum planetarum ordinantur
per motum solis et quodammodo consequuntur ipsum. Unde
videtur quod substantia que movet solem sit nobilior substantiis que
movent alios planetas. Cum tamen sol non sit supra omnes
alios planetas. Sed cum in corporibus id quod est continens
sit formalius et plus dignius et perfectius et comparatur
ad corpus contentum sicut ad partem totius ut dicitur
in IIII phisicorum necesse est quod cum spera superioris pla-
nete contineat speram inferioris quod sit planeta
superior ad quem ordinatur tota sua spera altioris et
universalioris virtutis quam planeta inferior et diuturniores
operatur effectus ut potest perpendi per hoc quod
per tardum motum causat sempiternitatem ut quasi eternum est.
Et inde est quod sicut dicit Ptholomeus in quadripartito
effectus Saturni comparantur ad vilia loca et tempora
Iovis ad annos Martis Solis Veneris et Mercurii
ad menses Lune ad dies. Et inde est quod effectus planetarum
apparent in istis inferioribus secundum ordinem eorundem. Isti
enim tres superiores videntur ordinari ad ea
que pertinent ad existentiam rei secundum se ipsam. Nam ipsa
stabilitas esse rei et bona habitudo eius attribuitur Io-
vi attribuitur autem rei per quod se contra nocumenta tuetur et
ea repellit attribuitur Marti. Tres vero planete alii
videntur proprium effectum habere motum ipsius rei existentis
nam quod sol sit universalis primus motus et propter hoc eius op-
eratio in mutationibus inferioribus maxime appa-
ret. Venus autem et Mercurius proprium effectum habent magis deter-
minatum id est generationem per quam ad conservandum speciem
et ad quam scilicet omnes motus alii ordinantur in
istis inferioribus. Comparatur autem luna proprium effectum
habere in multiplicatione et diminutione individuorum in una
specie et propter hoc variatio habet motus et specie et circa naturam
omnium planetarum transitur ut astrologi dicunt. Luna
autem propter competit in mutatione materie et dispositione ipsius ad
recipiendum omnes impressiones celestes et propter hoc videtur
quasi deferens et impressiones celestes et applicans materi-
e. Sic ergo quanto corpus celeste est superius tanto
habet universaliorem et diuturniorem et priorem effectum. Et cum corpora
celestia sint quasi instrumenta substantiarum separatarum mo-
ventium sequitur quod substantia que movet superiorem orbem
sit universalioris conceptionis et virtutis et per consequens oportet quod
sit nobilior. Deinde cum dicit. Pluralitatem vo-
lam et cetera. Inquirit quot sunt predicte substantie et dividitur
in partes duas. In prima inquirit numerum celestium motuum.

In secunda ex hiis concludit numerum sperarum mouentium ibi: quare
et illa et plura. Circa primum duo facit: primo ostendit unde accipiendus
sit numerus motuum celestium, secundo ponit circa hoc opiniones
diuersas ibi: Eudoxus uero. Dicit ergo primo quod pluralitatem
lationum siue motuum celestium oportet considerare ex astrolog-
ia que maxime propria est ad hoc inter scientias mathematicas.
Ipsa namque sola inter eas speculatur de substantia sensibili et eterna, scilicet
de corpore celesti. Alie uero scientie mathematice de nulla substantia con-
siderant sicut de arismetica patet quod est circa numeros et de geo-
metria que est circa magnitudines. Numerus autem et magnitudo non sunt
substantia. Quod autem sunt plures motus corporum que feruntur
in celo scilicet planetarum manifestum est hiis qui parum atting-
unt de scientia astrologie quia unumquodque astrorum errantium
id est planetarum mouetur pluribus lationibus et non una tantum.
Dicuntur autem planete astra erratica non quia irregulariter
moueantur sed quia non semper continuantur in eandem figuram
et positionem ad alias stellas sicut ille ad inuicem que
propter hoc fixe dicuntur. Quod autem sunt plures motus hiis astris
manifestum est tribus modis deprehenditur. Est enim unus motus comprehensi-
bilis a uulgo uisu. Et est alius motus qui non com-
prehenditur nisi instrumentis et considerationibus et horum motuum
quidam comprehenduntur longissimis temporibus et quidam
paruis. Est et tercius motus qui declaratur ratione quia
motus stellarum errancium inueniuntur quandoque uelociores
quandoque tardiores et quandoque uidetur esse planeta directus quandoque re-
trogradus quod non potest esse secundum naturam corporis celestis
cuius motus debet esse omnino regularis. Ideo necesse fuit suppo-
nere diuersos motus ex quibus hee irregularitates ad
debitum ordinem reducantur. Quot autem sint motus
planetarum nos nunc dicemus ea que mathematici
circa hoc dicunt ut circa hoc reddamus accipiendum et ut aliquam
pluralitatem determinatam mente concipiamus. A nobis reliquum
uero quod non dicemus oportet quod partim ipsos queramus
uel quod nobis suadeamus ab hiis qui hec querunt et
si aliquid appareat preter modo predicta ea que modo dicimus
ab hiis que de hiis tractant sed quia in eligendis opinionibus
uel repudiandis non debet homo duci amore uel odio in-
ducendis opinionibus sed magis ex ipsa certitudine
ueritatis ideo dicit quod oportet amare utrosque scilicet eos quorum
opiniones repudiamus quia utrique studuerunt ad in-
quirendam ueritatem et nos iuuant ad inueniendum. Oportet tamen oportet nos
persuaderi certioribus id est sequi opinionem eorum qui certius
ad ueritatem peruenerunt. Deinde cum dicit: Eudoxus solem
et lunam, ponit opiniones astrologorum sui temporis de numero
motuum planetarum et primo opinionem Eudoxi, secundo opinio-
nem Calippi ibi: Calippus autem. Secundum est quod circa primum
quod pro celestibus motibus accidit in describendi certari
tate et ordinatione mathematici quorum fecit per quas suppositio-
nes possent saluari que circa erraticas apparent
sustinendo quod motus planetarum sint eternales regulares

et ordinati. Pictagoras quidem ad reducendum ordinem in
debitum irregularitatem que apparet in motibus pla-
netarum stacionibus et retrogradacionibus uelocitate et tarditate
et diuersa apparencia quantitatis posuerunt motus planetarum
esse in speris eccentricis et in eccentricis per eos qui epiciclos di-
cuntur quam in opinione Ptholomei presentialiter uidetur autem ex
hac suppositione sequi ad contrarium hiis que demonstrantur
in scientia naturali. Non enim omnis motus erit uel ad me-
dium uel a medio uel circa medium mundi. Item sequitur quod spera
continens speram eccentricam uel non sit undique eque
spissitudinis uel quod sit aliquid uacuum inter unam
speram et aliam uel quod sit aliquod corpus preter celum quod
orbium intercidiuntur quod non erit corpus celeste nec
habebit aliquem motum proprium. Expositione autem epiciclorum
uidetur sequi uel quod spera per quam mouetur epiciclus non
sit integra et continua uel quod sit diuisibilis et rare
factibilis et condensabilis ad modum quo aer diuiditur et in-
spissatur et rarescit aliquo corpore per aerem moto.
Secundum quod est ipsum corpus stelle mouetur per se ipsum et non
solum ad motum orbis et quod ex motu corporum
celestium proueniat sonus quia pictagorici consenciunt
sed tamen omnia hec sunt contra ea que demonstrata sunt in scientia naturali.
Unde ad hec euitanda quidam hec inducunt posuerunt unicuique
planete speras plures concentricas mundo quarum unaquaque
haberet motum proprium et ex hiis omnibus motibus causa-
retur id quod apparet de motu planete. Posuit
ergo Eudoxus motum tam solis quam lune esse in tribus
speris. Primus enim motus tam solis quam lune est motus
diurnus quo reuoluuntur ab oriente in occidentem
et hunc motum dicit esse astrorum aplanon id est stellarum
sine errore scilicet fixarum quia sicut supra dictum est cum non
dum esset deprehensus motus stellarum fixarum qui
est ab occidente in orientem contrario motu primo
putabatur quod motus diurnus esset proprius
octaue spere que est spera stellarum fixarum. Non tamen
putabat quod sola prima spera sufficeret ad deferendum
omnes speras planetarum motu diurno sicut
Ptholomeus ponit sed ponebat quod quilibet planeta
haberet propriam speram que reuolueret ipsum motu di-
urno. Ad hunc ergo motum causandum ponebat primam speram
solis et lune. Secundam autem speram ponebat ad causan-
dum motum solis et lune qui est per medium zo-
diaci qui uocatur motus longitudinis secundum quem
mouentur tam sol quam luna de occidente in orientem
contra motum firmamenti. Tertiam autem speram ponebat
ad causandum illum motum qui obliquus scilicet latitudi-
nem
qui feruntur in zodiaco prout quandoque au-
strinior quandoque borealior uidetur planeta a media
linea zodiaci sed hic motus latitudinis ma-
gis apparet et secundum maiorem diuersitatem in luna.

quam in sole. et ideo sequitur quod in maiori latitudine
obliquatur motus per quem fertur luna quam motus
per quem fertur sol. et quia hunc ptholomeus ponit
motum latitudinis non autem soli. posuit igitur eudoxus
tertium motum ut simplicius dicit quod opinabatur
quod et sol declinat a media linea zodiaci
versus duos polos et hoc suspicabantur eo quod non semper in
eodem loco sol oritur in principiis estivis et yemalibus
si autem in uno et eodem tempore fieret restitutio longitudinis
et latitudinis. sufficeret ad hoc una sphera per obliquitatem
circuli maximi circuli per quem sol movetur. sed quia non sic se
habet. sed in alio tempore peragitur circulus per longitudinem.
alio vero tempore fit restitutio latitudinis. necesse fuit
ad hoc ponere tertiam speram. hanc autem tertiam speram ponebat
in sole revolvi versus eandem partem cum secunda. sed circa axem
alterum et super alios polos. In luna autem ad eandem
cum prima spera. sed in utroque ponebat motum huius tertie
spere esse tardiorem quam secunde. sed aliorum v. planetarum
motum cuilibet ponit in quatuor speris ita quod prima et secunda sint
eadem solis et lune quia motus primus quem ponebat
esse stellarum fixarum et motus secundus qui est per medium
zodiaci per longitudinem apparent communes omnibus planetis.
deinde unicuique v. planetarum ponebat
tertiam speram ad causandum motum latitudinis cuius
polos circa quos revolvitur ponebat esse in me-
dia linea zodiaci. et quia ponebat omnes
speras esse concentricas sequebatur ex quo zodi-
acus transibat per polos circuli maximi tertie spere. et econtra-
rio per polos zodiaci. unde sequebatur quod motus
huius tertie spere deferret planetam usque ad polos zo-
diaci quod nunquam videtur. et ideo necesse fuit quod po-
neret quartam speram. que ipsam planetam fert
que revolvitur contrarium tertie ab oriente scilicet in
occidentem et equali tempore. unde impedit ne
plus distet per latitudinem a zodiaco.
et hoc est quod dicit quod quartum modum stel-
le dicebat esse per quemdam circulum obliquatum
ad medium tertie spere. idest ad maximum circulum eius.
sic igitur cum cuilibet v. planetarum sint xx. spere quibus
si addantur tres solis et tres lune erunt omnes
xxvi. ita tamen quod intelligantur corpus cuiuslibet
planete esse defixum in ultimo sperarum suarum.
Deinde cum dicit leucippus autem etc. ponit opinio-
nem leucippi de pluralitate sperarum. fuit autem leu-
cippus ut simplicius dicit cum aristotile athenis
conversatus cum ea que ab eudoxo inventa
fuerant corrigit et supplevit. posuit igitur le-
ucippus eandem positionem sperarum sicut eudoxus
et exposuit ponens sperarum ordinem distantiarum
quia tamen ordinabat motus et speras sicut
et ille. concordabat etiam cum eudoxo in pluralitate
sperarum iovis et saturni. quia utrique eorum dabat
iiii speras. sed existimabat apponendas esse
speras duas tam soli quam lune. si quis ve-

lit reddere rationem eorum que apparent de motibus
eorum. unde et has duas adduxit ad causandam velocitatem
et tarditatem que apparet in motibus eorum ita quod
sol habeat v. speras et luna similiter v. et reliquis pla-
netis marti veneri et mercurio addebat singulis
unam speram. ita quod et quilibet eorum haberet v.
speras. forte autem addebat hanc speram ad causandam
retrogradationem et stationem que apparet in his stellis.
Istas igitur speras vocabant ferentes quia ferebant
corpus planete. sed preter has ponebant alias
hac necessitate videbatur moti quod una spera
superioris planete putabant saltem participabat
motum omnium superiorum ita quod aliquo deficie-
bat a motu proprie spere. unde et prima spera iovis cum po-
li infigantur aliquo modo in ultima spera saturni
participabat aliquid de motu sperarum saturni et sic non
uniformiter movebatur motu diurno sicut prima
spera saturni. necesse igitur videbatur ponere aliam
speram revolventem ipsam ut restitueretur id
quod auferebatur ei de velocitate ex superioribus
speris et eadem ratione oportebat ponere aliam speram re-
volventem secundam speram iovis et tertiam speram revol-
ventem tertiam speram iovis. non autem oportebat
ponere aliquam revolventem quartam speram.
quia motus quarte spere in qua erat astrum
infixum debebat esse compositus ex omnibus superio-
ribus motibus. sic igitur saturnus habet iiii speras deferentes
et tres revolventes et omnes alii planete habent
tot speras revolventes quot deferentes una minus.
et hoc est igitur quod dicit quod necesse est quod omnes spere simul
ordinate debeant reddere causam id quod
apparet de motu planetarum per singulas planetas
ponere preter quas dictum est deferentes. alias speras re-
volventes et ad idem restituentes per primam
speram semper ordinati astri inferius positi
et sic solum contingit quod motus planetarum
compleat omnia que apparent de eis. quia igitur
spere deferentes que quidem saturni et io-
vis sunt octo. octo tamen utrisque eorum ponantur habere
[illegible] speras que vero sunt aliorum quinque plane-
tarum sunt xxv. quia quilibet eorum habet v. speras. harum
autem sperarum ille sole non revolvuntur que sunt in
fine in quibus ordinatur astrum. sequitur quod
revolventes priorum duorum planetarum scilicet saturni
iovis sunt vi. revolventes. aliorum autem [illegible]
sunt xvi. sed cum sint saturni et iovis sunt
autem v. in marte. unde et quod dicit posteriores [illegible] restitu-
ant ad [illegible] infimos scilicet permittat unam ut restitu-
at [illegible] in me sequentes. permittit autem per ex-
errore qui inde accidit in [illegible] propter aliquam
rationem que non latet quem scripto calippum
invenit ut simplicius dicit sic igitur omnes
omnium sperarum deferentium et revolventium sunt

lo. sed quia dubium potest esse dubium utrum lune et solis
addite sint duo spere quas calippus addit quod .s.
utrique sint date due spere solum. ut posuit
eudoxus. Ideo dicit quod si aliquis non addit soli
et lune illos duos motus quos addit calippus.
sequitur quod omnes spere erant quadraginta septem. Subtra
hantur .n. a predicto numero .iiii. deferentes duo solis et due
lune et totidem revolventes. remotis autem octo de
lv. remanent xlvii. sed attendendum quod si quatuor cum dixerit
revolventes posteriores. iiii. esse. xvi. preter
lunam removit duobus deferentibus lune et
duabus solis non removebuntur .iiii. revolventes
sed solum due quia spere lune non habent revolventes
et sic apparet planetarum sperarum subtrahuntur vi. spere .iiii.
deferentes et due revolventes. unde sequitur quod
spere omnes sunt. xlix. et sic non mirum quod non
preter lunam. sed magis martem. vel forte quod di
cat autem oblitus fuisse quod lune non posuit
speras revolventes. id est cito errorem in numero acci
disse quod non videtur probabile. ultimo ergo concludit
tantum planetarum esse sperarum quanta dicta est.

Deinde cum dicit. quare et substantias. concludit ex numero
motuum celestium. numerus substantiarum immobilium et cetera sed
ita facit per conclusionem. Deinde Deinde excludit quedam
que possent debilitare rationem premissam.
quod si nullam possibile. Circa comparat id quod conclusum
ostensum est de substantiis separatis ad opiniones antiquas
et ad opiniones vulgares que de huiusmodi substantiis
habebantur ibi. Tradita autem sunt a priscis antiquis. dicit
ergo primo quod cum tanta sit pluralitas sperarum et mo
tuum celestium quanta dicta est rationale est opinari
tot esse substantias immobiles et principia immobilia. et et tot
esse principia immobilia. et et tot esse principia sensibilia. id est corpora
celestia. dicit autem rationale ut insinuet hanc conclusionem
concludi non autem ex necessitate unde subiungit quod hic
relinquatur id quod est necessarium dicere hoc illi qui sunt
fortiores et potentiores ad hoc inveniendum quam nos
esse. Deinde cum dicit. quod si nullam possibile. Ex
cludit ea quibus predicta conclusio debilitari poterat.
et est prima quorum primum est. quia possibile autem dicere quod
sunt quedam substantie separate quibus respondet aliquis
motus in celo. ad quod excludendum dicit quod
si non est possibile quod sit aliquis motus in celo
qui non ordinetur ad motum alicuius et cetera
sed oportet omnem impassibilem substantiam que est sortita
optimum. secundum se .i. que habet suam perfectionem sine motu
opinari esse finem alicuius motus non erit
aliqua natura impassibilis. et immobilis preter eas que
sunt fines celestium motuum. sed necesse erit hoc
esse numerum substantiarum separatarum qui est motuum celestium.

motuum. sed cum primum non est necessarium. scilicet quod omnis substantia immobilis
et impassibilis sit finis alicuius motus celestis. potest .n. dici.
quod sunt aliquae substantiae separatae altiores quam ut sint propor
tionate .q. fini celestibus motibus quod ponere non est inconveniens.
Non .n. sunt in illis sicut in corporalibus sed magis est.

Deinde cum dicit. sed alias quidem esse lationes
removet aliud quod posset debilitare predictam rationem
posset .n. aliquis dicere quod sunt multo plures lationes in
celo que inventae sunt quam cum non possit deprehendi. quia
eis non accidit aliqua diversitas in motu alicuius corporum
celestium. que nobis percipitur et dicuntur alie. et ad hoc ex
cludendum sit et dixit quod nulla latio potest esse in celo
que non ordinetur quod impossibile est esse alias lationes
in celo preter illas ex quibus accidit diversitas in mo
tu astrorum sive sint ille que dicte sunt sive alie aut
totidem aut plures aut pauciores et hoc probabiliter acci
pi potest ex corporibus que feruntur. Si .n. omne ferens est
propter id quod defertur et omnis latio alicuius quod
fertur non potest esse aliqua latio in celo quam sit propter se
ipsam. vel propter aliam lationem. tamen. sed oportet quod omnes
lationes sunt cum astrorum. Alioquin. si latio est propter
aliam lationem. eadem ratione et illam oportebit esse propter aliam.
et cum non sit procedere in infinitum. sequitur quod finis
omnis lationis sit aliquod celestium corporum. que deferuntur
sicut astra. unde impossibile est esse. aliquem motum in
celo ex quo non possit percipi aliqua diversitas in
aliquo astro. Deinde cum dicit quia non unum
celum. Excludit tertium quod posset predictam conclusionem in
firmari. posset .n. aliquis dicere. quod sunt plures mundi.
et in quolibet sunt tot spere et motus quot in isto. et
plures et sic necesse est ponere plures substantias immobiles. sed
hoc excludit dicens manifestum esse. quod sit unum celum
tantum. quia si essent plures secundum numerum inquantum spere. sicut sunt
plures homines. oporteret et quod esset motivum esset de
primo principio unumquodque celi quod apte est movens immobile
sicut dictum est. Oportet .n. quod plura prima principia essent
spere unum. et numero multa. sed hoc est impossibile. quia quecumque sunt
unum spere et numero multa habent materiam. Non .n. distinguuntur
secundum rationem et formam. quia omnium individuorum est una
communis ratio ut hominis que est hominis. unde relinquitur
quod distinguantur per materiam. et sic socrates non solum est unum
secundum rationem ut homo. sed et secundum materiam. sed primum principium cum sit quod
erat esse .i. sua essentia et ratio non habet materiam. quia eius
substantia est endelichia .s. actus. immaterialis autem est impossibilis. Relinquitur
ergo. quod primum movens immobile sit unum. non solum
ratione spere sed et numero. Oportet ergo quod primus motus
qui ab eo causatur sit unus tantum et per consequens sequitur quod celum
unum tantum. Deinde cum dicit. Tradita sunt a senioribus.
Comparat ea que inventa sunt. de substantiis immobilibus ad opio
nes antiquas et ad vulgares quam ab antiquis

philosophus. quedam autem tradita sunt de istis separatis et divina a posterioribus per modum fabule scilicet quod dii sunt et quod id quod est divinum continet totam naturam. et hoc quidem habetur ex prioribus. sed omnes alie in multos vocentur dii. sed quod substantie prime vocentur deus et unus tantum deus ut expositor dicit. reliqua vero sunt inducta fabulose ad persuasionem multitudinis que non potest capere intelligibilia. et etiam quod sunt optima ad leges tenendas et ad utilitatem conservationis humane ut ex hiis ad virtutes persuadeantur. multitudinem ut inducant virtuosis actibus et vitent declinare. et quid sit hoc fabulose introductum. Exponit dicens quod dixerunt deos esse conformes hominibus et quibusdam aliorum animalium. posuerunt enim fabulose quosdam homines deos conversos et quedam alia et alia consimilia istis et talia dixerunt. ex quibus si aliquis hoc solum velit accipere quod prima substantia est a principio scilicet quod dii sunt quedam substantie in multos putabit esse dictum divine et sic in similitudine et hoc ideo est quia quibus ars et philosophia sepe fuit inventa secundum possibilitatem humanam. et iterum fuit corrupta vel propter bella vel pestilentia studium vel propter inundationes vel alia huius excidia. et hoc iterum fuit postea ut possent salvare certitudinem minori multitudine vel erat quod aliquando certo tempore incipiant homines philosophari et artes ad inveniendum. Inquirebant et indagabatur quod infinito tempore finibus ab hiis habuit genus humanum. et ideo dicit quod philosophie et alie artes fuerunt multotiens invente et corrupte et quod opiniones modo antiquorum que reliquie salvate usque nunc. et ultimo concludit quod paterna opinio que apud nos philosophantibus habita est per quos dubitata fuit philosophia solum sic manifesta est nobis scilicet per modum fabule.

Que vero circa intellectum etc.

Quoniam postquam philosophus determinavit de substantia immateriali quantum ad ipsius perfectionem et quantum ad eius unitatem et multitudinem nunc determinat quasdam dubitationes pertinentes ad actionem eius. dividitur in duas. primo quod in multis substantia modo et sicut intelligibile et sicut bonum et desiderabile et ideo dividitur hoc per modum duo. Supra determinat quedam dubia circa primam immaterialem substantiam quantum ad hoc quod est bonum appetibile ibi. Considerandum est et qualiter habet. circa primum duo facit primo assignat rationem dubitationis circa intellectum prime substantie. secundo dubitationes movet et determinat ibi. Nam sive non intelligat. dicit ergo primo quod ea que pertinent ad intellectum prime substantie in multis habent quasdam dubitationes et videntur contraria hiis. considerat enim philosophus quod intellectus est intelligens. et apparens primum movens quod modo sicut intelligibile habet ad se dirigunt secundum quod intelligitur ab eo et desideratur. considerat et quod ipsum primum intelligibile est et intelligitur. unde possibile videtur quod pari ratione habetur ad dignius et superius et quod non esset ipsum supremum et optimum quod est contra ea que apparent de primo principio et ideo dicit hoc quod videtur esse omnibus apparens quod primum principium dignissimum sed dubitationes quedam exigunt si quis velit assignare quomodo se habent ita quod sit dignissimum scilicet optimum. Secundo cum dicit. Nam si non intelligat. manifestat has dubitationes et circa hoc tria facit. primo movet dubitationes secundo ponit quedam que sunt necessaria ad determinationem omnium que solutionem motarum. ibi. Palam igitur quod dignissimum est etc. tertio solvit questiones motas. ibi. primum igitur si non est. circa primum duo facit. primo movet questiones principaliter intentas ibi. secundo movet quandam questionem incidentem cuius solutio necessaria est ad premissas questiones ibi. Igitur utrum dicit. movet ergo primo duas questiones. prima est quomodo intellectus primum moventis se habeat ad suum intelligere. secundo quomodo se habeat ad suum intelligibile. ibi. Amplius autem si intellectus. secunda est ergo quod intellectus ad suum intelligere potest se habere dupliciter. uno modo quod non habeat intelligere in actu sed in potentia tantum vel in habitu. alio modo quod habeat ipsum in actu alio modo quod sit ipsum suum intelligere sive sua intelligentia quod idem est. dicit ergo quod si intellectus primus non intelligat in actu sed solum in potentia vel in habitu non erit ad insigne bonum. enim et nobilitas intellectus est hoc quod actu intelligit. Intellectus autem ille tamen in potentia vel in habitu se habet sicut dormiens. Nam dormiens habet quod potest operari vite sed opera vite non. unde sompnus dicitur esse dimidium vite et secundum sompnum primum non differt felix ab infelice ut invenitur in moralibus. si autem intellectus primus intellectum intelligat quidem in actu sed principale bonum eius est quod operatio eius sit ad aliud ab ipso quia eius intelligentia scilicet operatio intellectualis ipsius non est hoc quod sua substantia sed sua substantia comparatur ad ipsam sicut potentia ad actum et perfectibile ad perfectionem. cum sequatur scilicet quod primum intelligentis non sit optima substantia honorabilitas enim et nobilitas inest ei per suum intelligere. nec autem quod est nobile secundum aliud est nobilissimum. sic ergo iste sequitur quod substantia primum intelligentis non sit optima sive intelligat in potentia tantum sive in actu. non ponatur tamen hoc quod sua substantia sit suum intelligere ut prius determinavit. Secundo cum dicit. Amplius autem sive intellectus etc. solvat positam questionem aliam de intelligibili. unde dicit quod si substantia primi moventis sit intellectus qui quedam potentia intellectiva sive sit intelligentia scilicet actus intellectus quam est intelligere quod prima que querebat querendum restat quid intelligit. aut enim in

/ decimaquinto nem

tellit se ipsum tunc aliud ab eo. si intellit aliud ab eo tunc intellit
sp id tunc oz quod intelligat aliud et aliud. quia .l. h. q
uis. Deinde cum dicit Quare utrum dufficit. etiam
soluat pluralitas questiones incipiunt quandam questio-
num solo unam ad soluendum pluralitatem. et est quod uel
ad nobilitatem. vel pfectionem intellectus aliud dufficat. vel
nichil. quod intelligatur aliud bonum et nobile.
aut quodcumque contingit et quod dufficat quandam
signo o q ingenius ut. et absurdum. quod
aliquis meditetur et operacionem sui intellectus occu
pet in quedam uilia quod non esset si pertinet
ad nobilitatem intellectus nobilitas intelligibilis. Sed manifestum
est intellectum nobilia et uilia. Sed enim omnino est impossibile
manifestum est enim quod operationes secundum ipsa obiecta
specificantur. unde oportet quod quanto nobilius est obiectum
tanto nobilior operatio. Deinde cum dicit palam
ergo quod diuinissimum. pluritur quedam necessaria ad solo
nem principalium questionum duo. quorum primum concluditur
ex solone incipientis questionis. Si enim dufficit ad no
bilitatem intellectus intellectum bonum aliud quod quod con
tingit ut dictum est. manifestum est quod cum primus intellectus
sit nobilissimus quod intelligat aliud diuinissimum
et honoratissimum sed quod determinatum est solo uila
pertis de questionibus prius. querebatur. Sed verum in
tellectus primi mutaretur in aliud et patet quod non mutatur de
uno intellectu in aliud quod cum intelligat diuinissimum aliud hono
ratissimum si mutaretur in aliud intelligibile esset eius mutatio
in aliud indignius quod non competit alicui non tenderetur in defecti
one et corruptionem. Secundum hoc ipsum quis est transire de
uno intellectu cum quidam motus. unum non potest competere primo
mouenti cum sit omnino immobile. Deinde cum dicit. primo
quod si non est intelligere. soluit postquam posuit questiones eo quod
ponit veritatem primo. secundo veritatem per ibi. Deinde
palam est et cetera. veritatem autem prime questionis manifestat di
cens. quod si substantia primi non est intelligentia .i. primum suum
intelligere sed est potestas quedam intellectiua rationabile est .i. probabiliter
aliquis uidetur sequi quod continuatio intelligencie .i. opera
tionis intellectualis sit ei laboriosa quod non est in potentia
ad aliud se habet ad hoc et ad eius oppositum quod quod potest esse
potest non esse. unde si substantia primi comparatur ad intelligere sicut
ad actum quod est de ratione sue substantie potest intelligere et
non intelligere. non ergo erit ei ex sua substantia quod continue
intelligat. ergo. cum continue intelligat ut non se habet
aliud. sicut dormiens necesse quod continuationem intelligere
adquiratur ex aliquo alio. Quod autem aliquid adquiratur ab
extrinseco et non habet hoc ex sua natura. probabile est quod sit
ei cum labore eo quod sic inuenitur in nobis. Nam in
continue laborando operando laborantibus non aliquid est necesse
est quod acquirit ab alio non est laboriosum in uiri p
ut ad id quod continuus. Sic ergo inmobile. unum licet continui
tas celi dependeat ab extrinseco non tamen celum mouetur
cum labore. Fuit igitur hic concludit inducere adhuc

nemenet quod probatur sequitur quod ingenius quod ex necessita
te sequitur est manifestum. Sed quod bonum et perfectio. per mouentis
dependeat ex aliquo superiori. non enim esset primum
et optimum. Deinde cum dicit Deinde pala
et est. Soluit secundam questionem et dicit quod tam fuerit
primo determinat ueritatem secundo quodammodo obicit in
contrarium ibi et est intellectiua et cetera. Tertio soluit ibi.
tunc in quibusdam. dicit ergo primo quod secundum opinionem est
quod substantia primi non est potentia intellectiua. sed est ipsa in
telligencia et hoc palam est quod si primum non intelligit se
ipsum sed aliud ab eo sequitur quod aliud ab eo erit dignius
quam primum .i. intellectum ab ipso quod sic probatur
ipsum intelligere in actu quod est intelligencia quod
aliquem et intelligentia quoque indignissimum. unde
patet quod aliquod intelligere in actu est fugiendum quod
dignius est quod quedam non uideantur in actu quam
quod uideantur. Non ergo hoc esset si intelligencia esset
optimum quod nunc nullum intelligere esset uitandum
cum ergo aliquod intelligere sit uitandum propter indignitatem
intellectus. relinquitur quod nobilitas eius quod est
intelligere dependeat ex nobilitate intelligibilis. dig
nius est ergo ipsum intellectum quam ipsum intelligere.
Cum ergo oportet sit quod ipsum sit intelligere suum primi.
sequitur. si intelligit aliud ab se quod illud aliud erit eo no
bilius. cum ergo ipsum sit nobilissimum et potentissimum
necesse est quod intelligat se ipsum et quod in eo
sit idem intelligens et intellectum. Considerandum autem
quod philosophus intendit ostendere quod deus non intellit
aliud sed se ipsum inquantum intellectum est perfectio intelligentis
et eius quod est intelligere. Manifestum est autem quod
quod nichil aliud sic potest intelligi aliud quod sit perfectio intellectus
eius nec tamen sequitur quod omnia alia a se sunt
ei ignota. Nam intelligendo se intellit omnia alia
quod sic patet. cum enim ipse sit ipsum suum intelligere
ipse autem est dignissimum et potentissimum. necesse est quod
suum intelligere sit perfectum. perfectissime ergo in
tellit se ipsum. Quanto autem aliquod principium perfectius
intelligitur. Tanto magis intelliguntur in eo
effectus eius nam principiata continentur in uirtute
principii. Cum ergo a primo principio quod est deus
dependeat celum et tota natura ut dictum est. manifestum
est quod deus cognoscendo se ipsum omnia alia
cognoscit. nec uilitas alicuius rei intellecte
derogat dignitati ipsius. Non enim intelligere
actu aliquod indignissimum est fugiendum nisi inquantum intellectus
in eo sistit et dum intelligendo retrahitur a dignioribus
intelligendis. Si autem intelligendo aliquod dignissimum et ui
lia intelligantur uilitas intellectorum intelligencie nobi
litatem non tollit. Deinde cum dicit et est intelligencia
obicit contra ueritatem determinatam duplex primo quia ergo
intelligit se ipsum ut ostentum est. et iterum quod
ostensum est quod primum est sua intelligencia.

ergo intelligentia primi non est aliud quam intelligentia intellectus. sed hic est contra id quod videtur. quia actio sensus et scientia et opinio et meditatio semper inveniuntur esse alterius et de aliis sunt sui ipsius. sicut cum aliquis sentit se sentire. vel scit se scire. vel opinatur se opinari. vel meditatur se meditari. hic est quod dicit preter opus vel preter actum proprium. Iam hic vero primus actus ut aliquis intelligat intelligibile. Ex quo aliquis intelligat se intelligere intelligibile. hic videtur esse preter principale actum accessorum quedam. unde si intelligere primi non sit nisi in cluencia intelligentie videtur sequi quod suum intelligere non sit perfectissimum. Secundo ibi. amplius si aliquid est. Obiciat alio modo. Manifestum est enim quod aliud est intelligere et intelligi. et si contingat quod idem sit illud intelligens et ipsum intellectum non tamen sunt idem ratione. ergo propter suum intelligere est aliquod est ipsum quod intellectum quod est optimum. videbitur dubium remanere. propter quid insit ei hic est bonum esse eius. utrum scilicet propter hoc quod est intelligentia. vel propter quod est intellectum. Tertio cum dicit aut in quibusdam. solvit positas obiectiones dicens quod in quibusdam res scita est idem quod scientia et hic manifestat dividendo scientiam. Nam scientia alia est factiva et alia est speculativa. In factivis autem res scita sine materia accepta est ipsa scientia sicut patet quod domus sine materia. prout est in mente edificatoris est ipsa ars edificativa. et similiter sanitas in mente medici est ars medicativa. quod sic patet quia ars factiva nichil est aliud quam ratio rei fiende et quod erat esse eius. omnis enim artifex procedit in opus ex eo quod considerat quod est quod operari intendit. In speculativis vero similiter manifestum est quod ipsa ratio diffinitiva rei est res scita et est ipsa scientia sive intelligentia patet enim est sciens intelligens per hoc quod habet rei rationem. cum ergo intellectus in actu et intellectum non sunt alterum in hiis quecumque materia non habent manifestum est quod in substantia prima que maxime remota est a materia: maxime erunt idem intelligere et intellectum et sic una intelligentia intellecti cum et non est alia intelligentia intellecti et alia intelligentia intelligentie. Quartus cum dicit. amplius et restat dubitatio. movet etiam dubitationem. prout duas prius determinavit. cum enim ostensum sit quod primum intelligit se ipsum. aliquid autem intellectum dupliciter. uno modo per modum simplicis intellectus sicut cum intelligimus quod quid est. alio modo per modum compositionis sicut intelligimus enunciationes. restat ergo querendum utrum primum intelligat se ipsum per modum intellectus compositi. aut per modum simplicis et hoc est quod dicit. quod restat dubium si id quod intellectum aliquod est compositum. quia quod non sit compositum cum dicit. transmutabitur enim scilicet ab uno quod sit in omni intellectus compositus secundum plures partes que intelligi possunt. scilicet enim scilicet intellectum compositum quod est homo currit prius est unum intellectum compositum sic intelligatur tamen partes eius seorsum intelligi possunt. potest enim intelligi scilicet quod est homo per se et scilicet quod est currere. Sic ergo quecumque intellectus aliquod intellectum compositum potest transmutari intellectus de una parte in aliam. si ergo intellectum primi sit compositum sequitur quod potest transmutari intellectus de parte in partem. autem contrarium supra ostensum est. Secundum solvit ibi aut indivisibile et est que talis est. Omne quod non habet materiam est simplex et indivisibile. sed intellectum primi est immateriale. ergo est simplex et indivisibile. ponit autem exemplum de humano intellectu quod quandoque contingit dupliciter potest intelligi. uno modo per similitudinem ut intelligatur quod humanus intellectus sit per suam essentiam indivisibilis quia est forma omnino immaterialis. Alio modo et melius potest intelligi per dissimilitudinem ut sit sensus quia humanus intellectus intelligit compositum quia accipit sua intelligibilia a rebus materialibus quod non est in intellectu primi. Tertiam rationem ponit ibi. autem quod compositorum. que talis est. Intellectus qui est intellectum compositorum habet suam perfectionem non semper. sed in aliquo tempore. quod sic patet quia non habet suum bonum in hac parte vel in illa sed illud quod est optimum eius est quoddam aliud quod est in quodam toto unde et bonum quod est bonum intellectus non est in incomplexis sed in complexio. Simplicia autem semper possunt cognosci per quemcumque tempus quam composita. unde id quod non habet suum bonum in partibus que seorsum accipi possunt. sed in toto quod ex eis constituitur. habet suum bonum per aliquod tempus et non semper. sed intelligentia primi que est sui ipsius eternaliter et eodem modo habet intellectum. ergo intellectum primi non est compositum.

PERSCRUTANDUM autem est qualiter et cetera.
Postquam philosophus ostendit qualiter primum movens est intelligens et intellectus. hic intendit inquirere qualiter primum movens sit bonum et appetibile. et circa hoc duo facit. primo ostendit qualiter se habeat bonum universo. per opinionem aliorum ibi. Quemcumque vero impossibilia et cetera primum duo facit. primo movet questionem. secundo solvit eam ibi. aut utroque modo et cetera. Oritur autem ista questio ex hoc quod supra dictum est quod primum movens movet sicut bonum et appetibile autem quod est finis alicuius est dupliciter. est enim finis extrinsecus ab eo quod est ad finem. sic

si dicimus bonum esse finem eius quod movetur ad bonum. Est enim finis uniuscuiusque sicut forma est finis generationis et alterationis et forma iam adepta est bonum quoddam intrinsecum eius cuius est forma. Forma autem alicuius totius quod est unum per ordinationem quandam partium est ordo ipsius. Unde relinquitur quod sit bonum eius. Querit ergo philosophus utrum natura totius universi habeat bonum et optimum, idest finem proprium quasi aliquid separatum, vel habeat bonum et optimum in ordine suarum partium per modum quo bonum alicuius rei naturalis est sua forma.

Secundo cum dicit aut utroque modo, solvit propositam questionem. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod bonum universi habet bonum separatum et bonum ordinis. Secundo ostendit qualiter partes universi se habent ad ordinem, ibi, omnia vero ordinata. Dicit ergo primo quod universum habet utroque modo bonum et finem. Est enim aliquod bonum separatum quod est primum movens ex quo dependet celum et tota natura sicut ex fine et bono appetibili ut supra ostensum est. Et quia omnia quorum unus est finis oportet quod in ordine ad finem conveniant, necesse est et quod in partibus universi ordo aliquis inveniatur. Et sic universum habet et bonum separatum et bonum ordinis sicut videmus in exercitu. Nam bonum exercitus est et in ipso ordine exercitus et in duce qui exercitui presidet. Sed magis est bonum exercitus in duce quam in ordine quia finis potior est in bonitate hiis que sunt ad finem. Ordo autem exercitus est propter bonum ducis adimplendum scilicet voluntatem in victorie consecutionem. Non autem e converso bonum ducis est propter bonum ordinis. Et quia ratio eorum que sunt ad finem sumitur ex fine, ideo necesse est quod non solum ordo exercitus sit propter ducem sed et quod a duce sit ordo exercitus. Ita et bonum separatum quod primum movens est melius bonum bono ordinis quod est in universo. Totus enim ordo universi est propter primum moventem ut scilicet explicetur in universo ordinato id quod est in intellectu et voluntate primi moventis. Et sic oportet quod a primo movente sit tota ordinatio universi.

Secundo cum dicit omnia vero ordinata sunt, ostendit qualiter partes universi se habent ad ordinem. Dicit omnia que sunt in universo sunt aliquo modo ordinata sed non similiter omnia habent ordinem, scilicet animalia marina et volatilia et plante. Et tamen licet non sint eodem modo ordinata non ita se habent quod unum eorum non pertineat ad alterum sed est aliqua affinitas et ordo unius ad alterum. Plante enim sunt propter animalia et animalia sunt propter homines. Et quod omnia sint ordinata ad invicem patet ex hoc quod omnia simul ordinantur ad unum finem. Sed quod omnia non sint equaliter ordinata manifestat per quoddam exemplum. In aliqua enim domo vel familia ordinata inveniuntur diversi gradus sicut sub patrefamilias est primus gradus filiorum. Alius autem gradus est servorum. Tertius vero bestiarum que serviunt in domo ut canes et huiusmodi alia. Hii autem gradus diversimode se habent ad ordinem domus qui imponitur a patrefamilias gubernatore domus. Filiis enim non competit ut faciant aliquid casualiter et sine ordine. Sed omnia aut plura eorum que faciunt ordinata sunt. Non autem ita est de servis et bestiis quia parum participant de ordine qui est ad commune. Sed multum invenitur in eis de eo quod contingit et casualiter accidit. Et hoc ideo quia parvam affinitatem habent ad rectorem domus qui intendit domus bonum commune. Sicut autem imponitur in familia ordo per legem et preceptum patrisfamilias, quod est principium unicuique ordinatorum in domo exequendi ea que pertinent ad ordinem domus, ita in rebus naturalibus natura est principium exequendi unicuique id quod competit sibi de ordine universi. Sicut enim ille qui est in domo per preceptum patrisfamilias inclinatur ad aliquid, ita res naturalis per naturam propriam. Et ipsa natura uniuscuiusque rei que est quedam inclinatio indita ei a primo movente ordinans ipsam in debitum finem. Et ex hoc patet quod res naturales agunt propter finem licet finem non cognoscant, quia a primo intelligente assequuntur inclinationem in finem. Sed tamen non omnia sic se habent ad istum ordinem. Est enim ad quod communicant omnibus quia necesse est quod omnia ad hoc perveniant quod discernantur et quod habeant distinctas et proprias operationes et quod secundum hoc ad invicem discernantur. Et quantum ad hoc in nullo deficit ordo. Sed quedam sunt que non solum hoc habent sed etiam talia sunt quod omnia que sunt in eis communicant ad totum, id est ordinata ad bonum commune totius. Sed et invenitur in eis in quibus nichil est preter naturam neque casualiter sed omnia per debitum ordinem procedunt. Manifestum est enim quod unaqueque res naturalis ut dictum est ordinatur ad bonum commune per suam ~~actio~~ actionem debitam naturalem. Unde illa que nunquam deficiunt a sua actione debita et naturali habent omnia sua communicantia ad totum. Illa vero que aliquando deficiunt ab actione debita et naturali non habent omnia sua communicantia ad totum sicut huiusmodi corpora inferiora. Est ergo summa solutionis quod ordo duo requirit scilicet ordinatorum distinctionem et communicationem distinctorum ad totum. Quantum ad primum indeficienter est ordo in omnibus. Quantum autem ad secundum est quidam ordo indeficiens in aliquibus que sunt suprema et proxima primo principio sicut substantie separate et corpora celestia in quibus nichil casualiter accidit et preter naturam, in aliquibus autem deficit scilicet in corruptibilibus in quibus interdum accidit casualiter et preter naturam et hoc propter remotionem a primo principio. Sed eodem modo

// sedm /

se habere. Deinde cum dicit quecumque uero impossibilia
etc. determinat de bono et ordine uniuersi secundum opinio
nem antiquorum. et circa hoc duo facit. primo manifestat de quo
est intentio dicens quod oportet dicere quecumque impossibilia
aut absurda accidunt illis qui aliter dicunt de
bono et ordine uniuersi quam nos et oportet dicere in
qualia dicunt illi qui melius loquuntur et
in quarum dictis pauciores dubitationes apparent.
Secundo ibi. omnes enim ex contrariis. prosequitur suam intentionem
et circa hoc duo facit. primo ponit opinio
nem illorum qui posuerunt principia esse contraria. Secundo eorum
qui posuerunt principia eorum esse naturas quasdam separ
atas ibi. Amplius si non erunt preter sensibilia etc. circa primum
duo facit. primo ponit in quo defecerunt illi
qui dicunt principia esse contraria. dicens quod omnes
antiqui philosophi posuerunt omnia esse ex contrariis principiis
et quantum ad tria non recte dixerunt. uno enim modo non recte dixe
runt in hoc quod posuerunt res esse ex contrariis. unde et illi
qui dixerunt omnia ex contrariis. et tertio defecerunt in
hoc quod non recte dixerunt quomodo ex contrariis res pro
ducantur. Secundo ibi impossibilia namque. manifestat quomodo
in predictis tribus defecerunt. et primo quomodo defe
cerunt in hoc quod posuerunt esse res ex contrariis.
Secundo quomodo defecerunt in hoc quod posuerunt omnia
esse ex contrariis ibi. amplius omnia praua participabunt.
Tertio quomodo defecerunt in hoc quod non osten
derunt quomodo ex contrariis res fiunt. omnes enim contraria
dicentes. dicit ergo primo quod non recte dicunt
res esse ex contrariis. quia contraria secundum se accepta sunt
impassibilia ad inuicem. non enim album patitur
a nigredine ut ex eo. Nam et ex eis potest
aliquod unum constitui. nisi ad inuicem pa
tiantur. ut sic reducantur ad aliquod medium.
Sed hec dubitatio secundum sententiam nostram defacili soluitur.
quia nos ponimus preter duo contraria esse tertium principium
quod est materia. Sic ergo unum contrariorum potest pa
ti a reliquo in quantum materia subiecta uni contrario
ab alio patitur. Sed alii posuerunt materiam esse alterum contra
riorum et non aliud preter contraria. sicut patet de illis qui posu
erunt unum contrarium esse principium inequale et equale
uel unum et multa. et attribuebant inequalitatem
et multitudinem materie. equalitatem et unitatem forme
sicut patet de opinione platonis. sed philosophi naturales
posuerunt contrarium. Sed hec eorum dubitatio soluitur eodem modo
quia materia que una est. quasi communis subiectum contrariorum
nulli est contraria. Deinde cum dicit. Amplius omnia
praua participabunt. manifestat quomodo defecerunt dicendo omnia esse
ex contrariis. et circa hoc duo facit. primo ostendit inconueniens
quod ex hac positione sequitur. materia enim. quod prima
contraria omnia participant bonum et malum. et hoc alterum

contrariorum est ut puto et ideo habet rationem mali. Si ergo
omnia sunt ex contrariis. sequitur quod omnia participent ma
lo preter unum scilicet bonum. quod est principium. Platonici enim alterum
elementorum posuerunt esse malum. omnia uero alia posuerunt
esse ex hiis duobus principiis. sed hoc non est uerum
quia in corporibus celestibus et in substantiis separatis
non inueniuntur contraria et mali. Secundo ibi.
alii autem. ostendit quod ponentes omnia esse
ex contrariis non sequuntur positionem quorundam philosophorum. scilicet
omnia esse ex contrariis sed ut dictum est. quod prima principia
sunt bonum et malum. sed quidam non posuerunt bonum
et malum esse principia. sed id quod est bonum et principium
defecerunt in illo. et hoc ostendit. et primo in
communi dicens. quod quidam licet recte dicerent
ponentes bonum esse principium omnium tamen in hoc defecerunt
quia non determinauerunt quomodo bonum esset principium. utrum
scilicet finis aut ut forma aut ut mouens. Sed hec uni
ca habent rationem perfecti et boni. non dicuntur que non
perficiuntur nisi per formam. unde de ea mentionem non
facit. Secundo ibi. Empedocles autem. descendit ad
speciales opiniones. et primo ad opinionem empedoclis.
dicens quod inconuenienter empedocles ponit bonum esse
principium. ponit enim amorem principium. quasi bonum.
Sed amorem dicit esse bonum dupliciter. dicit enim quod
est ut mouens. in quantum habet unire et congregare
et item ponit quod est principium sicut materia. ponebat
enim amorem esse partem mixtorum corporum. ponebat enim
esse mixta ex lite et amicicia
et licet hoc contingat esse principium idem sicut
materia et sicut mouens. non tamen secundum eandem rationem.
potest enim igitur esse mouens secundum formam et sicut
principium secundum materiam. non tamen secundum idem quod mouet in quantum
habet esse actu. materia in quantum habet esse in potentia. relinquitur ergo
assignandum secundum quid amor sit materia et secundum quid mo
uens quod ipse non assignat. aliud etiam inconueniens
quod sequitur empedocli est quod posuit litem esse principium incorrup
tibile. que quidem secundum ipsum uidetur esse ipsa natura mali.
Secundum enim recte opinantes non ponitur
principium esse sed solum bonum. ut dictum est. Secundo
ibi. Anaxagoras autem. descendit ad opinionem anaxagore.
dicens quod anaxagoras posuit bonum esse principium
primum quasi mouens. dixit enim quod intellectus
mouet omnia. sed intellectus mouet quod intelligit. aut ad
aliquid propter finem. oportet ergo quod ponat alterum aliquod
principium propter quod intellectus moueat. nisi forte di
cat sicut nos diximus. scilicet quod idem sit intelligens
et intellectum et quod intellectus moueat propter se
ipsum quod aliquo modo inuenitur in hiis que
agunt per intellectum. sicut nos. ars enim medicine
agit propter sanitatem et sanitas est quodam modo


ipsa ars medicine ut supra dictum est. Secundo ibi in
conveniens sequitur vero et opinionem aliorum. Hic continuatur
communis opinio, scilicet quod contraria dant principia
omnium, et hoc inconveniens. Inconveniens quod non faciunt
aliquod principium contrarium bono et intellectui. Tertio cum dicit
omnes ex contrariis dicunt et cetera. Dicit tamen quod quamvis pro
bant, scilicet quod ponerent principia contraria esse, non di
cunt quomodo principia sunt ex contrariis ad eas ea que
apparent inventibus. non autem figere, id est non autem ne
sunt figurate vel figuraliter dicte. Et primo cum dicit
et quare hec quidem et cetera, ostendit quod non possunt
causam dicere corruptibilium et incorruptibilium. Dicit
ergo quod nullus antiquorum philosophorum assignat causam
quare entia quedam sunt corruptibilia et quedam
incorruptibilia. ponunt enim quidam eorum entia, sed
quidam eorum entia omnia esse ex eisdem principiis,
scilicet contrariis, et hec est opinio antiquorum naturalium.
Alii vero, scilicet poete theologi, ponunt omnia esse ex non
ente. Unde quidam dixit quod generat mundum ex
nocte et sic tamen eandem originem. utique assig
nent omnibus entibus, non possunt causam distinctionis
necessariorum per corruptibile et incorruptibile, et ideo alii ut
ad hec non cogantur, quod scilicet ponant omnia esse
ex non ente vel quod assignent causam di
stinctionis rerum posuerunt omnia esse unum, to
taliter auferentes distinctionem tollentes, et hec est
opinio Parmenidis et Melissi. Secundo ibi adhuc
quare semper. Dicit quod et in alio deficiunt,
quia scilicet non possunt assignare causam quare generatio sit
sempiterna, nec possunt assignare que sit universalis
causa generationis. Sed neutrum contrariorum est universalis causa ge
nerationis. Tertio ibi duo principia. Ponit tertium
in quo deficiunt ponentes principia esse contraria.
Necesse est enim eis assignare quod alterum contra
riorum sit principalius principium ceteris, scilicet alterum
contrariorum sit ut privatio, scilicet intendit quod necesse
est ponere aliquod principium principalius utroque contrariorum
ex quo ratio assignari possit quare quedam
attribuentur uni contrariorum sicut privatio et quedam alii,
ut ponere quare quedam contraria moveant sicut odium
ad separationem et quedam contraria amicitia ad con
gregationem, et hoc contingit ponentibus esse species.
Necesse enim est eis ponere aliquod principium
principalius speciebus. Manifestum est enim quod ea
que generantur et corrumpuntur non participant eodem
modo participant speciem. Unde oportet ponere aliquod
principium ex quo assignetur ratio quare
hec individuorum participant non eodem
modo participat. Quarto ibi et at
quid et cetera, ponit quartum inconveniens

quod eis sequitur dicitur quod si necesse est principia esse contraria,
oportet quod sapientie prime et honorabilissime scientie sit aliquod
contrarium, quia sapientia est de primo principio ut in primo ostensum
est. Unde si primo principio sit aliquid contrarium, quia omnia
contraria habent materiam que est in potentia ad utrumque
contrariorum, primum et principium primum non est immobile ut ex dictis patet.
Unde relinquitur quod primo non sit contrarium, ad et
quod prime scientie non sit contrarium aliqua scientia, sed solum
ignorantia. Quinto cum dicit amplius si non erunt,
descendit ad opinionem ponentium ideas separatas,
et primo dicit quod inconveniens sequitur non ponentibus eas,
et dicit quod si non sunt alia entia preter sensibilia
non erit primum principium, sicut ostensum est, nec ordo
rerum qualis assignatus est, nec generatio perpetua,
nec principia qualia supra posuimus.
Sed semper principii principium in infinitum ut ponere quod
sortes generaretur a platone et ille ab illo et
sic in infinitum ut visum est omnibus antiquis
theologis et naturalibus. Non enim ponebant aliquod
principium nisi primum preter ista particularia et sensibilia.
Secundo ibi si autem erunt species, ostendit quod
inconvenientia sequuntur ponentibus naturas quasdam
separatas, et primo quantum ad eos qui ponebant
nihil naturis connexionem quandam originalis. Secundo
quantum ad eos qui hec non ponebant ibi
dicentes autem numerum. Circa primum ducit ad tria in
convenientia, quorum primum est quod species et numeri
qui ponebant quedam preter sensibilia nullius cause
inducuntur, et si sunt cause, ancture non inducuntur ad
esse cum motus. Et quia hii inducuntur hic ratione
principiorum moventium. Secundo ibi adhuc quomodo erit du
ctum ad actum in continuis. Numerus enim non est magnitudo. Magnitudo
autem non est ex magnitudinibus. Unde impossibile videtur assignare quomodo
magnitudo et continuum sunt ex unitatibus que non sunt conti
nua. Non enim potest dici quod numerus causet continuum sicut
principium motum vel formale. Tertium ponit ibi at vero
intellectum et cetera, dicentes quod si species et numeri sint prima principia,
cum in speciebus non inveniatur contrarietas sequitur quod non
erunt contraria principia, que ponuntur etiam et motiva et
si contingat non esse generationem et motum, quia si prima principia
non sunt moventia, sed potentia causent existunt principia
priora, scilicet que sunt in potentia priora principiis. Omnia autem que possunt esse
possunt et non esse. Unde sequitur quod generatio et motus non sunt sem
piterna, quod sempiterna ut supra positum est. Inconveniens
ergo est igitur dicere primum, scilicet quod ponebat prima principia non
esse moventia et hoc dictum est ut scilicet quod prima principia sunt
moventia. Quartum ponit ibi adhuc quomodo unum.
dicentes quod nullus illorum dicere potest quid faciat unum
continuum aut animam et corpus et universaliter formam et materiam, et forma
non dicat quod movens hoc facit sicut nos supra diximus

in univ. species aut unum non habent rationem alicuius
moventis. Deinde cum dicit · dicentes autem numerum
etc. ostendit quod inconveniens sequatur ex illorum
qui posuerunt huiusmodi unitates esse inconnexas
dicentes quod ponentes primum in rebus esse numerum
mathematicum ut pictagorici posuerunt et sic consequenter
semper aliam naturam habitam idest consequentem unam alteri
post unum magnitudinem et post magnitudinem
sensibilia et dicentes cuiuslibet horum esse alia et alia
principia · sicut quod alia sunt principia numerorum
et alia magnitudinum et alia numerorum sensibilium
isti inquam sic dicentes faciunt substantiam universi esse in
connexam idest sine ordine ita quod una pars nihil con
ferat ad aliam vel ad aliam · sive sit sive non sit.
Et similiter faciunt multa principia inconnexa.
Sed hoc non potest esse quia entia nolunt male
disponi · Dispositio enim entium naturalium est qualis op
tima potest esse et hoc videmus in singulis quia un
umquodque est optime dispositum in sua natura · unde
multo magis hoc est existimandum in toto universo ·
Sed pluralitas principatuum non est bonum ·
sicut non esset bonum quod essent diverse familie in
una domo que sibi invicem non communicarent ·
Unde relinquitur quod totum universum
est sicut unus principatus et unum regnum ·
et ideo oportet quod ordinetur ab uno gubernan
te et hoc est quod concludit quod est unus
princeps totius universi · scilicet primum movens et
primum intelligibile et primum bonum quod supra
dixit deum qui benedictus est in secula secu
lorum amen

Expliciunt scripta fratris thome de aquino ordinis
fratrum predicatorum super libro methaphisice.

Explicant scripta fratris thome de aquino. Or
dinis fratrum predicatorum.



16

